Cax[illegible] lib.

CLARISS. IVRECONS.

BARPTHOLOMAEI CAEPOLAE VERONENSIS, IN TITVLVM DE VERBORVM ET RER. SIGNIFICATIONE DOCTISSIMA COMmentaria, pro magno quidem thesauro hactenus recondita: Sed iam tandem dei munere, ad communem legum studiosorum vtilitatem in lucem

EDITA

EMISIT AVTEM D. VINCENTIVS Porticus Iureconsultus Lucensis in laudem Dei Opt. Max.



Lugduni,

Ad Salamandræ, Apud Sennetonios Fratres.

1551

Cum Priuilegio Regis.

Extraict du priuilege.

IL EST defendu a tous Imprimeurs & Libraires, de non imprimer, ou faire imprimer, ny exposer en vente, ce present Liure intitule *Cōmentaria Barptholomæi Cæpolæ, in titulū de verborū & rerū significatione,* iusques au terme de cinq ans. Commenceant du iour, & date des presentes, sinon par le conge & permission de Iaques, Iehan, & Claude Sennetons citoyens de la ville de Lyon, & ce sur peine de confiscation desdicts Liures, & damende arbitraire, ainsi que le tout est plus amplement contenu aut priuilege surce octroye, donne a Amyens, Le sixiesme de Septemb. 1549. Par le Roy en son conseil Coefier, Et sellée en simple quëue de cire Iaune.

Bibliopola Candido lectori

S. P. D.

QVVM AD NOS PERVENISSET IN CIuitate Lucensi Barptholomæi Cæpolæ Veronensis, vt subtilis, ita iurisconsultorum suæ ipsius ætatis aliorum testimonio facilè principis, (vel saltem magni nominis) commentaria in titul. de verb. & rer. sign. in Pandect. pro quodam recondito thesauro custodiri, nulli prorsus rei, neque labori, neque impensæ parcitum est, quin fuerit procuratum, vt thesaurus ille nimium iam conditus exiret tandem in lucem, fieretq; vsuarius, & vtilis. Nam vt nūmorum quātumlibet magna quantitas, qua non vti licet, seu quæ nulli est vsui, nihil omnino esse apparet, tantiq; faciendū est eius non esse, quanti esse: ita mihi quidem de ante dictis commentarijs tanto tempore conditis, & inutiliter magna cura custoditis visum est esse censendum. Quod dum indignum factu videretur, scilicet neque beneficio vti, neque alijs vtendū conferre, remis, (quod aiunt,) & velis, manibus pedibusq; curatū est, vt thesaurus tandiu cōditus talis esse desineret, ac demū verteretur in vsualem numum. Ergo thesaurum, qui captiuus, tum vnius erat, redemimus, libertate donauimus, communem, ac publicum fecimus. cuius rei gratia (facessat autem arrogātia) nobis plurimum iri debitum existimo. nam mihi videtur ex æquo referenda gratia illi, qui generat, & illi, qui generatum posteà demortuum, aut captiuū factum restituit in vitam, aut è captiuitate liberat. Cum igitur Barptholomæus Cæpola commentarios magno quidem labore scripsisset, deinde in florentissima, vt antiquissima, Bononiensi iurisconsultorū academia interpretatus fuisset, tum eo humanitus vita defuncto, mala quadam sorte, illi quoque vel defuncti, vel captiui, aut sepulti viderentur: nos in vitam restituimus, redemimus, excitauimus, luciq; iuris studiosorum gratia dedimus. talesq; in summa fecimus, vt qui prius nulli omnino viro erant vtiles, iamiam tandem omnibus exeant permagnas afferentes cōmoditates: vt in illis Cæpola reuiuiscere videatur in Laudē Dei, cuius beneficio, vt gratis sumus, mouemur, & alimur, ita nos secum regnaturos in æternum dirigat, & perducat Amen. Lugduni decimonono Calendas Nouembris. 1550.

INDEX BREVIS ET CERTVS COMMVNIVM SENTENTIARVM, QVAE IN COMMENTARIIS BARPTHOLOMAEI CAEPOLAE DE VERB. ET RER. SIGN. LONGIVS EXPLICANTVR: AD NVMEROS, ET COLVMNAS ORDINATVS.

A

L

M

V

POTERANT FORTASSIS ALIA MVLTO PLVRA IN COMMVNES LOCOS ET SENTENTIAS REDVCI, QVAE SVPRAPOSITIS NVLLA PARTE inferiora, vel indigniora notatu viderentur: sed vt vuæ in vineis ipsis, & aqua ipsis in fontibus, & flos in roseto vel rosario, nulli non videntur magis sapere, tum redolere, ac sapiunt, & redolent, quàm extrà: ita siqua præter anteposita expetātur, proprijs de locis, vt magis viuis, & fertilioribus sumat, qui expetit, tanquam magis sapida futura, nec vlli parcatur labori.

BARPTHOLOMÆVS CAEPOLA SVPER TITVLO DE VERBORVM ET RERVM SIGNIFICATIONE. ff.

Quæ in Rubrica continentur SVMMAE.

1 *Proponit de sex dicere.*

2 *Ius ad tria pertinet.*

3 *Multæ verborũ gratia in iure dubitationes cõtingũt.*

4 *Rubricarum continuatio ad proxima fieri debet.*

5 *Materiarum continuationem necessariam, non Rubricarum.*

6 *Quid Pandectæ sint. & quot libris partialibus continentur.*

7 *Pandectas in tres tomos vulgò partitas esse. Pisis verò vel Florentiæ in duos.*

8 *Quarundam legum diuersa lectio.*

9 *Verbum varijs accipitur modis, & nu. 12.*

10 *Verbi stricte sumpti definitio, & 12.*

11 *Verbum Christum dici quatenus ab æterno est.*

14 *Verba quorsum sint inuenta.*

15 *In verbis quatuor consideranda.*

16 *Natura verborum in ratione sermonis consistit.*

17 *In vltimis voluntatibus mens attendenda est.*

18 *Verba abs quocunque proferantur stricti iuris sunt.*

19 *In dubio verbis statur, fallit multis modis, vt nu. 21. & alijs, ac nu. 48. remissiuè.*

20 *Verba non sunt cauillanda.*

21 *Quod verbis non semper stetur, & 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. & 48. remissiuè.*

39 *Quæ sit propria significatio vocabuli. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 47.*

46 *Abusiuum non dicitur proprium.*

49 *Effectus verborum multiplex. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 83. 84. 85.*

50 *Nemo præsumitur dicere, quod non antea mente cogitauerit. nec velle nisi quod dicit, 51.*

60 *Verba debent aliquid operari, & 61. Fallit nu. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 78. 79. 80. 81. & nume 82.*

68 *Plus timetur, quod dicitur, quàm quod subauditur. & nume. 76.*

69 *Prohibitio testatoris de non alienando rem legatam ecclesiæ valet.*

77 *Quælibet ecclesia est subiecta Romanæ.*

86 *Incantationes sanare, & 87 fallit 89. 91.*

88 *In herbis, verbis, & lapidibus sunt virtutes.*

90 *Tantum deus honorandus.*

92 *Incantatores, esto quod sanent, non continentur medicorum appellatione. vnde non comprehenduntur sub statuto mandãte medicis satisfieri. nu. 93.*

94 *Ex incantatoribus non est licitum salutem quærere.*

95 *Euangelium si non prodest in aure, non proderit in collo.*

96 *In coniurationibus cauenda duo.*

97 *Incantationes quæ caracteribus fiunt sunt prohibitæ. vel aliàs. vt in nu. 98.*

99 *Incantationes quæ fiunt in nomine domini sunt permissæ. Ampliatur nu. 100. & 101.*

102 *Rei significatio generalis est, vt iura etiam, nedum immobilia, vel mobilia, comprehendantur.*

103 *In vocabulorum cognitione consistũt disciplinæ, & artes.*

104 *Significare & significatio quid. 105. 106. 107. 108.*

109 *Significatio & interpretatio differunt.*

110 *Significatio verborum quid.*

111 *Significationes verborũ possunt variari, augeri vel minui.*

112 *Significationes vocabulorum sunt de iure naturali, gentium, ciuili vel consuetudinario.*

113 *Significatio vnde sumatur.*

114 *Intellectus & intelligentia quid. & nu. 115. 116. 121. & intermixtim pulchra dicuntur.*

117 *Intellectus iuri communi conueniens recipiendus, & 118.*

119 *Ordo verborum denotat ordinem intellectus.*

120 *Bart. tenuit opiniones placentes populo.*

121 *Intellectus diuinatorius refugium miserorum.*

122 *Legum correctio euitanda.*

In indulgentijs verba sunt intelligenda prout sonãt.

124 *Verba debent intelligi in casu in quo possunt, & cũ effectu, & 125.*

126 *Verba intelligenda sicut vulgus accipit.*

127 *Verba statuti sunt intelligendi secundum morem loci, in quo est statutum.*

128 *Verba intelligenda ad testatoris voluntatem.*

129 *Verba intelligenda secundum conditionem personæ, ad quam referuntur.*

230 *Verba indefinita æquipollent vniuersalibus.*

231 *Interpretatio quid & numero 132. 133. 134. 135. 136.*

137 *Interpretatio non est ad literam vel corticem facienda. 138. 149.*

139 *Interpretatio multiplex.*

140 *Interpretatio in ambiguis est, non in certis.*

141 *Interpretatio legis ad principem spectat.*

142 *Ab interpretatione doctoris recedere licet. quia non*

necessaria est, sed probabilis.
143 *Interpretatio statutorum ad quem spectet, remißiuè.*
144 *Interpretatio priuilegij spectat ad concedentem.*
145 *Interpretatio iuramenti ad quem pertineat.*
146 *Quis iudex interpretatur sententiam latam.*
147 *Instrumentorum interpretatio ad quem spectet.*
148 *Interpretatio circa octo versatur.*
150 *Verba statuti qualiter interpretanda.*
151 *Acta iudiciaria quomodo interpretanda.*
152 *Iuramentum est interpretandum secundum iurantis intentionem.*
153 *Testamenta plenius interpretatur quàm cõtractus.*
154 *Dicta testium qualiter interpretentur, remißiuè.*
155 *Mandatum papæ interpretandũ, vt nulli præiudicet.*
156 *In dubio pro religione, pro paupere, pro possessore, pro reo, & contra fiscum interpretandum.*
157 *In dubio pro matrimonio, & pro dote, & pro testamento interpretandum.*

RVBRICA.

GLOSS. super Rubr. habet duas partes: In prima, continuat istũ titulum ad præcedentes. In secunda, declarat Rubricam. Secunda. ibi. Et dic ꝙ verborum. Pro declaratione huius Rubricæ ac eius materiæ, de sex principaliter tractare con
1 stitui. ¶ Primò † de ipsius continuatione, & de libro Pandectarum. ¶ Secundò, de verbo, & verbis. ¶ Tertiò, de re, hoc est, qualiter capiatur verbum res. ¶ Quartò, de significatiõe. ¶ Quintò, de intelligentia, & intellectu. ¶ Sextò, de interpretatione. Venio ad primum. Pro declaratione primæ partis glo. ¶ Quęro quomodo continuetur hęc Rubrica ad præcedentes? & gloss. respon
2 det: quia omne ius † quo vtimur pertinet vel ad personas, vel ad res, vel ad actiones, vt insti. de iure natu. §. fi. & l. j. §. j. ff. de statu ho. de quibus dictum est in hoc volumine Pandectarum, & in
3 his vertuntur multæ dubitationes, † circa verborum, & rerum expositiones, & interpretationes. Ideo de hoc ponit. Facit ad hoc gloss. prima. in princ. insti. de actio. in princip. Similem continuationem ponit Io. an. & doc. in Rubr. extra de verbo. significa. & Hostien. in summa, eodem titu. in princip. Et hæc materia habetur in Decretis j. ij. iij. & iiij. distinctio. & in decretalibus, in sexto, & in Clementinis. de verbo. signifi. & in Codice de verbo. significa. Sed contra istam conti-
4 nuationem opponitur sic. † Continuatio debet fieri ad proxima. l. ij. suprà de statu homi. sed hîc fit ad remota. ergo non bene. dic, quòd imò fit ad proxima: & ad omnia præcedentia in hoc volumine fforũm, seu Pandectarum, vt patet ex ea. Et satis est, quòd nostra materia ad aliam conti-
5 nuetur, † nec est necessariũ, ꝙ vna rubrica continuetur ad aliam rubricam proximè præcedentem, vt probatur insti. de lega. in princi. & instit. per quas perso. nob. acquiritur in. §. fina. & de actio. in princip. cum similibus. de quibus dicendum est, vt plenissimè dixi. in Rubric. extra de testamẽ. vbi posui materiam Rubricæ latissimè vltra omnes. & habetur in rubric. ff. si cert. peta. & in rubri. de verborum obligatio. & in rubric. de noui oper. nuntia. ff. per Modern.

QVAERO secundò, quia hic fit mentio de volumine Pandectarum, quæ sint istæ Pande
6 ctæ? dic, quòd sunt † quinquaginta libri fforum, vt habetur in proœmio insti. §. igitur post libros quinquaginta. & ibi gloss. declarat, quare dicatur liber Pandectarum, seu Digestorum. Et hi libri
7 † quinquaginta continentur in tribus voluminibus, scilicet in Digesto veteri, Infortiato, & in Digesto nouo. Nã in digesto veteri primò quatuor, & viginti sunt. Quatuordecim in libro (quod infortiatum dicitur) habetur. Duodecim in digesto nouo, & vltimo cõtinentur. ¶ Et iste liber digestorum, seu Pandectarum olim erat in duobus voluminibus in ciuitate Pisarũ, & nunc est in ciuitate Florentiæ in totidem scilicet duobus. Secundi autem voluminis principium est in Rubric. de lega. j. ad illum verò librum Pandectarum solet haberi recursus, vbi est aliqua dubitatio in tex. nostro. Et propterea Accursius glossator sæpe facit mẽtionem dictarum Pandectarum dicens, quòd litera Pisana, vel Pisis sic. vel aliter dicit, intelligens de litera Pandectarũ, quæ erat Pisis, sicut facit mentionem in. l. j. in princip. in verbo bene est. ff. si certum peta. vbi per doct. de hoc etiam in. l. sæpe. §. j. in verbo, debitorẽ. ff.
8 de re iudi. & in. l. à quo fundus. in princip. † ff. de dam. infect. vbi glos. j. dicit, quòd in quibusdam libris incipit. l. si ædificatum habes, & prima linea est cancellata, & ita dicit esse Pisis. item in. l. planè la. j. §. si duobus in glos. magna in verbo hæredem. ff. de lega. j. item in. l. eadem. §. Cato. in verbo & Paulus respõdit idem esse. ff. de verborum obligatio. ¶ Item in. l. an inutilis. in princip. ff. de acceptilat. & in. l. j. ff. soluto matrimo. communiter reperitur text. dotis causa in singulari numero, sed in dictis Pandectis habetur in plurali, scilicet dotium causa. ¶ Item licet in. l. post dotẽ. ff. soluto matrimo. in aliquibus libris sit verbum maximè, in Pandectis tamen non est. Item in. l.

ij. §. j.

ij.§.j.ff.de verbo. obligatio. communiter habetur Et earum omnium, sed in Pandectis non est verbum earũ. sed solum dicit, & omnium quædam. ¶ Item in.l.si creditor.§.fina.ff.de distract. pignor. dicitur nullam esse venditionem, & sic negatiuè, & non dicit vllam: sicut dicebat Bald. de cuius litera facit mentionem Barto. ibi, & in l.si ita quis.§.ea lege.ff.de verborum obligatio. & in.l.qui absenti.§.j.ff. de acquiren. possessio. Venio ad secũdum principale & quæro pro declaratione ij partis glos. quomodo capiatur hoc
9 † vocabulum, verborum, positum in rubrica. glos. dicit, quòd capitur largè pro qualibet parte orationis & dic, quòd partes orationis sunt octo. nomen, verbum, participium, pronomen, præpositio, aduerbium interiectio, & coniunctio. vt patet grammaticis. Nam in qualibet parte orationis reperitur suus modus significandi infixus sibi ab intellectu, vel à consuetudine, quæ habet vim legis: vt.l.Tugurij. &.l.vt Alphenus. infrà eo. &.l.cum delanionis.§.asinam.ff.de fund. instruct.& not. Bald. in rubric.C.de verbo. significa. in princip. Sed strictè loquendo dicit gloss. quòd capitur pro vna tantùm parte orationis, quæ dicitur verbũ, vt amo, & lego, & dic, quòd
10 † est pars orationis declinabilis, quæ cum modis & temporibus est significatiua agendi vel patiendi, & quòd verbum capiatur dictis duobus modis notat Bald. in.l.j.§.is ita. in prima colum.C. de cadu.tollen. ¶ Ex quo not. quòd diuersis modis accipitur verbum. vnde versus. Est verbum Christus, verbum pars omnis, & vna, Sermoq; secretus, sine figura latens. & expone vt
11 verbum Christus, scilicet filius † Dei, quia sicut per verbum exprimitur voluntas hominis, sic per filium Dei voluntas patris. de pœnitẽ. distinctio. j. verbum Dei dimittit peccata secundum Goffredum. vel idem, quia secundum Augustinum sicut verbum humanum integrum, & notum dicitur vnum, & idem, & à multis percipitur vno, & eodem momento, vt si dico deus audientibus mille hominibus, quilibet ipsorum ipsum percipit, & auribus ipsorum integrum infigitur, sic verbum & filius Dei integer, & Christus vnus, & idẽ, scilicet illud corpus, quod sumpsit in vtero virginis, & quod dedit apostolis vno, & eodem momento in diuersis locis conficitur, & percipitur, sicut probat Grego. de consecra. distin. ij. qui si sanguis. ¶ Item † expone ver-
12 bum pars omnis, & vna. Nam quælibet pars orationis quæ sunt octo, vt dixi, dicitur verbum generaliter, & largo modo. Sed specialiter & stricto modo dicitur vna pars de illis octo, vt est Amo, vt dixi. ¶ Item dicitur sermoq; secretus. vnde dicitur habeo sermonem ad te, qui Chresis dicitur. vnde apud Christianos est secretus nuncius, vt in.c.significasti. extra de elec. ¶ Item dicitur sine figura latens. Vnde in euangelijs edissere. nobis parabolam hanc, & alibi, Symon tibi habeo aliquid dicere. Duo debitores erant &c. Sunt & quędam figuræ latentes propria habentes nomina, de quibus vide per glo. in cap. forus. extra de verborum significa. & per Hostien. in Summa eodem titu. vbi de his habetur. ¶ Item adde, quòd verbum capitur aliquãdo pro vna oratione, seu pro vna summa verborũ, seu pro multis verbis, vt notat gloss. in.l.si quando.C.de bonis vac.lib.x.& gloss.fina. in.l.antiquitas C.de vsufructu.& not.Bartol. in.l.ij.in fine.per illum tex.C.de iura.calum. & Ang. in.l.generali.C.de tab. & scribis.lib.x.quod not.pro allegantibus, & illis qui dicunt quòd volo dicere vnum verbum. ¶ Item verbum capitur pro iureiurando, vt est text.authen.de mãdatis principum.§.sed neque. col.iij.& dicit ibi glo.quòd hæc est expositio, seu gloss.notabilis.

QVAERO secundò, quid sit verbũ: & dic quòd si capitur pro parte oratiõis sicut est, amo,
13 dicitur pars orationis declinabilis sine † casu, quę cum modis, & temporibus est significatiua agendi, vel patiendi, sed si capitur pro qualibet parte orationis, dic quòd est illud, quod habet suum modum significandi infixum ab intellectu, vel consuetudine, vel communi vsu, vt patet ex his, quæ dicta sunt in præcedenti quæstione.

14 QVAERO † tertiò, quare verba sunt instituta, seu inuenta? dic non, vt per ea se inuicem homines fallant, sed vt eis quisque in alterius notitiam cogitationes suas proferat, secundum Augustinum. in Enchiridio, vt habetur.xxij.questi. ij.is autem. in princip. facit.j.quæstio.v.c.humanæ.& sicut verba se habent, ita videtur se habere animus secundum Bald. in.l.si non conuicij. C.de iniur.& vide quod dicam in.vij.quæstio.j. in principio.

15 QVAERO quartò † quot sunt in verbis cõsideranda? dic quatuor. primum natura, quando certa et præcisa est vocabuli significatio. vt suprà de verbo.obliga.l.quicquid adstringendæ. secundum aptitudo, quando verbum, vel nomen est æquiuocum, aptior interpretatio est facienda, vt eodem titu.de verbo.obligatio.l.quoties in stipulationibus ambigua est oratio. tertium, consuetudo.ff.de supellectili leg.l.Labeo. quartum, actus naturæ, seu figura dictionis.& ita not. in rubric. ff.si certum peta. circa princip. in vna sua lectura: hoc dico: quia in alia non reperitur, ad hoc vide gloss. in simili in.l.ij.§.j.in versiculo per spe-

ciem.in fi.ff.si certum petatur.

26 QVAERO quinto † in quo consistat natura,& intellectus verborum? dic,quòd consistit in ratione sermonis. Nam ratio sermonis est natura verborum, id est virtus attributa dictioni ab intellectu ad propositum significandum:quia verba debent esse appropriata menti significatione, vel generali vsu, vt dicta.l.Labeo.§.idem Tubero.&.l.librorum.§.quod tamen Cassius.ff. de leg.iij.&.l.Tugurij.&.l.vt Alphenus infrà eo. & not.Bald.in rubrica.ff.si certum peta. & consistit etiam in causa verborum,& in mente,quia causa verborum, & mens sunt inspicienda, vt.l. scire oportet.§.si aliud in fi.ff.de excusatio. tuto. & not.in.l.in venditione.ff.communia prædiorum. verba enim intentioni deseruiunt secundum beatum Gregorium:vt est tex.in.c.si requiras in princip.extra de appella. quia non sermoni res,sed rei est sermo subiectus,vt est text. in.c.intelligentia,extra de verborum significa.¶ Et dixit Ange.in consi.suo.xxvij. quòd verborum figura nunquam potentior est sensu, & maximè in vltimis voluntatibus,in quibus voluntas magis,quàm verba intuenda est,vt est tex. in.l.cum virum.C.de fideicommiss. & ibi Alber. de Rosate,qui dicit per illum text. quòd verba † in vl-
17 timis voluntatibus nunquam sunt potentiora intellectu,&propterea dicit Imperator in.l.iij.in fine.C.de libe.præte. quòd verborum interpretatio nusquam tantùm valet,vt melior sensu existat.& scribit Gregorius Papa, quòd plerunque dum proprietas verborum attenditur, sensus veritatis amittitur,vt est text. in.c.propterea. extra de verborum significa. Et circa hoc vide etiam quod dicam infrà eo. in sequ.quæstio. Item natu
18 ra † verborum est, siue sint prolata ab homine, siue à lege, vt semper sint stricti iuris, vt.l.iij.C. ad legem Iul.de adulter.& ibi hoc not.Bald. facit l.quicquid adstringendæ. & quod ibi not. suprà de verborum oblig. Item natura verborum est, quòd nũquam exorditur à natura cõtractus,vbi per apertum naturæ verborum possunt adaptari contractus,secundum Bald. in.l.sed & si quis. §.quæsitum.ff.si quis cau.Item verbum,quod potest adaptari pluribus temporibus , adaptatur cuilibet secundum naturam temporis. vt not. Angel.in.l.precibus.C.de impub. & alijs substit.

19 QVAERO sexto, an in dubio † sit standum verbis? & dicas quòd sic.Nam in testamentis,& vltimis voluntatibus à verbis testatoris in dubio non est recedendum. text. in.l.non aliter. ff.de lega.iij.& probatur in.l.si alij.in fin. ibi plus valet scriptura,quàm quod actum est.ff.de vsufruct. lega. ¶ Idem de verbis legis , vt eis in dubio sit standum,vt est text.cum gloss. in.l.j.§.sed si scierit.suprà de exercito.& in.l.quod constitutum : ibi quantùm ad verbum.ff.de testamento milita. & probat.c. ad audientiam,extra de decimis. Idem est de verbis statuti, vt.l.constitutionibus. in fine.ff.ad municip.l.iij.§. hæc verba.ff. de nego. gestis. vbi not. in.l.j.§. qui nauem.ff.de exercito. cum similibus.Item de verbis rescripti, & priuilegij,quia ab eis non est recedendum. vt in.c.porrò.& cap.sequen. accepimus versicu. inspiciend. extra de priuilegijs. & ibi per docto. & not. Archidia.in.c. si propter tua.in vltima gloss. de rescript.lib.vj.& vide text. cum gloss final. in cap. & apostolicæ de priuileg. in sexto. Idem de verbis inuestiturarum:quia ab illis non est regulariter recedendum,vt est text.notabilis.in cap.j. in fine. ibi propter tenorem inuestituræ insertum.in titu.de duobus fratribus, à capita. inuesti. in vsibus feud. & ibi Bald. dicit. nota text. egregium,quòd tenor inuestituræ derogat omni naturæ feudorum,& per illum text.dixit idem Bal. in prælud.feudor.in quarta diuisione,quòd semper est recurrendum ad tenorem inuestituræ. Idem not.Bald.in.l.j.C.de latin.liberta.tollend.& Ioan.andr.in additio ad Specul. in titu. de feudis in rubri. ad finem. Idẽ est de verbis cõtractuum, vt ea sint semper inspicienda,nec ab eis in dubio est recedendum. text. est notabi.in l.fideiussores magistratuum.§. pro Aurelio, ibi lecta subscriptione fideiussionis.ff.de fideiuss. facit.l. lecta. in princip.ff.si certum peta.Idem etiam dicas generaliter de quibuscunque verbis , vt in dubio ab eis non sit recedendum per prædicta. Et ideo dicit Bald.notabiliter in.l.iij.incipien.verba per illum text.C.ad legem Iul. de adulter. quòd verba siue sint prolata à lege, vel ab homine inquãtum verba sunt stricti iuris:vt.l.quicquid adstringendæ.ff.de verborum obligat. quia impossibile est, quòd vnum verbum sint plura, & sic verba specialiter pertinẽt ad casum specialiter expressum,
20 vt dicta.l.iij.Et sic † not. quòd verba non sunt cauillanda,sed standum est intellectibus, & significationibus verborum,vt vult Bald.in additio ad Specu. in titu. de locato. Vnde conclude in hoc, quòd regulariter à verbis,seu à propria significatione verborum non est recedendum per prædicta, & talis significatio verbi propria est à iudice intuenda,& spectanda,vt not. Azo in summa,& C.ne fideiuss. do.dentur.& Alb. de Rosa.in.l.j.ff. si certum peta. quod tamen fallit in pluribus ca-
21 sibus. Primò quando lex ea verba † aliter interpretatur , vt probatur in.l.si pater.ff.de hæredi. instituen. & not. Bald. in.l.quamuis.ff. de in ius vocan.& in.l.voluntatis. circa princi.C.de fideicommiss.

commiſſ.ſed ſi de hoc legem non habemus, regu
lariter dicitur, quòd tunc verbis legis quantum-
cunque varijs ſtandum eſt. vt.l.proſpexit.ff.qui
et à quibus.de cuius intellectu vide gl.ij.in.l.non
dubium.C.de legib.& ibi per Bal.& doct. & per
Bal.in.l.ſi quis ſeruo.j.C.de furtis.& per Bartol.
in.l.ex facto.in princip.ff.de vulg.& pupil.& per
text.cum gloſſ.in.l.ſcire oportet.§.& ſi maximè.
ff.de excuſa.tut.& ibi Bald.& per Modern.in.l.ſi
verò.§.de viro.ff.ſoluto matrimo. & per Iaco.de
Har.in.l.j.ff.ſolu.matrimo. & per Cyn. in.l.j.C.
quæ ſit longa conſuet. facit.vj.q.iij. ſcriptum eſt
in lege.& xxxj.diſtin.tenent.& quod ibi not. Ar-
22 chi.Secundò fallit,quando † cauſa verborũ, vel
ipſa mens,aliter voluit:quia tunc ſtandũ eſt men
ti potius,quàm verbis,vt dixi in quæſtio. præce-
denti.& hoc not.etiam Archidia. in.c.ſi propter
tua.de reſcript.libr.vj.vbi dicit, quòd non eſt re-
cedendum à ſignificatione vocabuli, niſi conſtet
concedentem aliter ſenſiſſe, & idem vult Ioan.
And.in.c.epiſcopus.de rebus eccl. non alie.vbi di
cit,quòd ſignificandi intentio præualet ſignifica
tioni verborum.& Bal.in.l.ſi quis ſeruo.C.de fur
tis.in antepenul.q.dicit,quòd magis debet atten-
di intellectus,quàm vocabulum:quia mens eſt ſi-
cut anima, & verbum ſicut corpus, ſiue ſuperfi-
cies, & ideo ſcribit Hieronymus in Epiſtola ad
Galathas,ne putetis in verbis ſcripturarum eſſe
Euangelium,ſed in ſenſu,non in ſcriptura, ſed in
medulla,non in ſermone, non in folijs,ſed in ra-
dice rationis, vt eſt pulcher text.j.q.j.Marchion,
& Baſilides.pro hoc facit.l.ſcire leges.non eſt ver
ba earum tenere,ſed vim ac poteſtatem.ff.de le-
gib.Et propterea illi,qui intelligunt tex. prout ia
cet ad literam ſecundum corticem,& non ſecun
dum mentem dicuntur Iudaicè intelligere, ſicut
Iudęi intelligunt teſtamentum vetus,quod habe
tur in Biblia.Nam Iudæi nũquam volunt, à ver
bis recedere,vt not.gloſſ.ij.in princi. in.l.non du
bium.C.de legi.& hoc modo intelligo gloſſ.in.l.
damni infecti ſtipulatio competit.§.ſi is qui vici-
nus. in verbo aliquos.in princi.ff.de dam.infect.
quæ dicit,quòd quidam Iudaicè intelligunt lite-
ram iſtam,& quod dicit Bald. in.l.quicunque. in
antepenul.col.in fi.C.de ſer.fugi.vbi dicit per il-
lam gloſſ.quòd leges,& ſtatuta non ſunt intelli-
gēda Iudaicè. Et quia dixi,quòd mens potius in-
ſpicitur,quàm verba.intellige,quando mens ap-
paret diuerſa à verbis:& à propria ſignificatione
verborum, quæ colligitur ex pluribus, vt pate-
bit ex his, quæ dicentur in ſequentibus fallen-
tijs,& habetur etiam per Bal.in.l.nõ dubium.in
23 v.col,in fi.C.de legi.¶ Tertiò fallit † ratione ad-
iuncti,quia tunc receditur à verbis, & eorũ pro-
pria ſignificatione,vt not.Bal. in.l.ſi ſeruus.§.qui
quinque.per illum tex.ff.de lega.j.
24 QVARTO fallit, † quãdo verba in proprio
ſignificatu nihil poſſent operari, quia tũc trahun
tur ad improprium intellectum,ſecundum An-
ge.in.l.ſi cum ante.per illum text.C.de donatio.
ante nup.& per Barto. in.l.ſi cum Auguſti.ff.de
ſeruitut.titu.generali. & in.l.proculus.ff.de vſu-
fruct.& ibi not.& idem dicit Cardi.Zaba. in cle.
in pleriſque.de elect.quòd ſæpe fit interpretatio
cõtra propriã ſignificationẽ vocabulorum. vbi
res aliter ſalua eſſe nequit iuxta mentẽ proferen
tis, facit, quod dicam in nona fallentia. Quintò
fallit:quia cauſa honeſtatis ſeruandæ à ſignificato
proprio verborum receditur,vt not. Angel.in.l.
25 quinque.§.parentes.ff.de in ius vocan.† Sextò fal
lit:quia ex natura contractus, vel ſubiectæ mate-
riæ à ſignificatione vocabuli propria receditur,
vt.l.inſulam.ff.de præſcript.verbis. &.l.ſi ſtipula
tus. in princip. vbi not.ff.de vſuris. &.l.ſi vna. in
princip.& ibi etiam not.ff.locat.& not. Alberic.
26 de Roſa.in.l.j.ff.de bonorum poſſeſſio. † Septi-
mò fallit,quando veriſimile eſt loquentem aliter
intellexiſſe,quæ veriſimilitudo ex multis attendi
tur.vt.l.ſi ſeruus plurium.§.fin.ff.de lega.j.& per
Dyn.in cap.inſpicimus.de regulis iur.in ſexto. &
not.Barto.in.l.non aliter.ff.de legatis.iij. Octauò
27 fallit:quia propter communem vſum loquendi
verba improprientur, vt.l librorum.§.quod ta-
men Caſsius.ff.de lega.iij.& ibi per Barto.& per
Barto.plenè in.l.Labeo.ff.de ſupellect.leg.& hoc
not. Bald. in.l.cum virum. in vltima colum.C.
de fideicommiſſ.& eſt caſus in.l.ſi quis vinum.§.
fina.cum.l.ſequenti.ff.de vin. tritic. & oleo lega.
Nam in expoſitione vocabulorum attendendus
eſt vſus,& conſuetudo loquendi,&.l.anniculus.
pri.in princip. infrà eod. vt not. Bald. in cap.j.in
ſexta colum. infrà de capitan. qui curiam vend.
an intel.ben.vend.& ideo dicit Archidiaco. in ca
pi.nulli.de electione.in ſexto. quòd cõmunis ver
bi intelligentia debet attendi. Et ſic not. quòd ſi
communis vſus loquendi repugnat propriæ ſi-
gnificationi,præfertur communis vſus loquen-
di:quia ita eſt mens legis, vt intelligantur ſecun-
dum dictum vſum loquendi per dicta iura,ſecun
dum Bald. in.l.non dubium. in quinta colum.in
fine.C.de legib.& vide quod not.Bartol. in.l.j.in
princip.ff.de ſuis & legiti. & per Bald. in cap.j.in
28 fine.de ſucceſſ.feud.† Nonò fallit,propter natu-
ram diſpoſiti, & maximè vt ſententia valeat, vt
eſt gloſſ.ſingularis in.l.& puto.§.j.ff.famil.erciſc.
ſecundum Bald.in dicta.l.cum virum.Nam ver-
ba ſententiæ debent intelligi ſanè. Ita, quòd ſen-
tentia adaptetur negotio,& negotium ſententię:

vt sententia valeat,& non pereat,not. Bald.in.c. cũ super in fi.penul.col. extra de re iudi.per not. dicta.l.& puto.§.j.facit quod dixi in quarta fallẽ-
29 tia.Decimò fallit propter rationem:† quia verba intelligenda sunt secundum rationem,quando ratio verbis repugnat:quia ratio legis est mẽs & animus legis.l.cum mulier.ff.sol.matri.& not. in.l.cum tale.§.falsam.ff.de condi.& demonst.& per Dyn.in.c.fin.de regu.iur.in sexto.& per Bal. in.l.non dubium.in quinta colum.in fi.C.de legi. vnde si prohibetur ingressus nõ cõprehenditur ingressus causa medendi,vt non Bal.in authen. ingresi,in fin.ij.col.C.de sacr.eccl. Vndecimò fal
30 lit,† quando sensus proprius verborum cõtinet iniquitatem,quia tunc recedimus à verbis,& intelligimus secundum improprium significatum vt probatur in.l.scire oportet.§.si maxime.ff. de excu.tu.secundum Bald.in.l.non dubiũ in quinta col.in fin.C.de legi.& vide not.in versic.quid si quis absurdè ad legem Aquil. Duodecimò fal-
31 lit,† cum ex verbis sequeretur aliqua absurditas per.l.nam absurdum ff.de bonis liber.& not.in.l. diuortio in princi.ff.solu.matri.&.c.cum satis sit absurdum.extra de officio Archi.& de officio vicarij.in.c.clericos,& hoc etiam not.Albe de Rosa.in.l.j.ff de bonorum possessio.allegat ipse not. in.l.j.§.qui in perpetuum.ff.si ager vectiga. vel emp.pe.& in.l.minor.§.si seruus.ff.de euictio.De
32 cimotertiò fallit,† quando res esset mali exempli si staretur verbis,& propriẹ significationi verborũ arg.l.aut facta.§.fi.suprà de pœnis.&.l. si quis aliquid.§. qui abortionis.eo.titu.&.l.exemplo.C. de proba.&.l.j.C.de precib.Impe.offe.cũ simili-
33 bus.Decimoquartò fallit,† quando subest publica vtilitas:quia tunc potest à verbis recedi: sed quando est sola priuata tunc statur verbis.l. prospexit.ff.qui & à quibus not.in.l.scire oportet.§. & si maximè.ff.de excusa.tuto.facit.l.j.in fi.C.de cadu.tol.& authen.res,quæ.C.coram de leg.&.l. vtilitas de Primipilo.libro duodecimo.& facit.c. licet ante fi.extra de regularib. Decimoquintò
34 fallit,† quando staremus verbis,& eorum propriæ significationi non inueniretur principium, vt est tex.not.in.l.nam aliter.ff.de vino, tritico, & oleo legato.facit.l. eũ,qui.in princip.suprà de
35 verbo.obliga. Decimosextò † quando sequeretur impossibile si staretur verbis & propriẹ significationi, vt probatur in.l.j.§.si insulam. ibi quia impossibile est suprà de fluminibus,facit.l.impos
36 sibilia infrà titu.proximo.Decimoseptimo † fallit,quando sequeretur perplexitas vt.l.si Titius, & ibi not.suprà de verb.obli.Decimooctauò fal
37 lit † ratione conditionis personarum.Nam si cõdictio personarum non exigit intellectum propriũ stamus in improprio vt.l.filiusf.suprà de dona.& not.Albe.de Rosa.in.l.j.ff.de bono. posses. sunt etiam plures aliæ fallentiæ,quæ colliguntur ex his quæ dicam infrà de significatione,& intelligentia,& de interpretatione verborum. Et quia dictum est suprà quod à propria verborum significatione regulariter non est recedendum,
39 quæro quæ sit propria significatio † vocabuli, & dic quod est illa quæ sumitur ab autoritate.vt si in aliqua lege hoc dicatur vt.l.ferri.&.l.proprie infrà eo.secundum Bart.qui ita not.in.l. omnes populi. in tertia quæstione sextæ quæstionis
40 principalis.ff.de iusti.& iure.† Item dicitur illa,
41 quæ sumitur ex diffinitione.† Item illa quæ sumitur ex deriuatione vel allusione, & quando allusio repugnat diffinitioni sumitur ex definitione,ita not.Barto.per illũ tex.in.l.j.§.ex qua re ff.de tutelis.& in.l.omnes populi in tertia quæstione sextæ quæstionis principalis. versi. quæro vnde sumatur.ff.de iusti.& iure & in.l.liberorũ, in quinta colum.in .l.j.eo.& idem not.Bald.in.l. nõ sine.C.de bonis quæ libe.& dicit,quod ibi est
42 tex.notabilis de hoc ibi quãuis ergo & c.¶ † Itẽ proprius sensus vocabuli est ille,quem lex ei dat, non quem vulgus imperitum assignat, vt dicit Bal.in.l.maximum vitium in iij.colum.in prin.
43 C.de libe.præteri. † Item proprie dicitur fieri quod secundum modum significandi fit,vt not.
44 Bald.in.l.fi.in xj.q.C.de hære.institu. † Item illud dicitur proprie quod plenè demonstrat intellectũ loquentis secundum Bald.in dicta.l.non
45 sine.† Item id,propriè dicitur fieri,quod fit simpliciter,& non secũdum quid,vt.ff.de leg.tertio. l.hoc legatum.secundũ Bal.qui ita not.in.l.si nõ speciali in penul.col.ad fi.C.de testamentis. licet aliter dixit in.l.j.in versi.modo dubitatur in fin.
46 C.qui testamẽ.fa.po.† nec dicitur propriũ quod abusiuum est,vt.ff.de suis & legitimis.l.item prætor.vt not.Bald.in.l.fin.§.in cõputatione. in vlti
47 ma colum.C.de iure delib.† Item proprium dicitur idest pro re priuatum, separatum à cõitate, vnde proprium idest priuatum, suum sic sumitur secunda quæstione.ij. biduum.versic.palam. secundum Archi.in.c.nulli ad fi.de electione in
48 vj.vbi ad hoc allegat alia iura.† Et de ista materia,an & quando sit standum verbis & propriæ significationi verborum,vel non,vide per Bart. & doct.in.l. nõ aliter.ff.de lega.iij.& per doct.& maximè Iaco.butri.Albe.de Rosa.& Bal.in.l.cũ virum.C.de fidecommissis.& per Iaco.Butri.in l.j.C.plus valere, quod agitur,& per Bald.in.l. fi.C.de codicillis,& in.l.non dubiũ.C.de legibus. & in.l.voluntatis in princi.c.de fideicommis. & in.l.quãuis.ff.de in ius vo.& in.l. si quis seruo.C. de fur

de furtis.& per tex.gl.& doct.in.l.j.§.sed si sciẽ-
te.ff.de exer.& plenè per Alb.de Rosa.in.l.j.ff.de
bo.pos.& in.l.filiusfa.suprà de dona.& in.l.si vno
ff.locati.& per glos.fi.quæ ad hoc allegat iura in
c.ad audientiam,extra de decimis,& ibi per doc.
& per glos.in.c.propterea extra de verbo.signifi.
& per Archi.in.c.nulli.in verbo proprio iuramẽ
to de electione in.vj.

QVAERO septitimò quis sit effectus ver
49 borũ?& respondeo,quòd est † multiplex. ¶ Pri
50 mus est: quia per verba † quisque cogitationes
suas in alterius notitiam profert.vt est text.xxij.
q.ij.c.is autẽ.in princi.& sic per verba datur vo-
51 luntas intelligi:quia † nemo ęstimãdus est dixisse
quod non mente agitauerit, vt dicit tex.in.l.La-
52 beo.ff.de supellect.leg.† & non credimus homi-
nem velle nisi id,quod dixi,vt est tex.in.l.ex his.
ff.de excusa.tu.& not.Bal.in.l.voluntatis in prin
53 C.de fideicõmis.† ¶ Secũdus effectus est ad idẽ,
quòd mysterium verborum ponit mysteriũ in-
tellectus,vt not.Bal.in.l.generalis.ff.de adoptio-
nibus.¶ Tertius effectus est:quia p verba in sen
tentia apposita declaratur mens iudicis,vt est gl.
in.l.si prætor.§.Marcellus quę incipit ab absente
54 suprà de iudicijs.¶ Quartus † quia ordo verbo-
rum denotat ordinem intellectus.vt.ff.de vsusfr.
l.quoties.in princi.facit glos.in.c.quorundam de
electione in.vj.& glo.in.c.fi.extra de appel.cum
55 simil.¶ Quintus † quia verba regulariter de-
seruiunt intentioni vt est tex.in.c.secundo requi
ris.in princip.extra de appel.&.j.q.j. Marchion.
& Basilides cum similibus suprà allegatis in quin
56 ta & sexta quæstione.¶ Sextus † Nam vbi habẽt
locum verba legis vel loquentis,ibi habet locum
ipsa lex , & loquentis dispositio.l.ita cum autẽ
in princi.ff.de admini.tu.&.l.iiij.§.toties.s̃.de dã-
no infecto.&.l.constitutionibus.s̃. ad municipa.
cum similibus:sicut ecõtra.vbi non conueniunt
verba legis ibi nec legis dispositio probatur in.d.
§.toties.& ibi Bar.Ang.& doc.& probatur. in.l.
hos accusare.§.omnibus,suprà de accusa.facit.l.si
vero.§. de viro.s̃.sol.mat.quod facit ad.q.de qua
per Bart.& Ange.in d.§.toties,& dicam infrà in
secunda limitatione.Et ideo dicas quod verba de
bent intelligi in casu in quo possunt cadere, vt.l.
j.in princi.ff.de suis & legi.&.l.pater Seuerinam.
in princi.ff.de condi. & demon. & not.Albe.de
Rosa.in.l.si mater.ff.de vulga.& pupilla.¶ Septi
57 mus † effectus est:quia verba generaliter prolata
extenduntur ad ea quæ est verisimile cogitata
fuisse,vt not.Albe.de Rosa.in.l.omnia.§.cum ita
legatur in fi.per illum tex.de leg.ij. & probatur
in.l.cum Aquilia.& in.l.qui cum tutoribus.s̃. de
trãsac.&.l.tres fratres.ff.de pact.cũ simi.¶ Octa
58 uus est:quia verba seu effectus † trahuntur ad li-
mitationem iuriscom.& non econtrario,vt not.
59 Ang.in consilio ix.¶ Nonus † effectus est, quia
verba semper aliquid operantur.Nam verba de-
60 bent † aliquid operari,quãdo sunt à lege prolata,
vt est tex.in.l.iij.§.j.in verbo frustra.& ibi Bald.
& dominus Pau.de ca.ff.de iureiur.&.l.j. in fi.ff.
ad municipales.idẽ in testamento & vltima vo-
luntate,vt est tex.in.l.si quando,& ibi per doc.ff.
de leg.j.& in.l.Diuus.ff.de vsu & habitatione:idẽ
in stipulationibus vt.l.si stipulatus.in princi.ff.de
vsuris.& not. Albe.in .d.l.si quãdo.Idẽ in priuile
gijs extra de priui.c.ex ore.& in.c.si Papa eo.tit.
in vj.Idẽ in omni dispositione contrahentium
inter viuos vt dicta.l.si stipulatus.& not.Ang.in
dicta.l.si quando in princ.de le.j.& probatur etiã
in.l. si adijciatur .ff. pro socio.Idem in suppli-
catione,vt debeat aliquid operari, quia frustra
precibus imploratur,quod iure communi cõce
ditur.l.j.C.de thesauris lib.x.& ibi gl.in verbo le
ge,quæ allegat ad hæc iura.l.cũ interdicto.C. ar-
bit.tute.Idẽ est in omnibus alijs quibuscũq; ver-
bis quia regulariter debẽt aliquid operari,vt not.
Archidia.xxviij.q.j. sic enim,& Albe.de Rosa.
in dicta.l.si quando de leg.j.vt ibi probatur:& ibi
per Bar.Albe.& doct.in.l.si quando.ff. de le.j.&
in.l.iij.§.j.in verbo frustra.ff.de iureiuran. &.l.j.
in fi.& ibi glo.& Bar.ff.ad municipa.& est tex.in
l.diuus in princi.ff.de vsu.& habita.&.l.si stipula-
tus in princi.& ibi per Albe.de Rosate.ff.de vsu-
ris.& in.l.sed si adijciatur suprà pro socio , & ibi
Iacob.de Beluiso.& not.glos.in.l. lege locationis
suprà locati,& non.Albe.de Rosa.in.l.qui sic.ff.
de verbo.obligatio.vbi vide.& est text.cum glos.
in verbo nunquid. xxviij. quæstione prima sic
enim. & ibi per Archidiac.xix.di.si romanorũ.
& ibi per.Dominicum de sancto Geminiano:&
habetur per gl.in.c. solito extra de maio.& obe-
di.in verbo tanquam quæ incipit quod quando-
que. & ibi.per Ioan.Andr.& doc.& in.c.ex ore.
extra de priuilegijs.& in.c.in his eo.titu.& proba
tur in.c.ad audientiam extra de decim.& in.c.pa
storalis extra. de dona.& in.c.si Papa.§. primo
de priuilegijs in sexto. & not.Archidiaco.in.c. si
propter tua in vltima glossa in verbo genere-
tur.de rescript.in sexto . & plene per dominum
Dominicũ de sancto Geminiano in dicto.c.si pa
pa in principio in quarta colũna de priuile.in se-
xto.& ibi per docto.in tantum,quòd etiam quę-
libet syllaba debet aliquid operari,& frustra non
poni:vt est glossa notabilis in lege prima suprà
quod metus causa.Nam singula verba debẽt ha
bere suum mysterium,vt not.glos.institut. de a-
ctio.in princi.in verbo quãuis quæ incip.s.ciuile.

Ad quod vide Ioan. Andr. in addi. ad Specu. in titu. de sententijs. §. qualiter in additi. quæ incipit. & litem cõtestari. Et plus dico notabiliter, quòd verba debent trahi ac extraneum intellectum vt aliquid operentur, vt. l. Titio. §. j. & ibi Bald. ff. de leg. secundo. & est textus cum glos. singulari. in. l. & puto. C. familiæ erciscundæ. & est ratio quia verba semper cum misterio prolata esse intelliguntur, vt not. in dictis iuribus: & not. etiam Oldra. in consilio suo ccccij. ¶ Et intellige, quòd
61 verba † debent operari id, quod possunt operari de iure, & de facto, & quòd non possunt, non, secundum Bald. in addi. ad Specu. in titu. de emp.
62 & vendi. † sed in contrarium quòd verba non semper aliquid operentur probatur. nã aliquando addijcitur, quod non addit, vt. l. sed si addijci-
63 tur. ff. pro socio. † Item quia si addijcitur aliquid quod est contra substantiam eius quod principaliter agitur, non valet adiectum neque vitiat principale negotium, vt. ff. de peculio lega. l. si legatum. & de vsu, & habi. l. per seruum. & not. in authẽ. ingressi. C. de sacro. eccle. vbi dicitur, quòd pactum retẽtionis bonorum nihil operatur nec
64 vitiat ingressum. Itẽ quia verba † multiplicatiua non vitiant substantiam, vt. ff. de auro, & argen. lega. l. pediculis. §. Labeo. & l. Titia la prima. §. qui
65 inuita. & §. Lucius de le. ij. † Item quia quæ dubitationis caussa exprimuntur, ius commune non
66 lædunt. l. qui mutuam. ff. mandati. † Itẽ quia abũdans cautela non nocet. l. testamenta omnia. c. de
67 testa. ¶ Item quia clausula superuacua aliquando ponitur in rescripto, vt in. c. accepimus. de æta. et quali. & pro hoc. l. non rectè. C. de fideius. Sed Archid. xxviij. q. j. sic enim, quem sequitur Albe. de Rosa. in dicta. l. si quando. de le. j. in hoc articulo de hæred. instit. ff. videlicet, quòd hoc depẽdet ex voluntate. Nec est mirum: quia aliquando ex super abundanti clausula ponitur, vt dicta. l. qui mutuam. ff. mandati. & l. quæ dubitationis. j. titu. proximo, & aliquando etiam tota litera est superflua, vt in. c. quia in caussis. extra de procu-
68 ra. sed hoc ideo ponitur: quia † plus solet timeri, quod specialiter exprimitur, quã quod generaliter. xxiij. di. quanquã & c. si aduersus extra de hæreticis. regulariter tamen secundum eos verba debent aliquid operari: & quod dicit dicta decretalis accepimus. de æta. & quali. ex superabundanti & c. non respicit superfluitatem sed gratiã, idest de gratia hoc facimus, vt ibi patet ex verbis præcedentibus & sequentibus. Sed hæc doctrina non videtur mihi esse perfecta. Et ideo tu dicas, quòd regulariter verba debent aliquid operari per iura præallegata, & frustra non cẽsentur esse apposita. l. iij. §. j. in verbo frustrà. ff. de iureiurã. sed cum mysterio, vt per glos. institu. de actio. in princi. in verbo quamuis, etiam si sit vna sillaba, vt not. glos. in. l. j. ff. quod metus causa. Ex quo infertur, quòd si aliquis legauerit rem ecclesiæ, vel loco pio: & prohibet eam alienari, licet posset alienari ex causa putà captiuorum, vel simili seruata solennitate iuris, vt habetur in authen. hoc ius porrectum. C. de sacro. eccle. & x. q. ij. hoc ius porrectum. c. xij. q. ij. sine exceptione, tamen vt prohibitio testatoris coniuncta cum prohibitio-
69 ne legali aliquid operetur, operabitur hoc: † q̃ non poterit alienari etiã in casibus à iure, vel leg. permissis, vt probatur in auten. de aliena. & emphyteus. & c. §. sanctissimis. col. ix. & ego dicj in cautela mea. xxviij. quod est singulare. Item ex hoc etiã infertur, quòd licet vassallus possit rem feudalem alteri in feudum dare, vt est text. in. c. vnico. §. similiter. in tj. de lege Conradi. & not. gl. & doc. in. c. quæ in ecclesiarum extra de cõstitu. tamẽ si adijciatur pactũ de nõ alienãdo, non poterit, vt not. Bal. in. c. j. de capitaneo qui curiam vendidit. Itẽ etiam infertur aliud, nam licet gesta per vnum procuratorem possint per dominum rata haberi. l. licet. ff. de iudicijs, cum simil. tamen si statim dicit quòd processus procuratoris sine mandato nõ valeat, ratihabitio non sufficeret, vt est tex. in. l. si verò non remunerandi. §. si post creditam. ff. mandati. & not. Bald. in. l. si vxore ad fi. C. de conditio. instit. Item tu inferas ad similia. Et quod dictum est, quòd verba debent aliquid
70 operari, limita † pluribus modis. ¶ Prima limitatio est, quòd illud verum, quãdo possunt aliquid operari, si datur eis sanus intellectus: secus si non pssunt aliquid operari dãdo sanum intellectum, vt dicit gl. & Bart. in. l. j. in fi. suprà. ad municipa-
71 les. ¶ Secũda † limitatio est, quãdo nullo modo possunt operari: quia materia subiecta non patitur: nam vbi verba non conueniunt, nec dispositio loquentis, vt. l. iiij. §. toties s̃. de dam. infect. & l. hos accusare. §. omnibus. s̃. de accusa. & dixi suprà in sexto effectu. Et ideo dicit Bart. in dicto §. toties. aliàs. l. Prætor. §. fin. quòd si statutum dicit, quòd de quolibet contractu, de quo fieret instrumentum soluantur pro gabella sex denarij pro libra, quòd istud statutum nõ habet locum in contractibus, qui sunt super re inæstimabili, vel non continerẽt aliquod interesse æstimabile per libram. allegat etiam. l. ita autem. in princi. ff. de administratione tutoris, vbi dicit singulariter, quòd stante dicto statuto, si illud super quo contrahitur non ascendit ad libram, nulla gabella debet solui per illum text. ex quo verba sta-
72 tuti non conueniunt. ¶ Tertia limitatio † quando verba non possent operari propter imposibili

bilitatem, quia impoſsibilium nulla eſt obliga-
tio, vt.l.impoſsibilium. infrà titu. proximo. vel
propter verborum repugnantiam: quia vbi re-
pugnantia inuenitur,neutrum valet, vt.l.vbi re-
pugnantia, infrà titu.proximo. et not. gloſſ. ma-
gna in fine.in.l.per ſeruum.ff.de vſu, et habi. vel
propter obſcuritatem.Nam ſi verba ſunt ita ob-
ſcura, quòd nullum intellectum valeant ſuſtine
re, non valet ſcriptura. text. eſt. in.l.quò tutela.
§.quæ in teſtamento,infrà titu. proximo. vbi di-
cit,quæ in teſtamento ita ſcripta ſunt, vt intelli-
gi non poſsint,perinde ſunt, ac ſi ſcripta non eſ-
ſent,& not.Bald.in.l.voluntatis. circa princip.C.
de fideicommiſſ. vel propter voluntatem pro-
broſam, vel ineptam, vel turpem, vel aliâs le-
gibus,vel iure interdictam, vt eſt text. inſtitu. de
lega.§.fina.&.l.ſeruo alieno.§.fina.ff.de lega.j.&
l.Turpia.in princip.eodem titu.& not. glo.inſtit.
de legatis.§.noſtra autem conſtitutio. ¶ Quarta
73 † limitatio eſt,quando verba, quę exprimuntur
ſi intelligerentur,& operarentur eo modo, quo
fit expreſsio reſultarent cōtra ius,& intellectum
iuris communis. Nam tunc talis verborum ex-
preſsio nihil operatur, ſed debet reduci ad ordi-
nem diſpoſitum, à iure communi,vt eſt caſus in
c.cauſam quæ,extra de reſcript.ſecundum domi
num Dominicum in dicto.c.ſi papa. in fine prin
cipij. de priuilegijs in ſexto. Facit quod not. in.l.
fina.§.in computatione.C.de iure deliberan.& in
l.ij.C.de noxa.¶ Quinta limitatio eſt,quādo ius
74 commune † diſponit,quòd verborum expreſsio
non operetur,vel quòd non operetur in totum,
quod verbum ſonat,vt eſt caſus cum gloſ.in cap.
ſi duo.de procur.in ſexto.vbi patet,quòd licet in-
ſtituātur duo inſolidum cùm clauſula,quòd non
ſit melior condictio occupantis, nihilominus eſt
melior conditio,& ſic illa clauſula non operatur
in totum,vt ibi.& hoc etiam tenet domi.Domi-
nicus in dicto.c.ſi Papa ad finem principij. ¶ Se-
75 xta limitatio † eſt,quando id,quod conceditur to
tum erat ex diſpoſitione iuris communis. Nam
tunc talis conceſsio nihil operatur.vt eſt caſus. in
c.quia in cauſis,extra de procurat. & in cap. & ſi
Chriſtus,in fine,extra de iureiurand.& talis con-
76 ceſsio fit:quia per hoc ſolet timeri:† quia plus ſo
ſet timeri, quod ſpecialiter iniungitur, quàm
quod generaliter concluditur.xxiij.diſtinctione.
quāquam.c.ſi aduerſus. extra de hæreti. &.l.item
apud Labeonem.§.hoc edictum.ff.de iniur. Sed
ſi id quod conceditur, non erat ex toto de iure
communi, ſed in parte,tunc oportet, quòd ali-
quid operetur,& iſte eſt caſus in dicto.c.ſi Papa.
77 † Nam quælibet eccleſia eſt ſubiecta de iure com
muni eccleſię Romanæ, & ordinario, & conce-
ditur,quòd ſit ſubiecta Papę,vt illa verba aliquid
operentur,intelligitur exempta ab ordinario, vt
dicit tex.in dicto.c.ſi Papa, & ibi hoc not.per do.
Dominicum.¶ Septima limitatio,quando ver-
78 ba † ſe habent,vt genus,& ſpecies: quia tunc ver-
ba generalia reſpectu generis non operantur. vt
eſt tex.in.l.ſed ſi adijciatur.ff.pro ſocio. & ita ibi
hoc not.Bar.Nam ibi lucrum eſt genus, & quæ-
ſtus eſt ſpecies,& ideo reſtringitur ſignificatio lu
cri.vt ibi intelligatur de lucro ex quæſtu:& eſt ra
tio:quia ſtatim poſt genus apponitur ſpecies ipſi
generi.Ideo ponitur expoſitiuè, vel declaratiuè.
vt not.Barto.in l.quæſitum.§.ſi quis fundum,in
ij.col.in fi.ff.de fundo inſtructo. Vel alia ratio po
teſt eſſe,quare ibi intellectus ille aſſumitur: quia
ſic communiter fieri ſolet,vt.l.torri.ff.pro ſocio.
& not.Bartol.in dicta.l.ſed ſi adijciatur. & in di-
cto. §. quæſitum. quod not. pro declaratione.
dictę.l.ſed & ſi adijciatur.ff.pro ſocio. ¶ Octaua
79 limitatio † eſt,quando ſtipulatio interuenit ani-
mo nouendi,non vt aliquid addatur,vt eſt caſus.
& ibi not. in.l.ſic.ff. de verborum obligatio. &
hoc modo,licet non operetur argumentum obli
gationis: tamen operatur nouam obligationem,
& actionem,& operatur,& valet: quià tollit pri-
mam obligationem,& actionē,& alia naſcitur,et
præſcriptio longiori tempore durat. ¶ Nona li-
80 mitatio † eſt, quando aliquid exprimitur in his
quæ dependent à voluntate, & ſic fit expreſsio
ex ſuperabundanti,tunc talia verba nihil operan
tur,quia ea,quæ cauſa dubitationis tollēdæ in cō
tractibus inſeruntur,ius commune non lædunt,
vt.l.qui mutuam.ff.manda. ¶ Decima limitatio
81 † eſt,quando fit expreſsio eorum, quæ tacitè in-
ſunt, quia tunc nihil operatur, quod procedit
quando exprimitur, eo modo, quo tacitè ineſt:
ſecus ſi exprimitur aliter,quàm inſunt, vt qa fit
expreſsio ad finem,vt actus, qui erat purus effi-
ciatur per expreſsionem conditionalis:quia tunc
illa expreſsio aliquid operatur, & ita procedit
gloſſ.de electione.c.ij.libro vj.& cap.j.de deſpon
ſatione impuberum, eodem libr. & ita not. Do-
minicus in dicto cap.ſi Papa in fine principij de
priuilegijs.in ſexto.& not.Bart.& doct.in.l.iij.ff.
de lega.j.& idem not.Bar.in.l.j.ff.ſi pen. appella.
mors interue. Itē illa regula, quòd expreſsio eo-
rum, quæ tacitè inſunt nihil operetur, procedit
quando illud tacitè inerat à neceſsitate. vt.l.ſi ar-
rogator. de adoptio. ſecus ſi inerat ex volunta-
te, vt.l.talis ſcriptura.ff.de legatis primo. & ita
not. Bartol. & Docto. in dicta.l.tertia.de legatis
ſecundo. & idem not.Bartol.in.l.re coniunctim,
in quinta oppo. de legatis tertio. & in.l.Centu-
rio. in ſecunda columna. in fine.ff.de vulgari &

82 pupilla. † Et de isto articulo, quando expressio eorum, quæ tacitè insunt operatur, vel non. vide text. gloss. Barto. plenè. & doc. in. l. iij. ff. de lega. j. & per Bartol. in. l. j. ff. si pendente appella. mors interue. & in. l. iij. C. eodem titu. & in sua disputatione quæ incipit Lucanæ ciuitatis. in princip. solutionis. ibi contrarium dico: & vide omnino gloss. in. c. j. de desponsa. impube. in sexto. & gloss. in. c. ij. de electio. ¶ Decimus effectus verborum
83 † est maximus, & mirabilis: quia per verba sacramentalia, quæ habentur in cap. cum Marthæ extra in princip de celebratione missarum conficitur corp⁹ & sanguis domini nostri Iesu Christi, vt est casus in dicto. c. cum Marthæ. & de consecra. distinct. ij. quid sit sanguis. & in clemen. j. de reliquijs & veneratione sanctorum. & ibi vide gloss. ordina. in verbo mirabilia, quę ponit mirabilia huius confectionis, seu istorum verborum sacramētalium, & ponit etiam Io. An. in dicto. c. cum Marthæ. in. §. quæsiuisti. Vndecimus effe-
84 ctus etiam mirabilis est: quia † tempore missæ in immolationis hora ad sacerdotis vocem cœli aperiūtur, & in illo Iesu Christi mysterio Angelorum choros adesse, summa, & ima sociari, vno eodemq; tempore, ac momento, & in cœlo rapitur Angelorū ministerio secundū corpus Christi, & ante oculos sacerdotis, in altari videtur, vt scribit Gregorius in Homelia paschali, & habetur per text. de consecratio. distinctio. ij. quid sit sanguis: & per gloss. in dicta clemen. j. de reliqui. & venera. sanctorum in verbo mirabilia.
85 ¶ Duodecimus effectus † verborum: quia per orationem dominicam aut symbolum potest quis sanari, & liberari, vt probatur. xxvj. quæstio. vij. non obseruetis. & quæstio. v. non liceat. & ibi hoc not. Archidiaco. Sed circa hoc est pulcherrima & quotidiana dubitatio, ac etiam vtilis, & necessaria, maxime istis temporibus quibus multùm frequentantur incantationes ad sanandum, an istæ incantationes, quæ quotidie fiunt ad sanandum homines à febribus etiam à vulneribus, vel alijs infirmitatibus in veritate operen-
86 tur sanitatē? & an sint licitæ vel nō? Et † videtur quòd sine dubio sanitatem operentur; quia videmus quotidie: & ita etiam vidi, quòd vulnerati lethaliter ita quòd quasi esset impossibile arte medicina ipsos liberari cum incantationibus fa-
87 ciliter, & paucis diebus liberātut. † Item etiam videtur, quòd sint licitę per tex. apertum in. l. eorum. C. de malefi. & mathe. vbi dicitur quòd facientes incantationes ad finem boni, vt sanētur corpora humana nullum crimen committunt, & ibi hoc tenet Bal. qui dicit per illum tex. quòd incantationes, quæ fiunt ad remedia sunt licitæ, & fieri possunt, quod dicit esse notandum. Item pro hoc videtur esse tex. xxvj. quæstio. v. non li-
88 ceat. & quæst. vij. non obseruetis. † Item pro hoc qu ia dicitur quòd in verbis, & in herbis, & in lapidibus sunt virtutes, vt not. Archi. in. d. c. non liceat. in verbo medicinales. De verbis habetur in c. nec mirum. xxvj. q. v. De herbis habetur in dicto. c. non liceat. & in. c. si. e. q. De lapidibus habetur in dicto. c. fina. In contrarium videtur, quòd imò non operentur sanitatem, quia multi etiam moriūtur, vt sæpissimè vidi. Item videtur etiam
89 quòd non sit licitum vti istis † incātationibus ad sanandum, vt est text. lxxxviij. distinct. quoniam non cognoui: vbi dicit, est peccatum habere filios: quia quando eis dolet caput, matres infideles quęrunt eis ligaturas sacrilegas, & incantationes. omnia ista sunt peccata hominum, non rerum. Et scribit beatus Augustinus, admoneant fideles sacerdotes populos, vt nouerint magicas artes, incantationesq; quibuslibet infirmitatibus hominum nihil posse remedij conferre, non animalibus languentibus, claudicantibus, vel moribundis quicquam mederi, sed hoc esse laqueos, & insidias antiqui hostis, quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur. Et si quis hoc exercuerit, clericus degradetur, laicus anathematizetur. est pulcher tex. qui ita dicit. xxxij. quæstio. vij. admoneant. Item dicit idem Augu. in libr. de ciuitate Dei. quod omnis inquisitio, & omnis curatio, quæ à diuinatoribus, & magis, vel ab ipsis cacodęmonibus in Idolorum cultura expetitur, mors potius dicenda, quàm vita, vt est tex. notabilis. xxvj. q. ij. qui sine saluatore: & est ratio, quia scriptum est, omnia, quæ facitis aut in verbo, aut in opere omnia in nomine Iesu Christi facite
90 gratias agentes Deo, & † tantùm Deus creator omnium & dominus honoretur, vt habetur ex Concilio Martini Papæ, & est text. xxvj. q. v. non liceat. Et quia, qui sine saluatore salutem vult habere non sanus, sed ęger: & in ægritudine assidua laborabit, vt est text. xxvj. q. ij. qui sine. Si autem quispiā opponit, quomodo videmus, quòd ęgris præbent sic incantationes medellam, si aliquid propriæ virtutis, & potestatis non haberēt? Hoc à nobis recipiat responsum dicit beatus Augustinus in lib. de ciuitate Dei, ꝙ ideo quisque nō debet eis credere: quia aliquando sanare videntur languidos: quoniam hoc permissu dei fit, vt ipsi qui hoc audiunt, vel vident, probentur, & appareant quali fide sint, & deuotione erga deum, vt scribitur. xxvj. quæsti. v. nec mirum, ante finem.
91 † Et istam opinionem, quòd non sit licitum vti istis incantationibus ad sanādum homines, tenet Salic. in. l. eorum. C. de malefic. & mathe. qui dicit, quòd

cit, quòd licet de iure ciuili hoc liceat, vt ibi. tamen de iure canonico non licet, allegat.xxvj.q.ij.illos, vbi hoc non bene probatur, sed melius in c.præcedenti.ibi, cum alijs similibus, suprà allega
92 tis, † & propterea dicitur, quòd appellatione medicorum non continetur ille, qui incantauit: quia ista non sunt genera medicinę, tametsi sint, qui hos sibi profuisse affirmēt, & de mercedibus istorum prætor, vel alius iudex ius dicere non solet, vt est text. rotundus in.l.j.§.medicos.ff.de varijs & extraordi.cogni.per quem tex.sæpius dixi in quæstionibus facti: stante statuto, quòd vulnerās aliquem teneatur soluere omnes medicorum expensas, quòd nō tenetur soluere pro illo,
93 † qui per incantationes vulneratum liberauit, seu sanauit: quia non est dicendus medicus, nec dicitur eius officium medicina, & idem est etiam vbi peterentur sine statuto expensæ. Nam licet de iure vulneratus teneatur soluere expēsas medicorum, vt.l.fi.ff.de his qui deliquerūt vel effu. &.l.penulti.ff.si quadrup.pauper. fecisse dicatur. tamen non debentur pro incantatoribus, quod est bene notandum: quia quotidie venit in practica. Nec prædictis videtur obstare.d.l.eorum. C.de malefi.& mathe.quia ibi loquitur secūdum iura ciuilia: sed secus secundū iura canonica, vt dixit ibi Sali. Nec etiam contradicere videtur id, quod scribitur.xxvj.q.v.nō liceat.&.c. non obseruetis.xxvj.q.vij.quia ibi nō videtur permitti, nisi oratio dominica & symbolum. Nec tertio obstat id, quod dicitur, quòd in verbis, & in herbis, & in lapidibus sunt virtutes: quia intelligitur secundum aliquos de verbis sacramentalibus, vel
94 de oratione tātùm Dominica, & symbolo. † Et ex prædictis videtur posse inferri, quòd non sit licitum procurare salutem corporalem, sicut fit quotidie, quando aliquis est vulneratus, vel quādo patitur febrem, vel aliam infirmitatem, puta suspendendo breuia ad collum infirmi, in quibus breuibus sunt etiam verba diuina, sicut est Euangelium beati Ioannis, vel aliquis psalmus Dauid.
95 vel similia. † Nam scribit beatus Chrisostomus super Mathiam, quidam vnam partem Euangelij circa collum portant, sed nonne euangelia in ecclesia in auribus posita nihil prosunt? Quo modo ergo possunt circa collum posita sanare? deinde vbi est virtus euangelij, in figuris literarum, an in intellectu, & sensu? non in figuris circa collum suspensis, sed in intellectu: ideo melius in corde posita prosunt, quàm circa collum suspensa. Tamen contrarium videtur: quia nō minoris sunt efficaciæ verba diuina cum scribuntur, quàm quando proferūtur. Sed licitū est verba diuina dicere ad sanandum infirmos.xxvj.q.v.non liceat. ergo quid dicendum? Archidiac. in dicto cap.non liceat. dicit secundum Thomam,
96 quòd † in omnibus adiurationibus, vel huiusmodi scripturis suspensis duo videntur cauenda. Primū quidē quid sit quod profertur, vel scribitur: quia si est aliquid ad inuētiones cacodæmonum pertinens manifestè est superstitionis. Similiter etiā videtur esse cauendum, si contineant ignota nomina, ne sub illis aliquid illicitum lateat, sicut Chrisostomus dicit, quòd multi confingunt aliqua nomina Hebraicè Angelorum, & scribunt, & alligant, quæ non intelligentibus metuenda videntur. est etiam cauendum ne aliquid falsitatis contineat, quia sic effectus non posset expectari à Deo, qui non est testis falsitatis. ¶ Secundò cauēdum est: ne in verbis sacris cōtineantur aliqua vana, putà aliqui characteres inscripti præter signum crucis, aut si spes habeatur in modo scribendi, aut ligandi, aut in quacunque vanitate, quæ ad diuinam reuerentiam non pertineat: quia hoc iudicaretur superstitiosum, vt videtur probari in dicto.c.non liceat, ibi. Nec in collationibus herbarum, & secundum Thomam, qui ita dicit. Et quòd eadem est ratio de his, qui portant reliquias sanctorum ad collum, sicut de verbis inscriptis, quia si portantur ex fiducia Dei, & sanctorum, quorum sunt reliquiæ, non erit illicitū: si autem circa hoc attenderetur aliquid vanum, putà quòd vas esset triangulare, aut aliquid aliud huiusmodi, quod non pertineret ad reuerentiam Dei, & sanctorum esset superstitiosum, & illicitum secūdum prædictum Thomam, vt refert Archidia.in dicto.c non liceat. ¶ Et idem in effectu vult Albe.de Rosa. in.l.eorum. & in rubri.C.de malefi.& mathema. De quo etiam aliquid per eundem Archidia.xxvj.questio.v.c.j.& per Bal. Salice.& doct. in dicta.l.eorum. ¶ Et ex
97 his infero, † ꝙ omnes incantationes, quæ fiūt cū caracteribus sunt prohibitæ, & ita etiā not. Archi.in dicto.c.non liceat. Albe.de Rosa. in dicta.l. eorum. Idem de omnibus, quæ fiunt cum inuocatione cacodæmonum. Idem quādo fiunt etiā cum verbis diuinis, seu sanctorū, sed cum aliqua superstitione putà, quia verba dicūtur in aurem infirmi, vel cum certis ligaturis, vel quia suspendūtur breuia ad collum per puerum, virginem, vel ieiunum, vel certa hora, vel certo loco, vel quia ponunt vnum clauum in terra quando equus est læsus clauo, dum ferratur, vel quando quid simile fit, vel aliqua falsitas, vel nomina incognita inseruntur. & in istis ponitur spes. Nam
98 in omnibus istis sunt prohibitæ † incantationes, etiam ad sanandum corpora hominum, vel animalium: quia sunt superstitiones per prædicta.

99 Item ex his infero, quòd † omnes incantationes
quæ fiunt sub nomine Iesu Christi, etiam ad sa-
nandum corpora sunt licitæ: quia omnia, quæ
facimus in verbo, & opere, in nomine domini no
stri Iesu Christi facere debemus, vt. xxvj. q. v. non
liceat. & istud non habet dubium. ¶ Item etiam
infero quòd omnes incantationes quæ fiũt cum
100 oratione dominica, vel symbolo † sunt permissę,
si aliquid de prædictis superstitionibus non inter-
uenit, & istud etiam non habet dubium, quia ita
determinat expresse beatus Augustinus, vt est
text. in dicto. c. non liceat. & xxvj. q. vij. non ob-
101 seruetis. ¶ Item etiã infero † quòd omnes incan-
tationes, quæ fiunt cum quacunque alia oratio-
ne, vel verbis diuinis, vel sanctorum sunt permis-
sæ & licitæ, dummodo fiant sub nomine Domi-
ni nostri Iesu Christi, & sub spe sanctorum il-
lorum quorum sunt verba, vel orationes, nõ im-
miscendo aliquam falsitatem, vel caracteres, vel
nomina incognita, vel aliquam superstitionẽ de
prædictis. per id, quod no. Archi. secundum Tho
mam in dicto. c. non liceat. & Albe. de rosa. in di-
cta. l. eorum. C. de malefi. & mathema. Sed de hoc
dubito: quia videntur tex. in dicto. c. non liceat. &
c. non obseruetis. in quibus videtur permissum,
quòd fieri possint solummodo cum oratione do
minica, vel symbolo: & prædicta submitto deter-
minationi sanctæ matris ecclesiæ, & cuiuslibet al
terius disciplinæ, maxime theologicæ melius sen-
tientis. Et ex his remanet expedita secunda pars
principalis, de verbo, & verbis.

VENIO nũc ad tertiũ principale. videlicet
de re. Et quæro qualiter capiatur verbum res, hîc
in rubri. positum. & gloss. dicit, quòd capitur ge-
102 neraliter, quia † verbum rei, generale est, vt est
tex. in. l. j. in fi. ff. si certum peta. & comprehendit
non solùm bona mobilia, & immobilia sed etiam
iura, vt est tex. in. l. rei appellatione. infrà eo. & ibi
de hoc dicetur. & probatur insti. de reb. corpo et
incoporali. & not. Bal. in rub. C. de verb. sig. Item
comprehendit non tantùm ea, quæ sunt in patri-
monio nostro, sed etiam ea, quæ sunt extra no-
strum patrimonium, vt est tex. in. l. rei appellatio.
in princ. infrà eo. & ibi etiam dicam. ¶ Et quia de
ista materia plenissimè dicemus in dicta. l. rei ap-
pellatione: & dicta. l. rei appellatio. Ideo hîc omit-
to. Et dicendum est, vt ibi dicemus.

VENIO ad quartũ principale. videlicet de
103 significatione verborũ: & quia † omnis scientia
incipit à cognitione vocabulorum. vt not. Bal. in
l. liberti, libertæq;. in. ij. col. in fin. C. de oper. liber.
Ideo oportet scire quid significent vocabula, &
quid sit significare. Et propterea pro eius declara
tione, quæro primò, quid sit significatio, & signi-
ficare? & gloss. hîc dicit, quòd strictè loquendo: si-
104 gnificare † est demõstrare rem de qua quæritur
proprio nomine ei attributo. Sed aliquando lar-
gius sumitur, etiam si nomen proprium non in-
terueniat, sed quocunque modo designetur res,
vt suprà, si certum peta. l. certum. & dicit, quòd
ita capitur hîc. Et adde quòd stricta verborum
significatio est ipsa definitio, vt est text. cum glos.
rubri. in. l. non aliter. §. j. ff. de leg. iij. vel dic, quòd
significatio est proprius, & verus sensus attribu-
tus dictioni ab intellectu, vel statuto legislatoris.
Autoritas enim inuentoris, vel legislatoris dedit
vera, & propria significata vocabulis. l. librorum.
ff. de lega. iij. vt not. Bald. in rubri. C. de verbo. si-
105 gnifi. in princi. ¶ Vel tertio dic, † quòd significa-
re nihil aliud est, quàm propriè & verè exprime-
re, notificare, vel designare: quia impropria locu-
tio non dicitur significatio. ita dicit Bald. in. l. li-
berti libertæq; in secunda col. ad finem. C. de ope
ris libe. Et quando dicatur propria, & impropria
significatio vide plenè per Bal. in. l. fi. in. xiiij. q. C.
de hęredi. insti. & quod dixi suprà eo. in sexta. q. in
fi. & quod dicam. ĩ. eod. in quarta. q. & quod ple-
nius dicetur in. l. propriè. ĩ. eo. ¶ Vel quartò dic,
106 quòd † significatio non est aliud, quàm qualitas
vocis propriè rem exprimens. Finis ergo signifi-
cationis est exprimere. ita dicit Bal. in. l. non sine.
107 C. de bonis quæ liber. ¶ Vel quintò dic, † quòd
significare est etiam, vt vulgus accipit, vt not. in
l. librorum. §. quod tamen Cassius. ff. de lega. iij. &
l. Labeo. ff. de supel. lega. & ista dicitur abusiua si-
gnificatio, sicut est nomen, podere, quod apud
Tuscos significat vniuersitatem agrorum, quam
quis habet in vno loco, & similia verba, vt not.
Bald. in. l. in legatis. C. de lega. Sed credo, quòd in-
specto iure communi sit significatio abusiua, ex
quo non est propria. Sed inspecto communi vsu
loquendi ipsius vulgi, sit propria verborum signi
ficatio vulgi, per ea, quæ habentur in dicta. l. La-
beo. & in dicto. §. quod tamen Cassius. et per id,
quod infrà dicam in quarta quæstio. ¶ Vel sextò
dic secundum Bald. in dicta. l. liberti libertæq; in
tertia col. in princ. quòd legistæ omnem proprie-
tatem vocabuli significationem appellant, et be-
ne secũdum eum, qui subdit, quòd dicta proprie-
tas vocabuli nascitur ex autoritate prudentum,
vel legislatoris, vel ex communi, et rationabili in-
tellectu vt. l. librorum. §. quod tamen Cassius. ff.
de lega. iij. et. l. non aliter. §. j. eo. titu. et. l. Labeo. ff.
de supel. lega. et. l. liberorum. in fi. infrà eo.

QVAERO secundò, quid sit consignifica-
108 re? et dic, quòd est præter principalem † significa
tionem dare aliquid aliud intelligere. vnde verba
dicuntur consignificare: quia præter actum ver-
bi deno-

bi denotant etiam tempus verbi.ff.de noxal.l.in delictis.§.si extraneus.¶ Item consignificari dicitur,id est simul significari, sic confirmata consignificat:quia cum alio significat. vt.l.Aurelius.§. testamento.ff.de libe.lega. ¶ Item consignificare est ex adiuncto,& non per se significationem trahere,vt est coniunctio &, & præpositio ad, cum similibus.Nam ista cum alio significat, & de per se nihil.ita dicit Bal. in dicta.l.liberti libertæq;. in secunda col.in fi.C.de operis liber.

109 QVAERO tertiò,in quo differat † significatio ab interpretatione? dic, ꝙ significatio est, quando non receditur à vero,& proprio intellectu vocabuli, sed quando dilatatur, seu extenditur,vel coarctatur seu restringitur intellectus vocabuli : tunc ista non dicitur significatio, sed interpretatio.vt.l non aliter.§.j.ff.de lega.iij.&.l.scire oportet.§.aliud.in fi.ff.de excusa.tut. & ita no. Bal.in rubri.C.de verbo.signifi.in princi.Et vide etiam Ang.in.l.j.ff.de tribu.

QVAERO quartò,quæ sit propria verbo-
110 rum significatio? dic, quòd † est ipsa verborum definitio,de qua dicemus domino concedente in l.omnis diffinitio.ff.de reg.iur.& hoc sentit gloss. in.l.non aliter.§.j.in verbo ad definiendum. ff. de lega.iij.¶ Itē illa est propria significatio,quam lex ei dat,vt.l.propriè.&.l.ferri.infrà eo. secundū Barto. in.l.omnes populi. in.iij.quæstio.vj.quæstionis principalis.ff.de iusti.& iur. ¶ Item secundum Bald. propria locutio, & sic significatio est loqui aptè secundum subiectam materiam.Nam oportet rebus,de quibus loquimur cognitos, id est familiares,hoc est consonātes esse sermones, primo Aethicorum.& instit. de dona.§.est & aliud.& hoc dupliciter accidit,vel quia vtimur vocabulis ad significandum , vt debent significare, vel quia intellectus communis gentium sic intelligit.Nam communis intellectus vocabuli omni
111 significationi præponitur.† Nam per quascunque causas significationes natæ sunt,id est per intellectum communem, per easdem mutari, minui,& augeri possunt, vt.ff.de leg.iij.l.librorum. §.quod tamen Cassius.&.ff.de legib.l.de quibus. versi.nam cū ipse.& quod not.C.si sec.nup.mul. authē. hoc locum.in glos.vt not.Bald.in.l.fina. in xiiij.q.versi.econtrà. not.C.de hæred. institu. Et pro hoc, quia verificari debent sermones secundum communem opinionem habentium intellectum.vt.ff.de euict.l.si ita quis.in fi.ibi, dum dicit,quod vtique nemo sanus probabit.vt no.Bal. in.l.j.in.iij.col.in princi.C.de seruis fugi. Et adde circa hoc, quæ dixi in sexta quæstione,etiam secundæ partis principalis.suprà eo.& quod dicam in.l.propriè. infrà eod. vbi etiam ponam plenè, quę dicatur impropria significatio,& impropria locutio.

QVAERO quintò,quis adinuenit significata vocabulorum? & dic,quòd significationes
112 vocabulorum sunt inuentæ † aut de iure naturali,aut gentium:aut ciuili,aut consuetudinario: Primum patet. ff.de capitis diminu.l.tutelas. Secundum.ff.de iusti.& iure.l.manumissiones.Tertium .ff. de vulga. & pupilla.l. verbis ciuilibus. Quartum patet.l.tugurij.&.l.vt Alphenus.j.eo. Et not.Bal.in.l.maximum vitium in tertia colū. C.de libe.pręteri.Et quod dixi de tertio,& quarto.dic, quòd significatio nascitur ex autoritate prudentum,vel legis,vel ex communi, & rationabili intellectu,vt infrà eo.l.liberorum.& de lega.tertio.l.non aliter.§.j.&.l.librorum.§.quod tamen Cassius.eo.tit.&.l.Labeo.ff.de supellectili lega.& not.Bal.in.l.liberti liberteque in tertia colum.C.de operis lib.Item dic,quòd significationes verborum inuenit autoritas inuentoris , vel legislatoris,quæ dedit verba,& propria significata vocabulis,vt.l.liberorum infrà eo. secundum Bal.in rubrica.C.eo.in princi.Item dic, quòd significationes vocabulornm vulgus adinuenit, vnde dicunt Grammatici . Quod ignoramus, iuxta vulgare ponamus.Ad hęc facit.d.l.librorū. §.quod tamen Cassius.de leg.iij..vt no.Bal. in dicta.l.maximum vitium.in tertia columna. Item vsus etiam adinuenit. Vnde dicit.Horatius in arte poetica de elocutione loquens.

Vt syluæ folijs pronos mutantur in annos,
Prima cadunt:ita verborum vetus interit ætas.
Et iuuenum ritu florent modò nata,vigentq;.

Et paulòpost.

Multa renascentur , quę iam cecidêre, cadentq;,
Quæ nūc sunt in honore vocabula,si volet vsus.
Quem penes arbitrium est,& vis, & norma loquendi.

113 QVAERO sextò,† vnde sumatur significatio vocabuli?dic, quòd sumitur quādoq; à verbo disponente,quandoque à re disposita. Et ideo dicitur hîc in rubrica.&.C.eo.de verbo.signific. propter primum.de rerum significatione. propter secundum:vt dicit.Bal.in rubrica.C.eo.circa principium.Et ideo dicit hîc glos.quòd verba significant actiuè,sed res passiuè:quia verba significant,& res significantur.

QVAERO septimò,an quando tractatur de significatione vocabuli, sit recurrēdum ad arbitrium iudicis?videtur,quòd sic,per.l.j.§.j.ff.de iure delibe.&.c.de causis extra.de offi. & potest. iud.de leg.Dic contrarium,vt.l.item in legato.§. parui.ff.de legatis tertio.vbi est tex.not. secundū Bal.in.c.postremo.extra de appella.ꝙ est verum,

quando verbum seu vocabulum haberet vnam significationem tãtum,sed si haberet plura significata,tunc bene statur arbitrio iudicis, vt not. Albe.de Rosa.in.l.fi.C.de error.aduoca.

QVAERO octauò & vltimò,an,& quãdo sit recedendum à propria significatione vocabuli?de hoc dic,vt plenè dixi.s̃.eo.in sexta quæstione secundę partis principalis.

VENIO ad quintum principale,videlicet, de intelligentia verborum.Et primò quęro quid sit intelligentia?& quis sit intellectus? & dic, ꝙ
114 intelligentia † est illa,quæ per descriptionem rei clauditur,& differt à definitiõe: qa definitio rei essentiã includit,vt dicit Boethius,& refert Bal. in.l.maximũ vitiũ.in.iij.col.C.de libe.pręteri.sed
115 ego credo,ꝙ intelligẽtia.† verborum nihil aliud sit,quã verborũ,& rerũ significatio,& interpretatio:vt probatur in cap. intelligentia. extra de verbo.signifi.Nam ibi apparet quòd intelligentia est significatio verborum:quia illud cap.est in illo ti.de verbo.signi.vnde debet ei titu.congrueret. vt in.§.quibus.in prima constitutione codicis.& in.l.Imperatores.ff.de in diẽ.adiec.Item est interpraetatio:quia intelligentia etiam sumitur ex caussis dictorum,vt dicit tex.in d.c.intelligentia.ergo est in hoc interpretatio, non significatio:vt patet ex his,quæ,dixi suprà in iij.q. & sic verbum, intelligentia, est verbum commune ad significationem,& interpretationem, & stat passiuè & non actiuè,qualiter ipsa verba intelligantur,sed significatio respectu verborum stat actiuè,vt dicit gl.hîc.& dixi suprà in vj.q.& isto
116 modo capitur hîc.¶ Item intelligentia † alio modo dicitur cognitio,quæ in præceptoris memoria consistit,quæ etiam appellatur prudentia, vt not.Bar.in suo tractatu de teste.in.c.prudẽtia. & isto modo nõ capitur in isto titulo,nec in d.c.intelligentia.facit,quod dicã in quæstione sequẽti.

QVAERO secundò, quid sit intellectus verborum,seu legis.dic,ꝙ hoc colligitur ex his, quæ dixi in præcedenti quæstione.& est verorũ, & vbi non est veritas,ibi non est intellectus, vt not.Bal.in rubrica.C.si ex falsis instrumentis,& vide quod dicam in quæstione sequenti.

QVAERO tertiò, quotuplex sit intellectus?dic,duplex principaliter.Primus est intellectus hominis,& iste est secũdũ Philoso.vj.Ethic. quidã habitus naturalis in anima,quo cognoscũtur principia naturaliter nota,de quo etiã habetur per Thomã.ij.ij.q.viij.art.j.vbi etiam ponit differentiam inter intellectũ,& sensum. Et ideo dicit Bal.in.l.ij.C.de contrahen.empt.ꝙ nihil est in intellectu,quod prius non fuerit in sensu.pro hoc est tex,in.l.alioquin.ff.de contrahen.empt.& l.discretis.C.qui testa.face.poss.¶ Alius intellectus est verborum,seu legis,& iste est multiplex. Nam aliquis est intellectus secundum literas grãmaticales,in quo recurritur ad speculatiuos Grãmaticos.putà Catholiconẽ,vel dic tu melius Seruium,Nouiũ Marcellum, Festum Pompeium & similes.¶ Itẽ alius est intellectus ciuilis,in quo est recurrendum ad mentem,& rationem legis, qui intellectus vocatur sensus.idest volũtas.C.de libe.pręteritis.l.iij.ita dicit Bal.in.l.omnes populi.in.x.col.ff.de iusti.& iur.¶ Item est intellectus literalis,id est vulgaris,sicut vulgus intellexit, vt l.Labeo.ff.de supelle.lega.&.l. librorum.§. quod tamẽ Cassius.ff.de le.iij.¶ Item est intellectus literarum,qui est sensus verborum extranea indigens interpretatione,vt in.c.exijt,qui seminat.in fi.de verbo.signi.&.ff.de instito.l.sed si pupillus. §.præscribere.¶ Item est intellectus transcẽdẽs, qui appellatur subtilis.& ideo laudatur Papinianus,& Claudius magno & accuto vel subtili ingenio.l.à testatore.ff.de condi.& demon.ita dicit Bal.in.l.omnes populi.in.x.col.ff.de iusti.& iure. & hoc vltimum.s.ꝙ subtilis intellectus dicatur ille,qui est intellectus transcendens.tenet etiã Petrus de Ancha.in repetione.c. canonum statuta. in .xx.col.extra de constitu.

QVAERO quartò,quis intellectus verborum sit bonus,& amplectendus,& quis non?Et
117 dic quòd † intellectus ille,vel sensus est recipiendus,qui concordat iuri communi:vt.l.si cum dotem in princi.ff.sol.matri.l.fin.§.licentia.& ibi gl. C.de iure delibe.&.l.si seruo.C. de noxa.facit ꝙ not.Bar.in.l.hæredes mei.§. cũ ita.ff.ad Trebel.
118 Item ille intellectus verborum est † recipiendus, qui sumitur ex qualitate personarum.c.solitę extra.de maio.& obedi.&.l.j.C. siquis Impe.malè. &.l.fi.ff.de actio.& obli.facit.l.plenũ.§. equi.ff.de vsu,& habi.Item ille intellectus est admittendus quem significat mysterium verborum:quia mysterium verborum ponit mysterium intellectus: vt not Bal.in.l.generalis.ff.de adop.& ideo dici-
119 tur,ꝙ † ordo verborum denotat ordinem intellectus,vt.ff.de vsuf.l.quoties in prin.facit de cõse. di.ij.c.in Christo pater,sed ille intellectus, & sermo,qui sanè nõ potest intelligi,nõ valet:facit.ff. de vsu.leg.l.qui plures.ita dicit Bal.in.l.fi.in.j.col. in fi.C.de hæredi.instit.& pro hoc.l.quæ in testamento,infrà titu.proximo,& quod dixi.s̃.in secunda parte principali in septima.q.in tertia limitatione.¶ Itẽ intellectus subauditus est prauus, & pro non adiecto habetur,tex.est cum glos.pe. & fin.in.l ij.cum patrem.C.de cõdi. furt. & maximè intellectus vitiosus non est subaudiendus, vt not.d.glo.fi.& ibi Albe.de Rosa.& not.gloss. fi.in.l.

fi.in.l.fin.C.de fideicom. liberta. ¶ Item omnis intellectus est extraneus, qui no sonat in auribus vulgi. vt in.c.ex literis. extra de sponsa.vt dicit Bal.in titu.de pace Constan.in.xxxiij.col.versic. Quid sit testis dixit? Et ideo dixit idem Bal.in.c. j.in princi.in iij.col.in fi.in titu.de succe.feudi.ꝙ
120 † Bar.de Saxo ferrato, qui fuit homo legalis, semper tenuit opiniones placentes laicis, & populo, & ideo multũ fecit de honore opinionibus suis: Item omnis intellectus grauis, ambitiosus & vagus in rescriptis est reijciendus, vt dicit Inno. in c.cum dilectus in prima col.post medium. extra de iure patro. ¶ Item ille intellectus est ineptus, qui separat caudam à capite. Ita dicit glos.not.xj. di.cõsuetudine. ¶ Itẽ intellectus qui ponũtur in Decretalibus, qui intelliguntur, ꝙ ibi fuit hoc de gratia concessum, fugiendi sunt, quia diuinãt, vt dicit Io. And.in.c.ex parte.extra de testib.& in.c. j.extra de mut.petit.& Ant.de Bu.in.c.cum M. Eerrariensis in xij.col.versi.venio ad tertium notabile extra de constitu. Item intellectus, qui datur dicendo, ita fuit de facto ibi, non est amplectẽdus in dubio: quia solutiones facti nihil ad nos pertinent, sed de iure, vt dicit glos.notab. in authen.quomodo oportet episcopos.in prin.in verbo generi.coll.j. Aliquando tamen datur hæc solutio, seu intellectus, hoc modo, quia sic de facto ibi fuit, vt est glos.fi.mag.in.l.j.C.si reus, vel accusator mor.fue.ibi. tertij dicunt, quod not. ¶ Itẽ
121 intellectus, qui † diuinat nõ debet recipi, quia est refugium miserorum, vt est glos.quæ semper allegatur in.l.filium in glos.ij.magna in princi.C. famil.ercis.& ibi not.per doct.itẽ eodẽ modo intellectus, vel solutio cum dicitur hæc lex corrigit illam, vel illa corrigit istam, est refugium miserorum: vt dicit Bald.in.l.& si seuerior.in princi.iij.
122 colum.C.de his qui not.infa.& est ratio: quia † legum correctio est euitenda.l. præcipimus in fin. C.de appel.&.l.sancimus.C.de testam.cum simi. Item dicere speciale est in dote, vel in religione, & similibus, est etiam refugium miserorum, secundum Bal.in.c.j.§.j.in.ij.colũ. in titu. quid sit inuesti.in vsi.feudorum: & ideo dixit Bar.in.l.repeti.in princi.circa medium.ff.de quæstio.quem sequitur. domi. Barptholo. de Salice.in.l.fina.in ij.columna circa fi.C.de accusa.quòd leue est dicere speciale est, quod not.contra multos, qui dicunt speciale est in casu tali: Et ideo talis intellectus non est admittendus, nisi assignetur ratio specialitatis. Item intellectus & solutio dum respondetur aliud hîc, & aliud ibi, vel aliud de iure ciuili, & aliud de iure canonico.non approbatur. vide glos.xxviij.di.c.si necesse.& not.Floria in.l. locum in princip.ff.de vsufruc.Sed de hoc tu vide glo.quę dicit quòd hoc modo non debet solui cõtrariũ in.l.si merces.§.vis.maior.ff.loca.in glo. magna ante mediũ.& vide text.qui facit ad hoc in.c.cum apostolica.ante fi.ibi cum aliud sit alienare, extra de his, quæ fiunt à præla.sine consen. capituli, & ibi hoc not.Ioan.And.vbi dicit quòd non sufficit dicere aliud hîc, & aliud ibi, nisi ratio diuersitatis assignetur. Idem tenet Bald.in.l.post sententiam in prin.C.de sentẽ.& interlo. omniũ iudi.vbi dicit quòd quando redditur ratio diuersitatis potest dici aliud hîc, & aliud ibi, & nõ aliâs. pro hoc facit, quòd erubescimus, cũ sine lege loquimur, vt in authen.de trien.& semis.§.conside remus.&.l.illam.C.de colla.Et pro hoc vide tex. in.l.inter seruitutes ibi aliud, & aliud obseruatur. ff.de ser.vrb.præ. vbi dixit, aliud & aliud &c. & ratio assignatur, aliâs nõ sufficeret hoc dicere. Et de ista responsiõe, seu de isto intellectu aliud, hîc, & aliud ibi, vide per Odofredũ in prima cõstitutione Cod.in.§.quibus.& vide Azonem in Summa in procœmio.ff.post medium.& Bald.in eodem procœmio in princip.vltimæ colum. principij: per glos.& aliquid per Flo.in.l.locum in princip.ff.de vsufru. quæ omnia sunt bene notanda, maximè pro disputantibus, & allegantibus.

QVAERO quintò, qualiter verba debeãt intelligi? & dic breuiter per conclusiones, & remissiones. primò quòd verba debent intelligi prout sonant.xxiij.q.j.paratus ante medium. Et hoc modo intelligo illud, quod dicitur, quòd in dubio standum est verbis, & ab eis non est recedendum. sed intelligenda sunt, vt sonant.l.nõ aliter.ff.de lega.iij.vt plenè dixi suprà in.vj.q.secun
123 dæ partis principa. Et † communis opinio est, ꝙ in indulgentijs verba debeamus capere, & intelligere latè prout sonant, ne thesaurum ecclesiæ vilescat, secundum not.in.c.quod autem. per glos. & doc.de pœni.& remis. Sed tamẽ si verba sunt dubia, debemus tutiorem partem eligere, vt ibi not.facit ad hoc: quia in tangentibus commodũ vel incommodum animarum debemus capere id, quod pro anima tutius est, iuxta not.per glos. in.c.ex parte.de offi.ordi.& in.c.significasti.ij. de homicid.& magis tutum est, quòd quisque se putet non in totum absolutum, quàm se in totum absolutum, vt est glos.in dicto.c.ex parte.& in.c. j.de ordi.ab episcopo, qui renun. episcopatui. & vt not.Iaco.de Zochis.in.c.inter opera, in secunda columna.extra de sponsa. ¶ Item verba debẽt intelligi secundum propriam significationem.l. non aliter. ff.de leg.iij.& plenè dixi suprà in vj. quæstione secundæ partis principalis. Et ideo secundum verborum significationem debemus iudicare, vt not.Albe.de Rosa.in.l.si ita.ff.de auro,

&argen.lega.Et verbum simpliciter prolatum si habet plures significationes ad quanlibet adaptatur.l.si quis ita.§.fi.ff.de testa.tute. iuncto eo, quod not.in rubrica.C.de posth.hęre.instit.Item
124 verba † debent intelligi in casu in quo possunt cadere, vt not.Albe. de Roa.in.l. si mater. ff. de vulga.& pupil.facit quod dixi in septima.q.secundæ partis principalis.Et ideo verba sententiæ debent intelligi sanè,ita quòd sententia adaptetur negotio,& negotium sententiæ.vt not.per glos. in.l.& puto.§.j.ff.famil.erciscun.secundum Bal. in.c.cùm super in fi.pen.colum.extra de re iudi. Item verba sunt intelligenda cum effectu.l.j.& ibi doc.ff.quod quis iur. &. l.penul.§. docere.ff. ne quis eum, qui in ius vo. vi.exi. &.c.relatum, extra de cleri.non resid.& ibi glos.allegat iura,& est tex.de pœni.di.j.hæc autem verba.& ibi per Archidiaco.¶ Et ideo verba simpliciter prolata debent intelligi in eũ casum,qui habet iuris effectum.l.si is.ff.de solu.vt not.Bar.in.l. naturaliter. §.nihil commune.in quinta lectura. ante fi.ff.de
125 acqui.posse.† Item verba sunt intelligenda, vt aliquid operentur.l.si quando de le.j.cum similibus suprà allegatis,in septima quæstionæ secũdæ partis principalis,vbi plenissimè vide de hoc.Itẽ verba in dubio sunt intelligenda.in potiori signficato.l.quęrit hermaphroditus.ff. de sta.ho.l.j.§. qui in perpetuum.ff.si ager vecti.vel emphy. pe. not.glo.in.c.tuæ.extrà de cle.non resid.Facit glo. in.l.j.§.biduum.ff.quando appe.sit.& glo.in.c.cũ olim.extrà.de testa.¶ Item verba sunt intelligẽda secundum rationem. vnde si prohibetur ingressus non comprehenditur causa medendi, vt not.Bal.in authen.ingressi.C.de sacr.eccle.& circa hoc adde,quæ dixi suprà.in ista sexta.q.in secũda parte princ.in.x.fallentia.item verba sunt accipienda,& intelligenda propriè,naturaliter, & perfectè,vt est tex.& ibi Bal.& Saly.in l fi.C. de his,qui veniã æta impe Et quòd verba intelligẽda sint naturaliter,& nõ ciuiliter not in.l.Gallus. § & quod si tantum.ff. de libe & posthu.Item verba intuenda, & intelligenda sunt subtiliter, text est in authen de restitu.fideicom § nos igitur.ibi subtilius testamentum considerãtes. coll. ix.& not.Bald.in c.j.ad fi ij.colum.in tit de feu. guard.& gastal. Item verba simpliciter prolata non sunt amarè intelligenda,vt.l.si cui.ff.de seruitu.&.l si quid venditor.ff.de ædi.edic. ¶ Item verba non sunt iudaicè intelligenda,vt not.glos. in.l.damni.§.is qui vicinas.ff.de damno infect. vt dixi suprà.in sexta quæstione secũdæ partis prin-
126 cipalis.Item verba aliquando debent † intelligi, prout vulgus ea accipit, quando verba sunt grossa,& materialia,sicut est verbũ robaria. nam intelligitur,prout vulgus intelligit.l.Labeo.ff.de supe.lega.secundum Bald.in authen.sed nouo iure in vltima columna.in principio.C.de serui. fugi. Et hoc casu verba sunt intelligẽda iuxta vuul. vt not.Bald.in addi.ad Specu.in titu.de iniur. Et ꝙ verba debent intelligi vulgari, & grosso modo, & quando,vide Cy Bald.& doc.in.l.si cum ante. C.de dona.ante.nup.& not.in.l.quòd si nepotes. ff.de testa tutl.& per Bald. in c. j.in princi. in tertia colũna.in titu.de succes.feud. vnde dicitur, ꝙ nomina ex communi vsu intelligenda sunt, extra.de sponsa.c.ex literis. Non enim ex opinionibus singulorum, sed ex communi vsu nomina exaudiri debent.ff.de supel.lega.l.Labeo.& consuetudo est optima legum interpres.l.cum de interpretatione.ff.de legi.&. c cum dilectus extra de consue.& plus statur vsui,quàm significationi vocis,vt.l.librorum.§.quod tamen Cassius de leg.iij.&.l.non aliter.§.j.eod.titu.imò vsui statur contra naturam vocis.l.vxori.in princi.eod.titu. & de hac materia not.xij.di.illud. & ita not gl.in c. nonnulli in verbo duas diętas.extra de rescrip. Et propterea etiam dicitur,quòd verba statuti,
127 debent intelligi † secundum communem cõsuetudinem loquendi in patria,vbi est statutum.l.cũ delanionis.§.asinam ff.de fund.instruct.quod est verum nisi in voluminibus statutorum esset statutum. dicens,quòd verba statutorum debeant intelligi nullo extrinseco addito, vel diminuto, tunc enim intelligerẽtur secundum iuris interpretationem,& est ratio:quia sensus communis loquendi est,quod extrinsecum à statuto dictum est singulare. Butriga.in.l.j ff. de fide. instru. & not.d.Ant.de But.in prœmio decretal.in.iij.cartha.& refert etiam Lodo.de Roma.in cccccviij. singulari,& dicit,quòd hoc optinuit Florentiæ. ¶ Auerte tamen quòd in allegationibus legum, quæ à peritis proferuntur,non attẽdimus vsum loquendi particularem,sed potius propriũ significatũ, quod intellige,quãdo nõ est vsus loci con ditę legis,vt.l.ita vulneratus.ff.ad.l.Aquil.vt not. Ant.de But.in procemio Decretal.& vide quod not.Bal.in.c.j.in princi in.iij.col. in titu.de succes.feud.& quòd not.in.l.quod si nepotes.ff.de testa.tutel.item verba intelliguntur,& ampliantur secundum consuetudinem loquentis,tex.in.l.Titianus ff.quod cum eo.Item verba intelliguntur
128 † prout testator putauit,vt not. Barto in.l. quo loco.§.Seiam.ff.de hæred.insti.& in.l.illa institu. eodem titulo Item verba directa sunt siue aliquo medio,& proprius intelligenda,vt.l.si vxor.C.de cõdi.inser.Itẽ sunt verba intelligẽda per prius,& non per posterius:quãdo sunt prolata in materia differenti penes rationem,vel affectionem, vel

in mate

in materia priuilegiata. vt.l. qui liberis. §. hæc verba.ff.de vulga. & pupilla.& not.Bal.in.l.j.C. de succeſ.edict.item verba in dubio sunt intelligenda ſimpliciter, & non ſecundum quid. de hoc vide Paul.de Caſtro. in .l. ſerui electione.§. Labeo.ff.de lega.j.& Bald.in.l.j.C. qui teſta. fa. po.Itē verba ſimpliciter prolata ſunt intelligēda, reducenda, & referenda ad iuris ordinem,& intellectum,vt.l.Gallus.§.quidam rectè.ff.de libe. & poſthumis.& ibi Bal. & probatur in.l. damni infecti quidam. in verſiculo. & quod in ſtipulatione.ff de damno infecto. ¶ Item verba intelligenda ſunt ſecundum naturam contractus,& ſecundum ſubiectam materiā:vt.ff.loca.l.ſi vno in principio.& ibi per gl.& doct.& maximè per Bald.& Albe.de Roſa.&.l.ſi ſtipulatus,in princi. & ibi etiā not.ff.de vſur.&.l.inſulā.ff.de præſcri. verbis.&.l.Imperatores.ff. de in diem adiec. & not.in.l.fi.ff.de vſufruct.ea.re. quæ vſu.conſu.& in.l.legaui.ff.de lib.lega.& in.l.damni infecti.l.quidam.§.j.de damno infecto.& per Iaco.Butr.in.l. j.C.depo.& per Barpth.de Salic.in.l.j.C.de neg. geſt. & per Oldra.in conſi.ccxxiiij.vbi dicit, ꝙ verba ſunt exaudienda ſecundum ſubiectam materiam,ne ſermo reddatur inutilis.& ideo verba ampliantur, & reſtringuntur ſecundum naturam cauſæ.c.exhibita.extra de iudi. vbi per illa verba inquiras veritatem,non inquiſitio,ſed iudicialis indagatio commiſsa intelligitur.Et propterea etiam dicitur, quòd verba vniuerſaliter prolata reſtringuntur ad particularia materiæ.c. vigilanti.extra de præſcrip.item dicitur, quòd verba nunquam exorbitant à natura contractus vbi per apertam naturam verborum poſſunt adaptari cōtractui:vt not.Bald.in.l.ſed & ſiquis. §.quæſitum.ff.ſiquis cauti.item verba quæ poſſunt adaptari pluribus temporibus, adaptantur cuilibet ſecundum naturā tēporis,vt not.Ang. in.l.precibus.C.de impu.& alijs ſubſtitu.in tantum,quòd verba aliquando ſignificant ſecundū ſubiectam materiam,id quod non eſt de natura eorum,vt not.Cy.in.l.tertia.ff.de officio præſi-
129 dis.Item verba † intelligenda ſunt ſecundum cōditionem perſonæ ad quam referuntur .l. plenum.§.equuitij.ff.de vſu,& habi.& ibi,per Bar. & Doct.pro hoc facit.c.ſolitæ.de maio. & obedi. &.c.requiſiſti.& ibi gloſ.in verbo pręſumptione de teſtamen.&.c.& ſi in quæſtionę de ſimo.&.c. pe.de offic.dele.in ſexto.Facit quod dixi in pręcedenti.q.circa prin.& quòd not.Dy.in.c.ea quæ. de iure communi,de regulis iuris.in vj. & quod not.Angel.in.l. ex militari.ff.de teſtamento militis.Item verba generalia generaliter ſunt intelligenda.l.j.§.generaliter.ff.de lega.præſtan. &.xix. di.ſi Romanorum.ibi dicendo not.Et vide text. gloſ.& Doct.& maximè domi.Iacobum de Zochis.in.c. quoniam nemini. extra de coniug. leproſor.& Bart.in.l.ſi de certa.C.de tranſact. & domi. Proſdocumium in.c.ad noſtram.in fi.extra de iureiuran.facit.l.de pretio.ff. de publicia. Item licet verba generalia generaliter intelligantur, tamē non includunt illicita,vt in.l.ſi procu. ff.de condi.indebi.&.l.Paul.§.penul.ff.ad municipa.& de ritu nup.l.quanquam.not.gloſ.in.c. ſuper quibuſdam.§.præterea. in verbo non extat memoria.extra de verbo.ſignifi.item non includunt odioſa.vt.ff.de leg.ſecundo.l. Lucius la ſeconda.§.Lucius.&.ff.ſiquis iuſdic non ob.l.j.§.ſi procurator.& ibi not.&.ff.de priuile.cred.l.ſi pater.&.C.de mune.& ho.l.j.libr.x.& vide text.& ibi Angel.in.l.ſi quis ſub conditione.ff.de condi. inſtitu.& de iureiuran c.j.lib.ſexto.& ibi Archidiaco.ccxxxvj.quæſtione ſecunda.c.quanquam. Item verba generaliter prolata extenduntur ad ea,quæ eſt veriſimile cogitata fuiſſe,vt probatur in.l.omnia.§.j.de lega.ij.& ibi hoc not.Albe.de Roſa.Et eodem modo reſtringuntur ad cogitata:vt.l.cum Aquiliana.&.l.qui cum tutoribus.ff. de tranſact.& not.Bald.& Doct.in dicta l cum
130 Aquiliana.Item † verba indefinita regulariter intellegūtur, vt æquipoleant vniuerſalibus, de quo gloſ.& Bart.plenè in.l.ſi pluribus.ff.de leg.iij.& Bar.in.l.ſi neceſſarias.§.ſi annua bima.ff.de pign. actio.& vide pleniſsimè per dominum Dominicum de ſancto Geminiano in.c.vt circa. de electione in ſexto.& pleniſsimè per dominū Iacobum de Zochis.in.c.quoniam .in pe.cartha extra de coniu.leproſor.& per Alb.de Roſa.in ſuo opere ſtatutorum in prima parte.q.ix.ante fi.j.col.

QVAERO ſextò,& vltimò, pro quo in dubio verba ſunt intelligenda?dic, vt plenè dicā in ſequenti parte principali. in vltima.q. vbi ponam pro quo in dubio verba ſunt interpretanda & intelligenda, & ſic pro quo in dubio ſit iudicādum,& erit quæſtio vtilis.ſed hîc omitto,ne bis idem repetatur.

VENIO ad ſextum,& vltimū principale, videlicet de interpretatione verborum:& primo
131 principaliter quæro, quid ſit interpretatio. † Et dic,quod propriè eſt interpretatio,cùm caſus de quo quæritur,non continetur in verbis, nec in mente,ſed ſolùm propter identitatem rationis lex extendi poteſt ad caſum,de quo quæritur, vt not.C.de legi.l.non dubium.ſed ſi in mente contineretur,non diceretur interpretatio: ita dicit Angel.in.l.ſed ſciendum.ff.ad.l. Pompe.de parr. Adde quæ dicam,in.l.j.in ij. quæſtione primæ partis principalis,verſic.ſed quæro pro declara-

tione infrà eod licet glos.ibi aliter sentiat,quod etiam si in mente comprehenditur, dicitur interpretatio,& malè secundum Ang.ibi.Et idem vult Bart.in.l j.post princi.ff.vti posśid.vbi dicit interpretationem habere locum,quando fit extensio non ex mente:quia illud,quod fit ex mente legis est ipsa lex non interpretatio, vt.l.nominis & rei.§.verbum ex legibus,& ibi dicam infrà eod Et per hoc non videtur bene dicere glos.in l.j.in princi.ff.de orig.iuris.quæ dicit quod interpretatio est illa,quæ denotat apertam vocabuli significationem,si intelligeretur apertam id est propriam,vt aliqui dicunt.Sed si capimus apertam id est claram per extensionem,quæ res procedat ex mente tantum bene diceret per prędi-
132 cta.vel dic secūdo.† quòd interpretatio est,quādo receditur à propria significatione, & dilatatur seu extenditur,vel coarctatur, seu restringitur intellectus vocabuli,vt.l. non aliter.§.j.ff.de leg.tertio.&.l.scire oportet.§.& si maximè.ff. de excu.tu.& not.Bal.in rubrica.C.eo.titu. de verbo.signifi.& dixi suprà in tertia quæstione tertiæ partis principalis. facit ad hoc glos.in.l.ij.§.j.in verbo interpretentur.ff. de Orig.iur. vel dic ter
133 tio. † quòd interpretatio nihil aliud est,quàm declaratio voluntatis absconsæ,& cuius secretum nemini patet,nisi Deo,vt dicit Angel.in.l.si quis intentione ambigua .ff. de iud. vel dic quartò,
134 † quòd aliquando interpretatio nihil aliud est, quàm aperta verbi significatio, & ita intelligatur.l.fi.C.de legib.&.l.j.§.fi.ff.de verb.oblig.&.l. minimè.ff.de leg.& sena.coiuncta.l.si lenones cū glos.C.de episcopali audi.& ita intelligatur.l.Gallus.§.nunc de lege.versi. & ita interpretandum est.ff.de libe.& posthu.&.l.iusta interpretatione. infrà eod.vt not.Albe.de Rosa.in suo opere statutorum in prima parte octauæ.q.in penul.colū. Et ista fuit opinio glos.in.l.j.ff.de origi.iuris, quā intellige,vt suprà dixi.
135 QVAERO secundò principaliter,† quot modis capiatur hoc verbum interpretatio? vide glos.ord.in.l.j.in princi.ff.de origi.iuris.& glos.in l.j.§.qui operas.ff.ad Tertulia.& glos.in.l.ij.§.j.in verbo interpretentur.ff.de origi.iur.& glo.optimā.in.c.contra eum.de regulis iuris.in sexto. & vide aliam glos.notabilem in.c.j.in verbo interpretatus extrà de post.prælatorū.& ibi per doc. & per Bal.plenè.in.l.tertia.C. de libe. pręteri.& per Albe.de Rosa.in.l.j.ff.si certum petatur:& plenè in suo opere statutorū,in prima parte in octaua quæstione.in penultima columna.Sed tu dic,quòd interpretatio capitur pluribus modis.
136 vno modo dicitur,id est † expositio vocabuli,sicut interpres dicitur ille,qui dat intelligere verba,seu idiomata.ff.de verbo.obliga.l.j. in fin. Et hoc modo sunt interpretes illi qui transferunt verba de græco in latinum,vt.ff.de excu.tu.l.j.& propterea dicit Bal.in l.directus.C.de manu.testamento,quòd interpretari nō est testificari,sed
137 exponere. Et ista † interpretatio non debet fieri ad literā,sed ad sensum verborū:quia sensus verborum præualet,vt dicit Bald.in.l.tertia.in summario per illum text.C.de libe.pręteri.& est tex. in.c.propterea extra de verb.signifi.ibi,non verbum ex verbo, sed sensum ex sensu. & habetur plenè per beatum Hieronymum in quodam suo
138 libello de interpretatione.¶ Secundo † modo dicitur interpretatio illa,per quam verba exponūtur ad verum intellectum ponderata ratione potius quàm cortice,& superficie vocabulorum,vt ff.de legib.l.si de interpretatione,&.l.j.ff.de orig. iur. Tertio modo dicitur interpretatio adhæsio intellectus,& ista nunquam tantum valet quòd ratio nō præponderet.vt.l.iij.C.de libe. præteri. ¶ Quarto modo dicitur interpretatio modus significandi attributus dictioni ab intellectu, vt quòd hoc nomen as,significet totam hæreditatem,vt insti.de hęredi.insti.§.hæreditas.Quinto modo dicitur interpretatio disputandi subtilitas,quæ prudentum authoritatē exigit:vt.ff.de libe.& posthu.l.cum quidam.&.ff.de vulga.& pupil.l.in substitution.ff. de orig.iur.l.ij.§.his legibus latis:vt habetur per Bald.in.l.tertia.C.de li-
139 ber.præteri. † Et ista vltima interpretatio habet sub se plures species.nam quædam dicitur interpretatio extensiua,& quædam declaratiua,quædem correctoria,quædā restrictiua,vt not.Bart. Bald.& doct.in.l.omnes populi.ff.de iusti. & iure.& in dicta l.iij.& per Bald.in.l.Imperialis.C. de nup.vbi ponit,quæ sit interpretatio extensiua,& ponit etiam in.l.si furiosi eod.titu.& in.l.j. C.si rector prouin.& ponitur per do. Barptholo.de Salic.in.l.hac lege.C.de senten.ex peri.reci. & ex his sequitur, quòd verbum interpretatio habet multas significationes. Et inter aliâs comprehendit etiam correctionem,vt not.glos.in.l.j. §.qui operas.ff.ad Tertyl.Ex quo sequitur aliud, quòd electi,seu deputati ad interpretanda statuta possunt etiam corrigere secundum Albe. de Rosate.in dicta.l.j.ff.ad Tertyl. Item aliquando dicitur mera interpretatio dequa vide in.l.fin.C. de legib.& not.Bald.in.l.etiam.C.de obseq. Item aliquando dicitur benigna interpretatio,& circa quæ versetur,dic vt in.c.in pœnis. de regulis iuris in sexto.& ibi per Zenzelinum.Sed quęro circa prædicta,quid si statutum remouet interpretationem,vel glossationem, de quā interpretatione intelligitur? dic quòd intelligitur de extrinseca,

ſeca, quæ poteſt circunſcribi, non de intrinſeca ſimpliciter, quæ non poteſt circunduci.ff.de conditio. & demonſtratio.l.in his. ſecundum Bald. in.l.iij.ad finem.C.de liber.præteri. & ſic non intelligitur de literali expoſitione, vt etiam not. Bald.in.l.iubemus.in fine.C.ad Trebellianum.& in authenti.ſi qua mulier.in fine.C.de ſacroſanct. eccle.& Paulus de Caſtr.l.j.in fine.ff.ſi certum petatur. Imò plus dico, quòd ſtatutum non poteſt claudere os, quando poſsit eius nullitas allegari, vt not.eleganter Bald.in.l.j.in tertia colum.C. de his, quæ pœnæ nomine. Et de quæſtio.prædicta quando ſtatutum, quod remouet omnem interpretationem, & gloſſationem an valeat, & quid, & quomodo operetur, vide per Bartol. in.l.omnes populi. in vltima quæſtio. ſextæ quæſtionis principalis.ff.de iuſtitia & iure. & ibi per docto.& per Bald.in authen.ſi qua mulier.in fin. C.de ſacroſanct.eccle.& in.l.ſi quis filium. & in.l. maximũ vitium.C.de liber. præteri.& in.l.iubemus.in fine.C.ad Trebellia. & in.l.ij.C.de execu. rei iudi.& in.l.precibus.in quarta colum. verſicu. & not. quòd in quibuſdam locis.C.de impuber. & Sali.in.l.quãuis adulterij.C.ad legem Iul. de adulter.ij.quæſtio.colum.v.& Pet.de Anch. in repetitio.c.canonum ſtatuta. in.cciiij.col. verſicul. occurrit alia quæſtio, cum duabus col.ſequen.extra de conſtitut.& vide Bald. & Angel. de Aret. inſtit. de iure naturali gent. & ciuili. in.§.ius autem ciuile.

QVAERO tertiò principaliter, quando habet locum interpretatio, & quando non? Et
140 dic, † quòd in ambiguis tantum ſit interpretatio. Nam vbi non eſt ambiguitas, ibi non interpretamur, vt.l.ille. aut ille.§. cum in verbis.ff. de lega.iij. &.l.continuus.§.cum ita ff.de verborum obligatio.& notant Innocen.& Doct. in capi.cauſam quæ.extra de reſcript. Et ideo vbi res procedit ex interpretatione dicitur dubia, vt dicit Angel.in.l.fina.C.de hæred. inſtitu. Item vbi æquitas eſt, ibi facienda eſt interpretatio. Nam æquitas eſt fundamentum interpretandi leges, & pacta.ff.pro ſo.l.ſi ſocius pro filia, ſecundum Baldum.in.l.ſi defunctus.ante finem.C.de ſuis, & legiti. Item quando habetur principis præſentia, non eſt recurrendum ad interpretationem inferioris, ſed ad ipſum principem, qui eſt lex animata, vt in authenti. de conſul. colla.iiij. Et ideo cauſæ, quæ ſunt in audientia domini Papæ, quando oritur dubitatio iuris, ſemper debent referri ad ſedem apoſtolicam, antequam pronuntietur: vt dicit not. Bald. in.l.cum de nouo.C.de legib. Item ſublato textu, ſunt ſublatæ gloſſæ, & interpretationes, vt.l.fina.C.de edi. diui Hadri. tollen. & ibi hoc not. Bald. per illum textum in quarta colum.verſicu.not.ſecundo: allegat etiam nota.per Cyn.in.l.tranſigere.ad ſi.C.de tranſact.

QVAERO quartò principaliter, ad quem vel quos ſpectet interpretatio, & ſic quis habet
141 poteſtatem interpretandi? † Et primò dic, quòd legis interpretatio ſpectat ad principem.l.fina.C. de legibus. & quòd ſoli principi ſit conceſſa.eſt text.in.l.ij.in vltima colum.in princip.C.de vete. iure enucle.& eſt tex.etiam in ca.inter alia, extra de ſententia excommunicatio. & in dictis iuribus not.& eſt text.in authen.de raptis mulie.quę rapto. nub. collat.ix. in princip. & ibi hoc etiam not. Angel.colum.ix. ¶ Secundò quæro, an ad ſolum Papam ſpectet interpretari ſtatuta vniuerſalis concilij, vel etiã ad ipſos epiſcopos, & alios qui ſtatuunt concilium? vide omnino gl.xvij.di. nec licuit.in verbo ad apoſtolicam, quę ponit opinio. & vltima eſt, quòd etiã poſsint epiſcopi, vel maior pars concilij, argumen.dicti cap.inter alia.extra de ſententia excommunica.

142 TERTIO quæro, vtrum † hodie ſit licitum doctoribus leges & canones interpretari, vt ab eorum interpretatione recedere non liceat? & gloſſ.videtur velle, quòd ſic, in.l.non puto.ff.de iure fiſc. Sed in contrarium videtur text. in.l.fina.in fine.C.de legib.vbi dicitur, quòd ſoli principi licet interpretari, & dixi ſuprà eodem in prima quæſtio.Item text. eſt inſtit. de iur.natu. gen. & ciui.in.§.reſponſa.qui dicit, quòd hoc erat antiquitus, ita quòd non hodie.Item eis erat permiſſum ab Imperatore, vt iuriſconſulti interpretarentur.& primus Diuus Auguſtus (vt maior iuris autoritas haberetur) conſtituit, vt ex autoritate eius reſpõderent, & ex illo tempore cœpit hoc beneficium peti, vt eſt text. in.l.ij.§.primus Diuus Auguſtus, in penultima colum. in fine.ff.de origi.iuris. Et ante Auguſti tempora publicè reſpondendi ius à principibus non dabatur, ſed qui fiduciam ſtudiorum ſuorum habebant, conſulen lentibus reſpondebant, neque reſponſa vtique ſignata dabant, ſed plerũque iudicibus ipſis ſcribe bebant, aut teſtabantur, qui illis conſulebant bonam cauſam fouere, vt eſt text.notabilis in dicta l.ij.§.poſt hunc. in fine. in penultima colum. &
143 ideo † doctorum ſententia probabilis eſt, non neceſſaria, vt tenet gloſſ. in.l.ſi de interpretatione.ff.de leg.& in.l.j.C.eodem titu. de leg. & not. Alberi.de Roſa. in.l.j.ff.ſi certum petatur. Bene tamen facit iudex, ſi eorum opiniones ſequitur, quando ſunt rationi conſonæ. argumen.l. ſi quando.§.primo.ff. ſi ſeruit. vendic.&.l. in ſubſtitutione.ff. de vulgari & pupillari. faciunt notata in.l.finali.C. de pœna iudic. qui malè

iudi. & in.c.j.& c.ne innitaris. extra de constitu. Sed quæro quid ergo operantur illa verba collata in doctoratu? scilicet do tibi licentiam legendi, glossandi, interpretandi, &c. de quibus habetur in clemen.ij.de magist.dic secundum Ioan.de Platea, & domi. Ange.de Aret. in dicto.§.responsa. quòd operantur, vt possint prædicta publicè facere, quod aliâs non liceret eis, vt.l.j.C.de stud.libera.vrb.Romæ.lib.xj.& probatur in dicto.§.primus diuus Augustus, in.l.ij.ff.de orig.iur.

QVARTO quæro, ad quem spectet interpretatio statutorũ? & an ad ipsos statutarios, qui electi fuerunt ad condendum statuta, si super eis aliqua ambiguitas oriatur, vide plenè per Barto. in.l.omnes populi. in.iij.quæstio. sextæ quæstionis principalis.ff.de iustitia & iure. & ibi per docto.& per Alber.de Rosa.in.l.j.ff.si certum petatur. & per Ioan.Andr.in cap.ex parte.ij.extra de verbo.signifi.in nouella.

144 QVINTO † quæro in priuilegijs, & rescriptis ad quem spectet interpretatio? dic regulariter ad concedentem, de quo vide text.gloss.ordi.& Docto.in cap.cum venissent. extra de iudi. & in.l.Neratius.ff.de regu.iur. & vide gloss. in.c. cum dilecti.& ibi no.extra de dona.

SEXTO quæro, quid de iuramento? an in-
145 terpretatio spectet † ad Papam? an etiam ad alios inferiores? & videtur, quòd ad Papam solum, vt videtur esse text.in cap.venerabilem.in fin. extra de elect.& glos.in cap.petitio.extra de iureiuran. Sed contra, quòd etiam inferior possit, tenet Bal. quem sequitur Salic. in.l.nec in operis.C.de ope. liber.& Specu.in titu. de legat.§.minorum ipsorum.versic.Item Papa.& not.dominus Anto.de But.in cap.quanto.extra de iureiuran.facit, quod not.Innocen.in ca.debitores. extra eo. de iureiuran.& ita etiam tenet domi.Anto.de Rosel.quando est iudex ecclesiasticus.in cap. cum contingat. in xxxij.cartha, eo.titu.de iureiuran.

146 SEPTIMO quæro, † quid in sententia? quis iudex interpretatur eam, vide text. & gloss. ordi.in.l.ab executore.in princip. & ibi per Barto.& docto.ff.de appellat. vbi etiam ponitur per Bartolũ, & alios doc.an successor possit interpretari sententiam sui prædecessoris, & habetur per do.Barptho.de Salic.in.l.hac lege.C.de senten.ex pericul.recit.

147 OCTAVO † quæro, quid de instrumentis? an. notarius, qui scripsit, possit ea interpretari? vide gloss.& docto.in dicta.l.ab executione, in princip.& not.in.l.si quis.C.de fals.caus. & in authenti.de fide instrumento.§.si verò moriantur. collatio.vij.

NONO quæro, quid in iudicijs? an interpretatio spectet ad actorem, vel reum? dic vt not. in l.inter stipulantem.§.j.ff.de verbo.oblig.

DECIMO & vltimò, quid in contractibus? vide.l.veteribus.ff.de pactis. & aliquid per Barpto.in.l.sæpe. & ibi dicam, etiã infrà eo. ¶ Et adde, quòd consilium, quod potest se habere ad bonum, & malum, ille, qui dat consilium potest interpretari.ff.de re iudicata.l.actorum. in gloss. imò etiam sine interpretatione hominis interpretatio legis interpretatur in meliorem partem.ff. pro soc.l.merito.ita dixit Bald.in.l.j.in quarta colum.& fin.in versicu.& not. quòd consilium.C. de seruis fugiti.

QVAERO quintò principaliter, quot & quæ sunt illa, quæ interpretantur vocabula? dic,
148 † quòd sunt octo secundum Bald. ¶ Primum est significatio natiua à principio, qua vocabula nata sunt, vel datiua, id est posteà vsu gentiũ mutata, primas enim institutiones nescimus; sed de ipsis credendum est autoribus.ff.si certum petatur.l.j. in princip. ¶ Secundum est, intellectus communis alicuius loci, vel patriæ, vt.l.librorũ. §.quod tamen Cassius.ff.de legat.iij. ¶ Tertium naturalis iustitia, vt.ff. de excusatio. tuto.l.scire oportet.§.sufficit. ¶ Quartum naturalis charitas, & verisimilitudo.ff.de pact.l.tale pactum.§. fina.de liber. & posthu.l.Gallus.§.j. ¶ Quintum publica vtilitas.ff.ad legem Aquil.l.ita vulneratus.& l.si quis in graui.§ vnum. versic. hîc quoque.ff.ad Syllan. ¶ Sextum viua ratio, quæ dicitur ima, quia est anima ipsius scripturæ, vt.l. frater à fratre.ff.de condictio.indebi.Et ista quandoque sumitur à signis vniuersalibus.vt.ff.de noui operis nunciatio.l.j.§.nunciatio. per Iacob. de Har.ff.de seruitu.vrba.prædio.l.si seruitus. ¶ Septimum æquitas considerata persona, cui debet æquitas inesse, vt quia est princeps, vel legislator.ff.de vulgari & pupilla.l.ex facto. in princip. ¶ Octauum stilus iudiciorum, & consuetudo.ff. de legi.l.si de interpretatione. & his similia: quia de similibus ad similia congrua procedit adaptatio.ff. de excusatio. tuto.l.non solùm.§.qui primipilum.& de hoc vide per Bald. in.l.fina.in.xv. quæstio.C.de hæred. instituen. Et quòd consuetudo interpretur legem habetur.in cap. Abbate. de verborum significatio.& l.cum de consuetudine.ff.de legib.& not.gloss.quarta distinctio.erit autem.in verbo consuetudine.& vide, quod dicam in sequenti quæstio. in principio. Item consuetudo interpretatur etiam pactum, vt notat Bal.in cap.j.§.si mulier. in tit.de capita. qui cur. vendi.Item adde quòd verba possunt interpretari multis alijs modis, vt colligitur ex his, quæ dixi suprà in quinta quæstione principali, quintæ partis

partis principalis præcedentis.

QVAERO sextò principaliter, quomodo & qualiter verba sint interpretāda? Et .j. quæro in genere quomodo,& qualiter sit faciēda in-
149 terpretatio? & dic,quòd interpretatio † non debet ad literam,sed ad sensum fieri. vt in cap. propterea.extra de verbo.signifi.& dixi suprà ea parte in.j.q.ij.quæstionis princip.Item interpretatio debet fieri sine captione,vt probatur in.l.si vxori.ff.de auro & argen.lega.& ibi hoc not. Oldra. & Albe.de Rosa.Item facienda est interpretatio, quæ vitio careat.l.in ambigua voce.ff.de legib. Item debet fieri interpretatio, vt non sequatur inhumanitas.vt not. Angel. in.l.furti.§.pactus.ff. ff.de his qui not.in ea.¶ Item dedet fieri, vt res magis valeat, quàm pereat,vt.l.quoties.ff.de reb. dubijs.&.l.quoties.ff.de verb.oblig.& in.l.incontrahenda venditione in fin.infrà titu.proximo. cum similibus.Item in dubio in benigniorē partem est interpretandum,vt.l.capienda est. infrà. titu.proximo.&.l.benignius.ff.de legi.Item in tutiorem partem:quia tutior pars est eligenda, vt in.c.illud extrà de cler.excōmuni.&c.ad audientiam.extrà de homi.& ibi de hoc per glos.& doc. Item ratione affectionis fit interpretatio,vt probatur in.l.quod factum est.infra tit.sequenti. vbi dicitur,quod factum est,cum in obscuro sit, ex affectione cuiusque capit interpretationem. facit quod habetur in.l.Gallus.§.quidam rectè.ff.de libe.& posthu.Item rationem consuetudinis loquentis,& loci interpretatio fit.vt dicit tex.& gl. in.l.semper in stipulationibus infrà.tit.primò Itē rationem personæ,& ratione rei fit interpretatio,vt dicit glos.in dicta.l.semper in stipulationibus.Item ex pręcedētibus & sequentibus fit interpretatio.l.talis scriptura.&.l.si seruus plurium.§. fin.ff.de lega.primo.¶ Item an interpretatio iuris sit in scriptis facienda?vide glos. notabilem in l.si de interpretatione.ff.de legib.& quod ibi not. Et an sit pars citanda,vel non, vide Angel.in.l. si quis ratione ambigua.ff.de iudi.& per Bald.in.l. j.C.de tempo.appell.¶ Item est semper ordo iuris in interpretatione facienda obseruandus, vt not.Ioan.Andr.in.c.olim.de verb.sign.

QVAERO secūdò de verbis legis?Et dic, ꝙ si de interpretatione legis quæritur, imprimis inspiciendū est,quo iure ciuitas retro in eisdē casibus vsa fuit.Optima est enim legum interpres consuetudo,vt est text.in.l.si de interpretatione. ff.de leg.nam in ambiguitatibus, quæ ex legibus proficiscuntur,consuetudinem,aut rerum perpetuò similiter iudicatarum vicem legis obtinene debere manifestissimum est,vt est text.in.l.nā Imperator.ff.de legi.& interpretationes legum naturalibus conuenire debent,vt.l. confessionibus in princip.ff.de interrogata. act.& not.Bald. in.l.j.ad fin.iiij. colum. C.de seruis fugi.& probatur in.l.sequenti.si is,cui eo.titu. de interroga. actio.& ideo dixit Dy.in.l.si dolo.ff.si quis omiss. causa testamēti.quòd verba debēt interpretari secundum naturalem cursum causæ,& votum parentum.Et tales interpretationes quæ sunt de iure naturali,habent locum & in statutis,secundū Bal.in.l.quicunque.in quarta columna.in fi.C.de seruis fugitiuis:Item oportet ea,quę adiecta sunt per interpretationem.in illis videre,in quibus & interpretatis legibꝰ sit locus,vt est tex.notabilis in auth.de filijs ante doc.instrumēta.nat.añ fi.co.iij.

150 QVAERO tertiò de verbis † statuti, qualiter interpretentur?dic quod regulariter interpretantur,vt minus lędant ius commune quàm fieri potest,vt est text.cum glos.not.in.l.fi.§.licēcia.C.de iure delibe.& ibi per doct.& est glos.in verbo vacantibus in authentic. de hære. ab intesta.venienti. in principio coll.ix. & vide text. & doc. in.l. si serui vestri.C. de noxal. Item quòd statuta mutuant verba à iure communi cum suo verò, & proprio intellectu, vt dicit Bal.notabiliter in.c.j.in tertia col.in tit.de success. feud.Et sic verba statutorum debent interpretari secundum ius commune, vt.l. vt gradatim.§. sed si lege.ff.de mune.& ho.& not Bal.in.l.j.ante fi.C.de succe.edict.Et statutum recipit interpretionē,etiā si lex,vel statutum prohibeat:Sed quā interpretationem?dic vt,dixi suprà.eo.in.ij.q.ij. quęstionis principalis.Item statutum,vel consuetudo non recipit interpretationem,quantum ad substantiam ipsius statuti,vel consuetudinis, sed bene recipit interpretationem ad casum de quo quæritur.sed vtrum ille casus intelligatur dispositus per statutum, vel non,secundum Bal.in authen.ex testamento.C.de secū.nup. Et de materia interpretationis statutorum, vide plenè per Bar.& doct.in.l.omnes populi.ff.de iusti.& iure. & plenissimè per Petrum de Ancha. in repetitione.c.canonum statuta.extra de constitutionibus.& per Albe.de Rosa.plenè in suo opere statutorum.in prima parte.q.viij.& per Doc.in dicta l.si serui vestri.C.de noxa.

QVAERO quartò de verbis priuilegiorum,qualiter interpretantur?dic ꝙ interpretantur & declarātur secundū naturā consuetudinis loci,in quo emanāt,vt in.c.certificari.extxà de sepul.Et sic not.ꝙ potius recipiūt priuilegia interpretationē à consuetudine quā à iure stāte cōsuetudine speciali cōtra ius,ꝙ not.ita notabiliter dicit Ant.de Bu.in d.c.certificari in vltimo notabili.Itē interpretationē supplectiuā,& correctoriā

à iure communi recipit priuilegiũ.extra de præsũmpt.c.fina.& probatur in.l.ex facto. in princi. ff.de vulga.& pupil.Item est priuilegium intelligendum,& interpretandum,vt quid inducat,vt in.c.examinata.extra de confirma.vtil.vel inutil. & habetur in.l.sequenti. in princip.C.de inoffic. testa. ¶ Item an in interpretatione priuilegiorũ pars sit citanda? vide Pau.de Castr. in consil. suo liij. Et de materia interpretationis priuilegiorũ. vide per Innocen.& doct.in cap.causam quæ.extra de rescript.per Bald.& doct. in.l.beneficium. ff.de constit.princip.& in additio.Specul. in titu. de rescript. in.xj.colum.ad finem. & habetur in cap.cum dilectus.extra de donat.per gloss. Innocen.& doct.

QVAERO quintò de verbis rescripti? dic, quòd sunt interpretanda secundum iuris intellectum,vt est gloss.notab.in.l.sed nisi hoc.ff.de iur. dot.& probatur in.l.curatores.§.fina.ff.de administr.tuto.ad cuius pertinentiam facit quod not. Innocen.in cap.dudum.ij.ante finem. de electione,& Specu.in titu.de loca.§.nunc aliqua. versicu.xciiij.Et de materia interpretationis rescriptorum.vide plenè per Innocen.& doct.in cap. causam.extra de rescript.

QVAERO sextò de verbis sententiæ? & 151 de actis iudiciarijs? Et dic,quòd verba † sententiæ debent interpretari strictè, & intelligi prout iacent,vt.l.j.C.si plures vna sententia. &.ff.de libe. causa.l.diui.&.l.si à te.ff.de except.rei iudic. & ita not.Barto.in.l.si expressim.in secunda colum.ff. de appella.& in.l.in fi. in tertia colum.C.quando prouoc.non est neces.& in.l.j.C.si plur. vna sententia.Item verba sententiæ debent in dubio interpretari secundum ius commune, secundum Innocen.Ioan.Andr.& Cardi.Zaba.in cap. ex literis.extra de cõsti.& habetur per Barto. in.l.miles.§.decem.ff.de re iudic.& ibi signaui. Item verba sententiæ trahuntur ad improprium significatum,vt sententia valeat, & non pereat, vt est gloss.singularis in.l.puto.§.j.ff.fami. ercisc.secundum Flo.ibi qui allegat hoc tenere Cy.& not. in l.sed si possessori.§.sed si rerum.ff.de iureiuran. Et adde,quòd interlocutoria per quam iudex interpretatur verba ambigua suæ sententiæ,nunquam reuocabitur,gl. est singularis in.l.quicquid adstringendæ.ff.de verborum obligatio. vt dixit Ange.in.l.quod iussit.ff.de re iudic. sed idem Ange.in dicta.l.quicquid adstringendæ,dixit cõtrarium,scilicet quòd iudex interloquens milies, poterit sententiam suam interlocutoriam interpretari,scilicet quoties habebit potentiam mutandi illam,& dicit,tene menti,& gloss.ibi intelligit in interpretatione,quæ fit ab homine,non à iudice, dic vt ibi,& vide not.in dicta.l.quod iussit.& canonistas in cap.cum cessante.extra de appellatio. Et interpretatio iudicis qualiter debet fieri,quando sibi permittitur à lege. vide Petrum de Ancha.in repetitione.c. canonum statuta. in octaua cartha.extra de constitu. ¶ Et de materia interpretationis verborum sentẽtię,scilicet quãdo interpretantur. vide omnino Bartol. in.l.miles.§. decem.ff.de re iudica.& ibi etiam Ange. & doct. & Barto.in.l.Paulus respondit.eod. titu. & Barto.in.l.si fundus.§.in vẽdicatione. ibi puto, quòd talis libellus.ff.de pigno. & in.l.si quis stipulatus fuerit decem in melle. ad fin. versicu.sed quæro. quid si in casu legis. ff.de solut. Item de actis iudiciarijs, dic quòd in dubio debent interpretari secundum mentem proferentis, seu facientis, vt.l. si quis intentione ambigua.ff.de iudic. & ibi vide de ista materia. Et an dominus possit declarare, & interpretari dictũ procuratoris, vide Bal.in.l. idem Pomponius.§.si plures.ff.de rei vendi. Et ibi etiam ponit,an verbum dubium prolatum in causa principali possit declarari in causa appellationis.

QVAERO septimò de verbis iuramenti? 152 dic,quòd † sunt interpretanda secundum intentionem iurantis,vt not.in cap. venientes. in verbo præscripsi.de iureiuran.& vide gloss.in.c.magnæ.extra de vot. & habetur in cap.j.§.item sacramenta.in titu.de pace iur.firman. in vsi. feud. & in authen. sacramẽta puberũ.C.si aduer. ven.

QVAERO octauò,de verbis contractuũ, & actorum? Et dic de contractibus, vt per text. & gloss.& quod ibi dicam,in.l.semper in stipulationibus.infrà titu.proximo. Et adde doctrinam notabilem, quòd vbicunque actus contrahentium est trahibilis ad plures sensus, propter ambiguitatem,semper debet trahi ad sensum, qui constare potest ex prælocutionibus contrahentium, vt dicit Ange.in.l.j.in.iij.col.in fi.per gloss.ibi.ff. de iudi.allegat etiam.ff.de verbo.obliga.l.Titia.§. idem respõdit.ij.nisi sensus esset clarus ex verbis, de quo dic, vt ibi per ea, & vide ad hoc not. per Bartol. & docto. in.l.pacta nouissima.C.de pact. Item contractus recipit interpretationem stricti iuris.l.fina.in fine.ff.de condict. ob causam. & ibi est gloss.notabilis.Item contractus stricti iuris recipiunt interpretationem extensiuam, quando aliâs non haberent effectum.text est in.l.stipulatus fuero.ff.de verborum obligatio. Item verba contractus in dubio interpretantur contra proferentem,qui potuit apertius legem dicere.l.veteribus.ff.de pactis. & ibi per omnes docto. Et quomodo intelligatur, quòd verba in dubio interpretentur contra proferentem, vide ibi per

doct.

do".& per Barto.in.l.sæpe. infrà eodem titu. & ibi dicam.& vide omnino Angel.in.l.insulam.ff. qui pot.in pigno.habe.Et de materia interpretationis verborum contractus.vide in dicta.l.veteribus. & per doct. in.c.causamque. extra de rescrip.& in regula iuris contra eum. de reg.iur. in vj. & in.l.semper in stipulationibus.ĵ.titu. proxi. & ibi plenè dicam.& etiam per Bal.in addi.Spec.
153 in tit. de rescrip.in.xj col. De † testamentis autē, qualiter eorum verba interpretētur? dic,vt.l.non aliter.ff.de lega.iij.& dic,quòd interpretatio plenior fit,quàm in cōtractibus,vt est tex.in.c.cum dilectus.extra de dona.

154 QVAERO nonò † de dictis testium,qualiter debent interpretari,& in cuius fauorem? dic, vt plenè per Barto.& doct. in.l.inter stipulātem. §.si Stichum.ff.de verbo.oblig.& per Innocen.& doct.in c.causam quæ extra de rescri. & per Bal. in addi.ad Spe.in tit.de rescrip.in.xj.col.

QVAERO decimò & vltimo,de manda-
155 to † Papæ? dic, quòd in dubio est interpretandum,vt nulli faciat præiudicium, vt ix.q.iij.nūc verò.& extra de off.delega.c.super.lxxxix.distin. ecce.ita dicit gl.lxxxv.distin. Archidiaconū Florentinum.in fi.in gl.fi.in verbo volūtatē.cui adde.l.ij.§.meriti. &.§.si quis à principe.ff.ne quid in loco publi.& .l.nec auus.C.de emancipa.liber. cum similibus.

VLTIMO de materia interpretationis,vide per Azonem in summa,in princ.Codi. & per Hostien.in summa de verbo. signifi quasi per totum,& per gloss.notabilem. in.c.contra eum. de reg.iur.in.vj.& vide per Inno.& doc.plenè in c. causam quæ.& in.c.cum te.extra de rescri. & plenissimè per Bart. & doct.in.l.omnes populi.ff.de iusti.& iur.& plenissimè etiā per Pet.de Anch. in repetitione.c.canonum statuta. extra de constit. & per Albe.de Rosa.plenè in suo opere statutorum.in prima parte.quæstio.viij.& per gloss. Ange.& docto.in.l.quicquid adstringendæ.ff.de verborum obligatio.& per Bald.in addi.super Innocen.in titu.de rescript. in .xj.colū. vbi plenè.& vide omnino per Bald. in.l.ij.C.de senten. ex pericul.recitan.& per doct.in alijs locis.s.alleg.

QVAERO septimò & vltimo, principaliter pro quo,vel quibus in dubio sit interpretatio facienda & sic verba intelligenda,& hāc questio. diuide in duas. Prima est respectu personæ, alia respectu causæ.

156 QVAERO igitur primò, † pro quo vel quibus sit facienda interpretatio respectu fauoris personæ? Et dic, quòd in dubio pro religione iudicandum est: quia summa ratio est, quæ pro religione facit,vt est text. in.l.sunt personæ.ff.de relig. & sumpt. fune. & not.gloss.in.l.locum. in princip.& ibi Floria.ff.de vsufruct.& est gloss. ordina.notabilis.xviij.quæstio.ij.super prudentiam. & gloss in cap.ex literis, in verbo religiosis. extra de dolo & contuma. & gloss. in cap. ad nostram audientiam.extra de confirma.vti. vel inuti.cum simlib. ¶ Item in dubio potius iudicandum est pro paupere, contra diuitem quàm econtrà, vt est text.cum glos.notab.dum dicit,quia diues est. in.l.non puto.ff.de iure fis.licet quandoque seruetur cōtrarium,& malè. ¶ Itē in dubijs quæstionibus contra fiscum,facilè respondendum est,vt est text.multum notandus, & ibi gloss.in dicta.l. non puto,quod tamen rarò obseruatur & malè. Sed Paduæ est statutum,quòd in dubio pro fisco sit iudicandum,quod nullam habet in se æquitatem.Item in dubio pro possessore est pronuntiandum,quia melior est causa possessoris.vt est text. in.l.cum par, in vltima. infrà titu. proxi. & probatur in.c.inter dilectos.in fi.extra de fide instrumen.& in.§.commodum insti.de interdi.vbi etiā habetur, quòd maximum est commodum possessoris. facit quod statim dicam.Item pro reo in dubio potius est iudicandum, vt.l.fauorabiliores. infrà titu.proximo. &.l.inter pares.ff.de re iudic. & est text.in l.in eo quod.infrà titu.proximo.vbi dicitur, quòd durior est causa petitoris. Et propter hoc datur cōsilium, quòd quis non agat aliquo iudicio petitorio, si potest, sed stet in possessione.vt dicto.§.commodum. &.l.is qui destinauit.ff.de rei vendi. ¶ Item propter hoc dicitur, quòd potius debemus esse prompti in absoluendo,quàm in condemnando.l.Arrianus.ff.de act. & obligatio.& cap.ex literis.extra de probatio. & ibi gloss. & docto. & vide gloss. quæ ad hoc allegat iura.xxx.quæstio.ix.veniam. in verbo faciendum.Ista tamen regula non habet locum, quando est dubium de iurisdictione, vt est text. cum gloss.in cap. cum contingat. extra de rescript. & ibi per Innocent. & docto. & not.etiam Bald. in additio. super Innocen. in dicto titu. de rescript. ¶ Item propter hoc etiā dicitur, quòd melius est nocentem absoluere, quàm innocentem condemnare, vt est text. in.l.absentem. in princip. ff.de pœnis.facit text.cum gloss. fina.l.distinctio. ponderet.

QVAERO secundò,pro quo vel quibus in dubio sit iudicandum respectu causæ? Et dic pri-
157 mò, quòd pro matrimonio † in dubio est iudicandum, & interpretandum: quia causa matrimonialis est fauorabilis,vt est text.in cap.fina. extrà de sententia, & re iudica. & probatur.xxxiij. quæstio j.si quis acceperit. & ibi gloss. & not per gloss.& docto.in cap.ex literis.extra de probatio.

& quæ ſit ratio, vide per gloſſ. notab. in authẽ. de nupt. in prin. in verbo ampliori colla. iiij. ¶ Item in cauſa liberali, in dubio pro libertate interpretandum, & iudicandum eſt, vt eſt text. in dicto. c. fina. & in dicto. c. ex literis. & eſt tex. in. l. inter pares. ff. de re iudi. & in. l. in obſcura voluntate. infrà tit. proximo. & vide omnino tex. inſti. de dona. §. j. ¶ Item pro dote in dubio eſt interpretatio facienda, vt eſt text. in dicto. c. fi. de ſententia, & re iudi. quia in ambiguis pro dotibus reſpõdere melius. vt in. l. in ambiguis. ȷ̃. tit. proximo. & eſt ratio rationis, quia dotis cauſa ſemper, & vbique pręcipua eſt. vt. l. j. & ibi per omnes doct. ff. ſoluto matrimo. & no. in dicto. c. ex literis. extra de probat. per gloſſ. & doct. ¶ Item pro teſtamẽto in dubio fieri debet interpretatio, vt eſt text. in dicto. c. fin. & not. gloſſ. in dicto. c. ex literis. Vnde verſus.

Stat teſtamentum, libertas, coniugiumq;
Si ſint æquales, qui producuntur vtrinque

Vt not. gloſ. in dicto. c. ex literis. ¶ Item in dubijs melius eſt fauere repetitioni quàm aduentitio lucro, vt eſt tex. in. l. non debet actori. §. in re obſcura. infrà titu. proxi. ¶ Item in re dubia benignior ſententia eſt ſequenda. tex. eſt in. l. ea quæ in. §. in re dubia. ȷ̃. tit. j. & in. l. benignius. ff. de legi. Et maximè in pœnalibus. vt. l. factũ cuique. §. in pœnalibus. ȷ̃. titu. proxi. quod procedit in leuibus cauſis, ſed in grauioribus legum ſeueritas eſt ſequenda, tex. eſt notabilis in. l. reſpiciendum. in princ. ff. de pœn. ¶ Item ſententia illa maximè ſpectanda eſt, & tenenda, quæ maiori nititur æquitate. l. in omnibus quidam. infrà titu. ſequenti. facit. l. & ſi nihil facilè. eo. titu. & l. placuit. C. de iudi. ¶ Item ſententia illa eſt potior, & cæteris præponenda, quę maiori nititur pietate. vt. ix. di. ſana. ff. de pac. l. maiorem. & ita not. gloſſ. in verbo humanius. xxiiij. q. j. ſi quis dederit. & probatur. l. diſtinc. domino ſancto. in fi. & ibi hoc not. glo. in verbo potior. & in verbo antiquior. facit. l. fi. & quod ibi not. C. qui bon. cede. po. Item in obſcuris eligendum eſt, quod minimũ habet iniquitatis. l. quoties nihil. ȷ̃. titu. proximo. Facit ad hoc illud vulgare de duobus malis minus eſt eligendum. Item in ambigua voce legis ea potius accipienda eſt ſignificatio, quę vitio caret. tex. eſt in. l. in ambigua. ff. de legi. ¶ Item magis tenenda eſt illa ſententia, cuius antiquior, & potior extat autoritas, vt dicit text. l. diſt. domino ſancto. in fi. & in dubio antiquorũ opinionibus ſtandum eſt, & adhærẽdum, niſi ſint reprobatæ, vt not. Ioan. And. poſt Hoſt. in. c. j. de ſacra. vnct. in quarta col. verſi. aliquis. Et adde, quòd quò quiſque magis ratione nititur, eò maioris autoritatis eius verba eſſe videntur, vt xx. diſtinct. in princi. §. decretales. & ix. diſtin. ego ſolis: & quod à pluribus recipitur maioris eſt autoritatis, quàm quod à paucioribus, vt probatur xix. diſtin. in canonicis, & ibi hoc not. glo. Et proptereà illa ſententia eſt fauorabilior deo, quæ pluribus roboratur autoritatibus, & quæ euidentioris autoritatis ratione firmatur, vt eſt tex. de pœni. di. iiij. qui recedit à Chriſto. §. verũ. & vide tex. cum gloſ. in dicto. c. in canonicis. Et eſt ratio: quia præſumitur ſemper pro multitudine, vt probatur in dicto. c. in canonicis, vbi hoc not. gloſſ. in verbo proponit, quæ allegatur. ad ho: etiam. lxj. diſtin. nullus inuitis. in princ. quod bene not. quia quando eſt quæſtio, quæ opinio ſit tenẽda, & reperiantur opiniones hincinde, tunc illa eſt ſequẽda, quæ à pluribus, & melioribus comprobatur. facit quod not. in. l. fi. C. de pœna iudi. qui malè iudi. Item & vltimo in cauſis decidendis potius iudicandum eſt ſecundum illum, qui nititur autoritate canonis quàm qui nititur autoritate Hieronymi, vt eſt gloſſ. valde notabil. in. xx. diſtinct. de libellis. niſi Hieronymus, vel Auguſtinus nitatur autoritate veteris, vel noui teſtamenti, vt eſt ibi gloſſ. ſingularis ſecundum omnes, & vide omnino gloſſ. notabilem etiam ad hoc. xx. diſtinc. in princip. in verbo decretales, quæ vult quòd in cauſis decidendis magis ſtandum eſt autoritati Romanorum Pontificum, quàm ſanctorum patrum, vt not. gloſſ. in. l. ij. in verbo nec generalia. C. de legi. quod intellige, vt dixi, niſi autoritas ſanctorum patrum iuuetur autoritate veteris, vel noui teſtamenti. Vltimò adde, quòd Auguſtino magis eſt credendum in diſtributionibus, Hieronymo, in hyſtorijs, & tranſlationibus, & Gregorio in moralibus, vt eſt gloſſ. ſingu. ix. diſtinct. vt veterum. Et hæc dicta ſint ſuper iſta rubric. pro quibuſdam præludijs ad titulum iſtum. ff. de verbo. ſignific. & loco cuiuſdam repetitionis ad laudem Dei, & beati Sebaſtiani, cuius diem cũ maxima reuerentia, ac feſtiuitate hodie colimus, vigeſimo Ianuarij, M CCCC LX. Paduæ.

SVMMAE.

1 *Naſculinum concipit fœmininum regulariter, & nume. 4. fallit autem numer. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17.*

2 *Verbo ſiquis, quis, qui, quicunque, quiſquis, filijs, ſeruis, pueris, fratribus, libertis, mulis, equis, & homine fœmininum ſexum comprehendi.*

3 *Dictio plerunque facit regulam.*

5 *Nomen proprium poſitum in lege non effecit illam particularem, vnde habetur pro non adiecto.*

18 *Maſculinum an concipiat fœmininum in ſtatutis, & proclamate, diſtinguendum vt hic, & numer. 21. & 22.*

& 22.& 27.

19 *Statutum quà fauet, ampliãdum, quà verò nocet, restringendum. statuta enim stricti iuris sunt. vt nume. 22.*

20 *Substitutio pupillaris expressa matrem excludit, taciti secus.*

21 *Statutum aut est secundum ius commune, aut præter, aut contrà.*

23 *Masculinum an fœmininum concipiat pulchra distinctio.*

24 *Dictio quasi, non est expreßiua veritatis, sed denotat improprietatem.*

25 *Masculinum concipit fœmininũ ex vi rationis, non verbi secundum Bar. in quo reprehenditur.*

26 *Talia sunt subiecta, qualia permittũtur à prædicatis.*

28 *Masculinum in rescripto an comprehendat fœmininum, remißiuè.*

29 *Clausula quidam alijs fœminas complectitur.*

30 *Tempus datæ attendendum.*

31 *Adiectiuum in masculino prolatum sine substantiuo concipit fœmininum.*

32 *Masculinum in priuilegio an fœmininum concipiat.*

33 *Masculinum prolatum à testatore an concipiat fœmininum.*

34 *Masculinum prolatum à iudice, vel in iudicio, an cõprehendat fœmininum. & nu. 36.*

35 *Vsus appellandi detegit iniquitatem iudicantis, aut imperitiam.*

37 *Masculinum prolatum in contractibus an fœmininũ concipiat.*

38 *Masculinum prolatum in maleficijs an concipiat fœmininum.*

39 *Masculinum quando concipit fœmininum, an concipiat propriè.*

40 *Existente patruo & per statutum non succedente auo, an succedat auia?*

41 *Filijs bannitorum exclusis per statutum de ciuitate, non excluduntur filiæ.*

42 *Exclusis viris bannitarum, non excluduntur vxores bannitorum.*

43 *Statutum cogens patrem aßignans legitimam filio in vita, non extenditur ad matrem.*

44 *Statutum abusionem puniens, habet locum in fœmina.*

45 *Inimicitia dupliciter consideratur.*

46 *Statutum prohibens ire de nocte, comprehendit fœminam.*

47 *Statutum puniens rapientem virginem, aut monialem, non comprehendit fœminam.*

48 *Fœmininum non concipit masculinum regulariter, quia peßimum masculum sub fœmina contineri. fallit vt hic.*

49 *Statutum prohibens capras, an prohibeat hircos.*

50 *Neutrum genus an concipiat fœmininum.*

LEX PRIMA.

VERBVM, hęc.l.non potest cõgruè summari: quia est breuißima, & cõtinet tantùm vnum constructum: sed com
munite allegatur, quòd † ma 1
sculinum genus concipit fœmininum, & hoc fit loco summarij. Not. primò,
2 † quòd hoc verbum si quis, comprehendit tam masculos, quæ fœminas. Et sic lex loquẽs per hoc verbũ, si quis, habet locum in fœmina, & sic cõprehendit etiam verbum si qua, concordat.l.iij. §.j.ff.de nego.gest.&.l.si quis id quod, in princip. ff.de iurisdi.omnium iudi. Sed nunquid comprehendat hæreditatem iacentem? Bald.dicit, quòd non, in.l.omnes populi.in antepenul.col.ff.de iusti.& iur.ego de hoc infra dicam. Idem de verbo, quis, vel qui, vt comprehendat etiam verbũ, quę, vt est text.in.l.j.§.j.ff.de constit. pecu. & probatur in.l.qui domum. in princip. coniuncta.l.mater.§.mulieres.ff.ad legem Iul.de adulte.¶ Idem de verbo, quicunque, vt.l.quicunque.C.de seruis fugi.secundum doct.ibi.sed tex.ibi hoc non probat, sed est tex.ad literam in.l.ait diuus Traianus. ff.de iure fis.vbi dicit, quòd verbo quicunque, accipere debemus tam masculũ, quàm fœminam. ¶ Idem de verbo, quisquis, vt.l.quisquis.infrà eo. & ibi dicam, habetur in.l.quisquis.C.ad legẽ Iul. maiesta. Idem de verbo filijs, vt comprehendat etiam filias, vt est text.in.l.si ita scriptum.in princi.ff.de lega.ij.& in.l.Seruius.aliàs incipit, Seuerinus.de hoc dicetur plenißimè.in.l.filij appellatione, & in.l.liberorum.infrà eo. Idem de verbo seruis, & pueris, vt contineantur etiam ancillæ, & puellæ, vt est text. in simili in.l.seruis legatis. in princip.ff.de lega.iij. Item de verbo, frater, vel fratres, vt contineantur sorores, vt.l.tres fratres.ff. de pact. & in.l.Lucius.§.quæsitum.ff.de lega.iij. Idem de verbo, liberti, vt contineãtur etiam libertæ.vt.l.liberti.infrà eo. ¶ Idem de verbo, generi, vt contineantur mariti neptium tam ex filia, quàm ex filio.vt.l.generi.infrà eo. Idẽ de verbo muli, vt contineantur & mulæ, vt.l.qui mulas.in princi.ff.de lega.iij. Idem de verbo, equi, vt contineantur etiam equæ, vt est text. in.l.equis.l. j.&.ij.ff.de vsufruct.& in.l.legatis seruis.§.penulti.versicu.equis autem legatis.de lega.iij. Idem de verbo hominis, vt etiã tam masculus, quàm fœmina contineatur, vt.l.hominis. infrà eodem. ¶ Et generaliter pronuntiatio sermonis in sexu masculino ad vtrunque sexum porrigitur, vt est text.in.l.pronuntiatio.in principio.infrà eodem. Nota secundò ex his, quòd masculinum genus

comprehendit fœmininum, quod intellige regulariter, vt probatur in dicta.l.pronũtiatio.in princip. vbi dicitur, quòd pronuntiatio sermonis in sexu masculino ad vtrunque sexum plerunque porrigitur. Nam ex quo dicit plerunque, intelligitur regulariter: quia † dictio plerunque, facit regulam, vt est text.cum glos. in.l.cum virum.C. de fideicommiss. & est tex.insti. de legi. patro.tu. in.§.fina.& text.cum gloss. in.l.antepenulti.ff.de tutel.& est text.apertus in authenti. vt sine prohibi.matr.debit.& credi.post medium. colla.vij. & text.in.l.j.in princip.versicu.ęstiua autem est illa. ff.de aqua quotid.& æsti.& in.l.j.in fin. principij. ff.de tute.& ratio.distra.& est text. in.l.iij. versic. quia plerunque.ff de offic. præfect. vrb. &.ff. de hæred.institu.l.seruum meum.§.hæreditas.ff.de flu.l.j.§. ait prætor. & est gloss.insti.de leg.agnat. tutel.in prima gloss.magna ante finem.& glos. in cap.j.in princip.in gloss.j.in fine. in titu. de feud. march.& text.cum gloss.instit.de hæred.instit.in §.hæreditas.& est text.& ibi hoc not. Salice.in.l. post sententiam.C.de senten. & interlocu. om. iudi.& est gloss. ordina. in.l.cum per liberum. in gloss.iij.C.per quas perso.nob.acqui. & idem no. Salice.in dicta.l.cum virum. & ibi per Docto. & idem not. Alber.de Rosa.in.l.j.in princi.ff.de tut. & ra.dist.& in.l.si plures.ff.de vulga.& pupilla. licet in contrarium videtur text.cum gloss. in verbo plerunque in.l.iubemus.§.sanè.ij.C.de sacrosanc.eccle.vbi dictio plerunque, refertur tantùm ad vnũ casum, scilicet in casu illius tex.in quo permittitur ecclesiæ dare rem ecclesiasticã in vsumfructum.& dicit ibi Salice.quòd ille text. fuit sibi allegatus in quæstione facti ad hoc, quòd dictio plerunque, non denotet frequentiam actus, & sic non facit regulam. Sed ipse Salic. in dicto.§.sanè. dicit, quòd imò etiam ibi facit regulam, in eum casum allegat.l.iij. cum ibi not.C.per quas perso. nob.acquir.& dicta.l.post sententiam. Nec obstat text.in dicto §.sanè.quia dicit Salice quòd ibi denotat vtilitatem in pluribus casibus posse euenire:& sic etiam ibi facit regulam, vnde ex his infero duas conclusiones. Prima sit, quòd dictio plerunque, facit regulam: secunda sit cõclusio, quòd cum in dicta.l.pronuntiatio. in princip. infrà eo. dicatur plerunque, quòd masculinum genus regulariter comprehendit etiam fœmininum: & prima, & ista conclusio secunda probatur in.l.qui mulos.ff.de lega.iij.vbi dicitur quòd appellatione serui, seruæ plerunque continentur, & subdit quia semper sexus masculinus etiã fœmininum sexum continet. Sed nunquid ista regula sit semper vera? & an, & quando masculinum concipiat fœmininum? Ista est quæstio multùm vtilis, & variè scribitur per doct.legistas, & canonistas, de qua hîc per gloss. Iaco. de Are. Andræam de Pisis.Dyn.& Barto.& Odoffre.& plenè per Cy. Bald. Alber. de Rosa. & doct. in.l. quicunque.C. de seruis fugi.& per Barto. plenè in.l.j.in princi. in vltima col.ff.de pecul.& per Iaco.Butr.Barto. & Angel. in.l.si quis in tantam.C.vnde vi. & per Bartol. in.l.iura. in fine.ff.de legi. & in.l.j.§.sed si incertum.ff.de vent.in posses.mitten. & per glos. & doct.in.l.si quis ita.ff.de testa.tute. & per gloss. instit.qui testa.tut. dar. poss.§.fina. & per Alber. de Rosa.in dicta.l.j.ff.de vent. in poss. mitten. & in.l.si scriptum.ff.de lega.ij.& per Bal.in.l.in multis.ff.de statu ho. in.l.si ita facta.ff.de iniust. rupt. testamen.& in.l.ij.C.de iure emphy. & per Bald. & Imolam. in.l.Gallus. in princip.ff.de liber. & posthu. & per Rapha. & Imolam. in dicta.l.si ita scriptum.& per Bald.in.l.fina.in.xiiij.quæstio.C. de hæredi.instit.per gloss.& Ange. in.l.Gallus.§. nunc de lege.in tertia col.ff.de libe. & posthu. & per Specu.in titu.de disput. & allega.§.post hæc autem.versic.vel ibi masculinum genus. & de rescript.post sententiam.§.fina. versicu. sed quæritur vtrum.& per Ludo.de Roma.in.l.ij.in princip.in hac cartha.versicu.Sequitur quinto principaliter videre.ff.de verborum obligat. & per doctores aliquos in dicta.l.si quis id quod. in princi. ff.de iurisdi.omnium iudi.¶ Et habetur per glo. ordina.in cap.generali.de elect.in sexto, & ibi per Archid.& Ioan.And.xvij.quæstio.iiij.si quis suadẽte diabolo.& per Ioan.de Fãtucijs.& Paulum de Liazarijs.Ioan.de Imola, plenè & plenissimè, ibi per Dominicum de sancto Gemi. & per gl.ij. & doc.in cle.de elec.& per gl. in verbo quoscunque.in fi.in cle.j.de regu.& habetur in.c.indẽnitatibus.de elect.in.vj.& vide plenissimè etiam per Archidi.xvij.q.iiij.si quis suadẽte diabolo. & per Host.in.c.Raynaldus.extra de testamen. & plenè per Cardi.Zaba.in cle.j.in.q.ij.iij.& iiij.de elec.& in cle.j.in quinta oppositione. de consang. & affi. & in.c.significauit.in.ij.not.extra de rescri.& habetur in pluribus alijs locis, quæ infra allegabuntur.¶ Ego autem vt melius, & perfectius, ac clarius intelligatur ista materia. expediam per tres quæstiones principales.¶ Prima erit an, & quando masculinum genus concipit fœmininum.

¶ Secunda an, & quãdo fœmininum genus concipiat masculinum.¶ Tertia an, & quando neutrum genus concipiat masculinum, & fœmininum.¶ Circa primam quæstionem primò quęram an, & quando masculinum genus concipiat fœmininum, quãdo masculinum genus est prolatum à lege, vel canone? ¶ Secundo an, & quando concipiat, quando est prolatum à statuto, vel

in

in Banno, aut proclamate. Tertiò, quādo est prolatum in rescripto. Quartò, quādo est prolatum in priuilegio. Quintò, quando est prolatum à testatore, & in vltimis voluntatibus. Sextò, quando est prolatum à iudice, vel in iudicio, & sic in iudicialibus. Septimò, quando est prolatum in cōtractibus. Octauò, quando est prolatum in maleficijs. Nonò, quæram an quando masculinum concipit fœmininum sit verè, & propriè, an per interpretationem, seu extensionem. Decimò & vltimò ex prædictis inferam ad decisionem multarum quæstionum.

QVAERO igitur primò, an masculinum genus prolatum à lege, vel canone concipiat fœmininum? Et videtur, quòd sic, siue simus in fauorabilibus, vt hîc. & l. iij. §. j. ff. de nego. gest. & l. iij. §. j. ff. de consti. pecu. cum alijs similibus, suprà allegatis in primo notabili, siue simus in odiosis, & pœnalibus. vt. l. si quis id quod. in prin. ff. de iuris. om. iudi. & xvij. q. iiij. si quis suadente diabolo. in prin. cum gl. j. in cōtrarium videtur. l. quisquis. C. ad legem Iul. maiest. l. sicut patronus. ff. de operis libertorum, cum simi. Sed tu dic, quòd † regulariter masculinum concipit fœmininum, quando est prolatū à lege, vel Canone, vt plenè probaui suprà. in secundo notabili, siue si sit masculinū prolatū sub nomine masculino, vt dixi suprà in primo notab. Idem si sub nomine communis generis, vt. l. hominis. infrà eo. & est gloss. xxxiij. q. v. hæc imago. in verbo in homine. in fi. & not. gloss. ij. in cle. j. de elect. vnde si lex, vel canon loquitur de hominibus includentur masculi, & fœminæ, vt ibi not. Idem si sub nomine substantiuo, siue adiectiuo. vt dixi in dicto primo nota. & not. per glo. in cle. j. In verbo quoslibet, in fi. de regula. vbi dicitur, quòd illa cle. quæ loquitur per verbum, quoslibet, habet locum etiam in fœmininis ordinū mendicantium. Facit ad hoc etiam gl. in. l. j. infrà titu. proximo. Idem siue sub nomine appellatiuo, siue sub nomine proprio, vt probatur in prima constitutione Cod. ad fi. Nam † quando nomen propriū est expressum in dispositione iuris communis illud nomen proprium habetur, pro non adiecto, sed causa exempli, vt dispositio sit communis, & perpetua, vt in dicta prima cōstitutione. C. in fi. quia iura non in singulas personas, sed generaliter cōstituuntur, vt. l. iura. ff. de leg. & no. Dy. in. c. quod alicui gratiosè. de regu. iur. in. vj. & pro hoc omnes decretales, quæ diriguntur certis personis, tamē cōstituunt ius quoad omnes. Facit ad hoc gl. iij. dis. in sum. quæ loquitur de decretali epistola. & pro hoc etiam quod no. Cy. in. l. j. in. ij. q. C. vt ipossid. vbi dicit, ꝙ lex loquēs in Titio habet locum in Sempronio. ¶ Idē si proferatur in materia fauorabili, vt hîc. & l. iij. §. j. ff. de neg. ge. cum simi. Idē in materia odiosa, & pœnali, vt. l. si quis id quod. in prin. ff. de iuris. om. iud. & xvij. q. iiij. si quis suadente diabolo. cum gl. j. cum simi. & est ratio, quia ita peccant fœminæ, sicut masculi regulariter, licet quandoq; minus puniantur: vt no. in. d. c. generali. per Io. And. & do. Dominicū. & not. per Bald. in. l. quicunq;. C. de ser. fug. ¶ Sed ista regula fallit in pluribꝰ casibus. ¶ Primò, quando constaret de † mente loquentis expresè, quia vellet, quòd masculinum non cōciperet fœmininū, quoniā tunc nō conciperet, vt in. c. intelligentia. & in. c. in his. extra de ver. sig. & pro hoc. l. Lucius. §. quæsitum. ff. de leg. iij. & est tex. cum gl. in verbo in homine, quæ ita debet intelligi. xxxiij. q. v. hæc imago. ¶ Secundò fallit, † quando masculinum profertur in materia differēti, vt quia non posset conuenire vtrique sexui, pone exemplum in materia de fideiussoribus, vel tutelis. Nam tūc non continetur fœmininū: quia in istis differunt masculi, & fœminæ, vt in toto titulo. ff. & C. ad Velleia. & l. fi. ff. de tutel. l. coniuncta. l. ij. ꝟ. tit. j. & no. Cy. in. d. l. quicunque. C. de ser. fugi. & Bart. & Bal. in. l. seruus. C. communia. de succes. vel pone exemplum in procuratore. Nam procurator est is, qui aliena negotiatur &c. vt. l. j. ff. de procu. Nā sub appellatione, seu probatione istius non continentur fœminæ: quia est virile officium procurare, vt. l. alienam. C. de procu. & l. neque. ff. eo. tit. & l. fœminæ. ꝟ. ti. proxi. & ita no. Archi. xvij. q. iiij. si quis suadente diabolo. Sed hoc exemplum reprobat Iac. de Aren. vt refert Card in cle. j. de electio. in. ij. q. Nam officium procuratoris bene potest aliquādo cadere in fœminam. vt. l. fœminas. ff. de procur. & in. c. cum dilecta. extra de cōfir. vtil. vel inuti. Et ideo tu pone exemplum in materia, quę non potest fœminino sexui cōuenire. Nam si lex dicit, si quis nō fecerit se ordinari incurrat talem pœnam, nō includitur fœmina, quæ est incapax ordinum, vt in. c. noua quædam. extra de pœn. & remis. Facit. c. ea, quæ. in fi. extra de stat. regu. secūdum Pau. de Liazarijs, & do. Dominicum in. d. c. generali. de elec. in. vj. & do. Cardi. in. d. cle. j. in. ij. q. ad fi. de elec. & potest assignari ratio, quia actus agentium non possunt operari in patiente nō bene disposito, vt dicit philosophus. ¶ Tertiò fallit, † quando masculinum profertur à iure qualificatum, sicut est hoc nomē, doctor, medicus, religiosus. Nam tunc in materia pœnali non includitur fœmina religiosa, vel habens illam qualitatem: vt in cle. j. de consang. & affi. & ita intelligit ibi illum tex. Pau. de Liazarijs, & Card. in. v. opp. & do. Dominicus in. c. generali. de elec. in. vj. & pro hoc tex. in. c. quoniā. §. pe. de simonia. & ne aliq. & de cler.

excom.c.postulastis.§.pe.facit tex.xxvij.q.j.impudicus.vbi exprimit monachos,& monachas.Cõtra hoc videtur tex.in.l.quicunq;. in verbo seruũ fugitiuum.C.de ser.fug.Intelligendo, ꝙ illa lex locum habuit etiã in serua fugitiua.
9 Quartò † fallit regula,quãdo profertur de odio irrationabili. videlicet ꝙ vnus puniatur sine culpa sua. Nam tũc lex puniens masculum nõ cõprehendit fœminã. l.quisquis.C.ad leg.Iul.maie.vbi filij propter crimen læsæ maiestatis patris puniũtur:nec illud extenditur ad fœminas.Facit ad hoc tex.in.l.j.§.sed & si.ver.quare.ff.de ven.in pos.mit.& quod dicã. ĩ.in.vj.q.sed in.d.l.quisquis. ibi : est ideo propriè: quia lex procedit vltra distinguendo, vt not.Bal. in.l.quicunq;.C.de ser.fugi. Hanc fallentiã ponit etiam Bal.in.l.seruus.C.cõmunia.de succes.vbi dicit generalius,quòd masculinum genus non cõcipit fœmininũ in his quæ ratione carent.¶
10 Quintò † fallit,quando ex huiusmodi conceptione damnaretur res publ.vt.ff.de iur.im. l.j.in fi. vbi dicitur,ꝙ immunitas cõcessa generi, & posteris nõ pertinet ad eos, qui ex fœminis nati sunt. vt not.
11 Archi.in.d.c.si quis suadẽte diabolo.¶ *Sextò* † fallit,quãdo nõ subest eadem ratio in fœmina, sicut in masculo:quia tũc lex prohibens masculos non videtur prohibere fœminas, vt est text. in.l.sicut patronus.ff.de oper.libert.vbi patronus prohibetur exigere operas à liberta volũtate eius nupta propter sinistram suspicionẽ,sed patrona non vetatur:quia in ea cessat sinistra suspicio , vt ibi : & propterea dicit Bald.in.l.in multis.ff.de sta.ho. ꝙ masculinum non cõcipit fœmininum in his,quę differunt ratione,causa finali,vel cõsuetudine. Et ponit vnum exẽplum inter alia. *Statutũ* dicit, ꝙ magnates non possint intrare palatium.nõ extenditur ad fœminas,quoniam non cõgruit mulieri
12 intrare palatiũ.¶ *Septimò*,† fallit in tutela patronorũ, quia dicit lex, vbi est cõmodum successionis,ibi & onus tutelæ esse debet,vt insti.de leg.pa
13 tro.tu.§.fi.Octauò † fallit,quando lex dicit,ꝙ oẽs adolescẽtes impetrantes veniam debent probare per seipsos cõpleuisse.xx.annos,sed mulier probat per alium.di.xviij.c.de his, qui veniam ætatis impe.l.ij.secũdum Arch.in.d.c.si quis suadẽte diabolo.qui etiã ponit hos duos casus. *Sed* non sunt propriè casus fallentiæ:quia in illis lex vltra proce
14 dit declarãdo.¶ † Nonò fallit, vbi masculinũ, & fœmininũ proferũtur separatim:quia tũc masculinum non cõprehenderet fœmininũ,vt probatur in.l.fi.in princ.C.ad Tertyllia.ibi si quis,vel si qua.& hoc tenet Bal.in.l.in multis.ff.de statu ho. pro hoc tex.xxvij.q.j.impudicas, ibi monachos,
15 & monachas.¶ Decimò † fallit,quãdo sumus in materia,quæ nõ recipit extensionẽ,& genus masculinum sub nomine masculino prolatũ , vt est nomẽ filius,frater,& similia non cõprehendit fœmininũ.vt.l.j.§.j.ver.quare.ff.de vẽ.in pos.& hãc doctrinã tradit.l.iusta.ĩ.eo.secũdum Bar.in.l.j.ad fi.principij.ff.de pecul. & quãdo sit materia, quæ non recipiat extensionẽ ponitur per Bart. Bal.& doc.in.l.omnes populi.ff.de iusti.& iur. & Pet. de Anch.in.c.j.extra de cõsti.in repe.sua.& dicã ali-
16 quid.ĩ.in.v.q.¶ Vndecimò † fallit,quãdo lex, vel canon loqueretur per masculinum,& dicetur, ꝙ propriè deberet intelligi:quia tũc, quãdo masculinum genus cõcipit fœmininũ. impropriè, quod quãdo sit dicã.ĩ.in.ix.q.tũc non cõprehendet fœ
17 mininũ.¶ Duodecimò † fallit,quãdo fœmininũ non est de illo masculino.Exẽplum,lex, vel canõ facit mentionẽ de fratribus minoribus, non cõtinentur sorores minores sanctæ Claræ,quia istud fœmininũ non est de illo masculino,quia alio iure viuunt,& differunt in alio,quàm in sexu, quia differũt in regula,& in specie,vt est gl.ord.in cle. cũ ex eo.de sen.excõ.& in cle.j.de religi.do. & ita not.Bal.in.l.quicunq;.ante med.versi. quid si fiat mẽtio de fratribus.C.de seruis fugi.Facit ad hoc, quod not.gloss.ij.in clemen.ij.de electione.

18 QVAERO secundò,† an masculinũ genus prolatũ à statuto,vel bãno,vel in proclamate cõprehẽdat fœmininũ?Et primo videamus, quãdo est prolatũ à statuto,& videtur,ꝙ non cõprehendat fœmininũ:quia statuta sunt stricti iuris,& intelligi debẽt regulariter strictè in casibus, in quibus loquũtur.vt.l.quicquid adstringẽdę.ff.de verbo.obl.& l.iij.§.hæc verba.ff.de neg. gest.&.l.j.§. is qui nauẽ.ff.de exerci.&.l.constitutionibus.ff.ad muni.cũ simi. Sed statutũ loquitur in masculino genere, ergo nõ videtur ꝙ debeat habere locũ in fœminino,& sic in casu,de quo non loquitur, in contrariũ videtur,ꝙ imò cõprehẽdatur etiã fœmininũ,eo casu,quo de iure cõmuni cõprehenderetur:quia statutũ regulariter recipit interpretationẽ secũdum ius cõmune, vt.l.si serui vestri. & ibi plenè notat.C.de noxa.& est gl.ord. & ibi per doc.in.l.fi.§.in cõputatione.C.de iur.deli. & not. plenè per Bar.& doc.in.l.omnes populi.ff.de iusti.& iur.& habeẽ per Cano. in.c.ex literis. extra de cõsti.vbi videtur esse casus de hoc,& in.c.decętero.& in.c.ad audientiã.& ibi not.extra de cler. nõ resi.& not.plenissimè per do.Pe.de Ancha. in c.j.eo.ti.in repe.sua.& dixi aliquid.s̃.in rub.in vlt. parte princ. de materia interpretationis verborũ in.iij.q.vj.q.principalis. ¶ Archi.format istam.q. xvij.q.iiij.si quis suadẽte diabolo. & breuiter concludit distinguẽdo secũdum Host.sic, aut tractatur de odio,aut de fauore. Et si quidẽ de odio, & tunc masculinũ nõ cõcipit fœmininũ, quoniam

statuta sunt stricti iuris, & odia sunt restringēda. ff.de libe.& posth.l.cum quidā.& extra de rescri. c.nonnulli.& pœnæ sunt molliendæ.de pœni.di. j.§.pœnæ.ff.de pœn.l.si de interpretatione. ¶ Si autē de fauore,& tunc etiā fœmininum cōcipietur:quia fauores ampliātur, vt in prædicta.l.cum quidā.& in.c.odia.de regu.iur.in vj.cū simi.& sic adaptari poterit ista materia.l.j.cum simi. ¶ Sed quare aliud in statutis hominū, quàm in legibus cōmunibus,in quibus aliter dictū est suprà?videlicet,ꝙ etiā si tractatur de odio,masculinum genus cōcipit fœmininum. Nam videretur, ꝙ deberet esse potius cōtrarium:quia videtur, ꝙ hic mitius agatur cū homine,quàm cum lege, & durius cū lege,quàm cū homine,quod est cōtra illud generale, ꝙ mitius agitur cū lege, quàm cū ministro legis. vt.l.Celsus.ff.de recep.arbi.&.c.si celebra.& ibi gl.iij.extra de cle.excō.minist. ¶ Ad hoc respōdet Archi.in.d.c.si quis suadēte diabolo, ꝙ maiori pœna debet ligari ille,qui offendit legē principis scriptā,& eiusdem legis ministrū, quàm priuatos homines, seu statuta hominū priuatorū, & dicit,non mireris: quia nomine maioris dignitatis, & autoritatis augetur crimē.extra de maled.in.c. statuimus. ¶ Itē alia ratio secūdum eum. Nam leges cōmunes cum maxima deliberatione cōduntur,& publicātur.l.humanū.C.de legib. & xxxv. q.ix.apostolicæ.& extra de rescrip. ad audentiā.j. &.c.cum à Deo.Sed statuta seculariū personarū plerunq; sine discretione,& inique per ipsos laicos condūtur,vt patet.extra de immu.eccle.in.c. non minus.& extra de re iudi.c.cum causa. & de sen.excom.c.nouerit.&.c.grauē.& de cōsti.c.quæ
19 in ecclesiarum.cum simi.& idcirco. † inquātum sunt fauorabilia ampliātur:& inquātū sunt odiosa restringūtur,& ex his dicit Archi. quòd potest decidi quæstio de facto:statutū est, ꝙ mater non succedat filio,nūquid poterit succedere filiæ?certè cum hoc casu statutū sit odiosum in præiudicium matris: & contra ius cōmune restringimus ipsum, vt appellatione filij non cōtineatur filia, & ideo non excluditur à successione filiæ. ¶ Deinde subdit, quòd alij dicunt,quòd in lege municipali secularium indistinctè masculinum prolatum concipit fœmininum:quia statuta sunt pars iuris ciuilis.ff.de iusti.& iur.l.nam & ipsum.& insti.de iur.nat.gen.& ciui.§.ius.& hoc asserunt indistinctè excepto casu quæstionis præmissæ, in qua secundum eū potest talis ratio assignari: expressa vulgaris continet tacitam pupillarem ex interpretatione iurecōsultorum, & non de propria significatione vocabuli.ff.de vulga. & pupil.
20 l.nam hoc iure.& nos videmus quòd † expressa pupillaris excludit matrem.vt in.c.si pater. de testamentis.libr.vj.& etiam expressa vulgaris. *Sed* tacita pupillaris,quæ ex interpretatione iuris continetur, in expressa vulgari matrem non excludit,vt.l.fina.C.de instit.& substi.sub condi. factis. *Sic* ergo dicimus,& hîc,vt quamuis ex interpretatione iurisconsultorum appellatione masculini intelligatur fœmininum, tamen istum tacitum intellectum non extendemus ad matrem in eius præiudicium, vt excludatur à successione filiæ, quamuis excluderetur à successione filij, & hoc etiam sequitur Dominicus in.c.generali.de elect. in.vj.Sed Archi.in dicto.c.si quis suadente diabolo.xvij.q.iiij.tenet distinctionem secūdum Host. de qua supra,& dicit ꝙ est æquior, & benignior, videlicet,vt distinguamus,aut in ipsis statutis tractatur de odio,aut de fauore,vt supra dictum est. ¶ Et aduerte,quia vt suprà dixi de statutis hominum,scilicet secularium personarum:sed si essent statuta ecclesiasticarum personarum, tunc secundum Archi.in dicto.c.si quis suadente.masculinū prolatum ab ipsis statutis indistinctè cōcipiet fœmininum, nisi forsan vilitas eximat aliquem, vt patet in eo.quod not.in.c.j.extra de loca. & conduct.& de clande.despon.c.cum inhibitio.§.pen. in fi.ad idem.C.ad legem Iul.de adul.l.quæ adulterium.cum simili. Et est ratio diuersitatis inter statuta ecclesiastica,& secularia:quia ecclesiastica cum magna deliberatione,& maturitate cōduntur.argu.extra de his quæ fiunt à prælat.sin. lic.c. nouit.& de exces.prælat.c.j. Et potissimè concilia,siue synodi extra de maio. & obedien.c.quod super.& de accusa.c.sicut.ad idem.c.cum consuetudinis.extra de consuetudine:& ratio huius est: quia non odiosa sunt: sed fauorabilia, vt patet in eo,quod legitur,& notatur in.c.penul.de senten. excom.lib.vj.& in.c.cum medicinalis, & ita not. Host.in.c.Raynaldus.extra de testa.& Archid.in dicto.ca.si quis suadente diabolo: istam differentiam inter statuta secularia, & ecclesiastica non puto esse faciendam:quia non video rationem diuersitatis vrgentem.Nam etiam statuta secularia fiunt per laicos sæpenumero, cum maxima deliberatione,& statuta ecclesiastica,etiam quandoque fiunt minus iustè,& reuocata sunt.vt.xij.q.j. certè.& ibi glo.allegat iura ad hoc. & ix.distinct. c.neque.vbi habetur,quòd etiam beatus August. in multis suis opusculis maledixit,& propterea fecit posteà librum retractationum: sed Dyn. hîc tenuit indistinctè, quòd in statutis masculinum non concipiat fœmininum: quia illud est ex interpretatione, quæ non habet locum in statutis per iura vulgaria, vt refert Cyn. in.l.quicunque.. C.de seruis fugi.& Bartol. hîc quæ opinio Dyn. non est vera indistinctè, vt ex infra dicendis ap-

parebit.Cy.verò secundum Iaco.de Rauenna. & Iac.de Aren.nō facit differētiam inter statutū, & legem,vbi est eadem ratio, vt ipse refert in.l.j.C. de ser.fug. Ex quo infert ad quæstio.quòd si statutum dicit,quòd nullus vadat de nocte, cōprehenditur ita fœmina, sicut masculus, & in hac quæstio.idem tenet Bar.in.l.j.in fi. principij.ff.de pecul.Bal.in dicta.l.quicunque.& allegat rationem: quia dicit,quòd magis in hoc deliquit fœmina.argu.l.j.ff.de ven.inspi.quia maxime mulier odit lucem,cum malè agit. Facit cap.consuluit. cum ibi not.extra de offi.deleg. Hæc opinio Cyn. non est vera,sed quòd non sit facienda differētia inter statutum & legem,quando est eadem ratio, quia in statutis correctorijs,& pœnalibus, vbi aliàs masculinum non concipit fœmininum propriè, sed tantùm ex interpretatione extensiua, masculinū non comprehendit fœmininum,per not. in authen.quas actiones.C.de sacrosan.eccl.& in.l.si verò.§.de viro.ff.solu.matri. Bart.in.l.j.ff.de pecul. hîc aliter loquitur in.l.si quis in tantā.C.vnde vi, & melius,sed nō perfectè,meo iudicio, vt statim dicam:ego autem sic puto esse in ista materia pro
21 veritate distinguendum.¶ Aliquādo † statutum est conforme iuri cōmuni. ¶ Aliquādo est præter ius cōmune.¶ Aliquando est contra ius commune.¶ Primo casu,quando est secūdum ius cōmune,quod esse potest,vt not.Bart. & doc.in.l.j. in prin.ff.ad leg.Falci.& ibi per doc.& per An. de But.in c.j.extra de rescri.Et tunc,cum statutum tale sit,seu reputetur ius commune. vt not. Ioan. An.in.c.j.de constit.lib.vj.& probatur.in.l.ius ciuile.ff.de iusti.& iur.& in.l.si creditori. in prin.ff. de leg.& not.Bar.in dicta.l.j.in prin.ea,quæ dicta sunt in quęstione præcedenti,quando masculinū est prolatum à lege,vel canone habent locum in hoc casu statuti.¶ Secundò casu, quando statutū est præter ius commune: & tunc idem puto esse dicendum:quia statutum in hoc casu recipit interpretationem à iure communi,& debet intelligi,prout intelligit ius commune per iura,quę allegaui suprà circa principium huius quæstionis: nam statuta recipiunt verba mutuo à iure communi,vt not.Bal.in.c.j.in prin.in titu. de success. feud.vsib.feud.& in.l.fi. ante finem.C.de success. edict.& hoc etiam tenet in effectu Dominicus in dicto.c.generali.de elect. in sexto. ¶ Tertio casu, quando statutum est contra ius commune, & in hoc facio duas conclusiones principales.¶ Prima conclusio est, quòd regulariter, vbi masculinum prolatum in statuto concipit ex sua propria significatione fœmininum:tunc etiam in statuto fœmininum cōprehendetur.Sed ista cōclusio regulariter fallit in omnibus casibus, in quibus fallit, quādo masculinū est prolatū à lege, & non concipit fœmininum,de quibus dixi plenè in præcedenti quæstione.Secunda conclusio est,quòd regulariter,vbi masculinum non concipit fœmininum propriè, & ex propria, & vera significatione,sed ex impropria,vel per interpretationem extensiuam: & tunc in statuto non comprehendet fœmininum. Et hoc per regulam commu-
22 nem,& vulgarē,quæ est quòd † statuta sunt stricti iuris,& debent intelligi strictè in casu verò, & proprio, & non largè in casu improprio, vel extenso, vt dixi suprà in princip. huius quæstionis, vbi allegaui iura,& habetur in.l.si verò.§.de viro.ff.soluto matrimo.Et hæc conclusiō, seu regula fallit,quando communis vsus loquendi esset in cōtrarium,quia tunc ille præualet propriæ significationi: vt.l.librorū.§.quod tamē Cassius.ff.de leg.iij.& ibi per Bar.in.l.Labeo.& ibi plenius per Bartol.ff.de supellect.legat. Et ideo masculinum hoc casu comprehenderet fœmininum,etiam in statutis pœnalibus,& odiosis, & correctorijs.
¶ Fallit etiam in omnibus casibus, in quibus fit extensio in statutis pœnalibus,& correctorijs,de quibus habetur plenè per doct.in authen. quas actiones.C.de sacrosan.eccl.& plenissimè per doc. Moder.in.l.si verò.§.de viro.ff.solu.matri. in suis repetitionibus. & plenissimè etiam habetur per Dominicum de sancto Gemi.in.c.j.de temp. or. lib.vj.& per doct.in.l.omnes populi.ff.de iusti. & iur.& plenè per do.Anto.de Butr.& Canonistas in.c.fi.extra de consue.quos casus non repeto, sed breuitatis causa sufficiat prędicta remissio. ¶ Sed quæro pro declaratione istarum duarum conclusionum:quia in hoc consistit earum vis in intelligentia:an scilicet illud,quod dicitur,quòd masculinum genus concipit,vel comprehendit fœmininum sit ex propria,& vera significatione:anverò ex impropria, & extensa significatione, vel interpretatione. ¶ Et videtur primò, quòd sit ex propria,& vera significatione per istum textum, qui dicit complectitur,ergo non est ex interpretatione, sed existentia sua. ¶ Idem probare videtur text.in.l.qui duos mulos.in fine.ff.de legatis.iij.qui dicit quòd masculinus sexus etiam fœmininum sexum continet. ¶ Idem probatur in l.seruis legatis.in princip.eodem titu.de lega.iij.& in.l.hominis.&.l.liberti.&.l.generi.infrà eo. cum similib. Et hoc videtur velle gloss. hîc quæ dicit, quòd masculinum genus concipit fœmininum quantùm ad mentem legis,non quantùm ad verba.secundum Cardi.Zabar.in cle.j.in tertia quęstio.de elec.qui dicit,quòd non rectè allegatur gl. hîc per eos, qui ex ea colligunt, quòd per interpretationem. Dic tu,sicut colligit hîc Barto. in.l.

si quis

siquis in tantam.C.de vnde vi.& Ang.in.l.quicũque.C.de seruis fugiti. Nam dicit Card.quod ex mente est,non fit per extẽsionem,sed ex vero significato.Nam lex,& mens legis idẽ sunt,vt not. Dy.in regula fi.lib.vj.& pro hoc vide,ꝙ dixi.s. in rubrica.in prim.q.sextę partis principa.¶ Sed fortè gl.intellexit de interpretatione,vt dicit hîc Bart.quia ipse glossator in.l.sed sciendum.ff.ad.l. Pomp.de parricidijs intellexit, quòd illud, quod venit ex sẽtẽtia legis dicitur ex interpretatione, licet eam reprobauerim in dicta.q.prima in rubrica,& ꝙ glo.intellexit de interpretatione,patet ex his quæ not.glo.in.l.hominis.j.eod. ¶ Econtrario videtur,quòd imo hoc fit ex interpretatione extensiua,vt probatur in.l. pronũciatio in prin.infrà eo.vbi dicitur,quòd masculinus sexus porrigitur,ad fœmininum.Nam dum dicit porrigitur per extensionem intelligitur,& hoc vult etiã hîc Bar.¶ Ad idẽ videtur esse text.in.l.iusta interpretatione.j.e.vbi dicitur,quòd appellatione filij iusta interpretatione,& filia continetur, & hoc tenet Archi.xvij.q.iiij.siquis suadente diabolo.vbi dicit,quòd contextus verborum cum profertur masculinum,non concipit fœmininũ, siue à lege,siue ab homine proferatur,sed ex quadam iuris subtilitate bene concipit fœmininum, allegat.l.quisquis.j.eod.Et idẽ voluit Dy.vt not. hîc per Bart.& idem tenet Spec.in tit.de disputa.& allegatio.§ post hæc.in versi.vel vbi masculinum.vbi dicit,quòd si masculinum est prolatũ à lege,fictione iuris comprehendit fœmininum sub eo.¶ Idem etiam tenet Cy.in.l.quicũque.C. de seruis fugiti. & Ia.Bu.ibi,& idem But.& Bar. in.l.si quis in tantam.C.vnde vi.& in.l.j.ff.de pecul.qui dicit,quòd hoc probatur in dicta.l.j.in.§. j.de pecul.¶ Idem etiam tenet Albe.de Rosa.in
23 l.si ita scriptum in princi.ff.de leg.ij.† in hoc articulo tu pleniùs,& clariùs distinguas.¶ Aut verbum profertur in genere communi tantùm. aut in genere tantùm masculino simplici substantiuo tantùm.sine aliquo adiectiuo: aut in genere tantùm masculino adiectiuo simplici tantùm sine aliquo substantiuo.¶ Aut in genere masculino substantiuo simul cum adiectiuo.¶ Primo casu,quando profertur verbum in genere communi tantùm.sicut est homo,& similia,& tunc sine dubio illud verbum ita comprehendit fœminã, sicut masculũ verè,& propriè etiam ex vi sermonis:& non ex interpretatione.vt.l.hominis.j.eo. & hoc patet etiam grãmaticis:& hoc tenet Bar. hîc,& in.l.siquis in tantam.C.vnde vi.& Cardi. Zab.in cle.ij.in.iij.q.de electione. & Dominicus in.c.generali.de electione in vj.¶ Secundo casu, quando profertur verbum in genere masculino tantùm,& in simplici substantiuo tantùm sine aliquo adiectiuo, exemplum est, vt laborator, fornarius equus,mulus seruus,Rex.vt in.c.fina. §.j.de offi.leg.li.vj.& similia:& tũc nõ cõprehendit fœmininũ ex propria significatiõe:nec ex vi verborũ:sed ex interpretatione,vt.l. pronũciatio in princi.j.eo.cum alijs.s.allegatis:& ita tenet hîc Bar.& in.d.l.siquis in tantã.& Cardi.in.d.cle.j.& Io.de Imola.& Dominicus in.d.c.generali,& ista est cõmunis,& vera doctorũ sententia.Sed Ang. in.d.l.quicunq;.C.de seruis fugiti.impugnat istã cõmunem opinionem,& dicit,ꝙ eam nõ credit esse veram in materia fauorabili,quia dicit ꝙ isti termini appellantur cõmunes in substantia, licet nõ in pronũtiatione sermonis,& dicit ꝙ de hoc est casus in.l.seruis legatis.ff.de lega.iij.ista opinio Ang.non est vera:quia fauor materiæ non est ille,qui fit causa,ꝙ masculinũ cõtineat fœmininũ ex propria significatione,sed ex interpretatione per identitatẽ rationis sic,vt.j.dicã.¶ Nec obstat l.seruis legatis in prin.de leg.iij.quia dicit ꝙ legatis seruis veniũt ancillę etiã, quasi nomen seruis vtrũq; sexum cõtineat.Nã dum dicit,quasi,deno
24 tat improprietatẽ,quia † dictio quasi , nõ est expressiua veritatis,vt est tex.cũ glo.in.l.qui ob pactionem.ff.de vsucap.pro emptore:& in.l.si cum dotẽ.§.fi.ff.sol.mat.cum simil.& hoc voluit dicere Iurisconsultus in.d.l.seruis legatis in princ.qui facit contra Ang.licet ipsum pro se alleget.¶ Itẽ istã cõmunem opinionem conantur quidã Morderni reprehendere in.d.l.quicunque,qui dicunt, ꝙ ista cõmunis opinio est contra casum expressum in.l.qui duos mulos.ff.de leg.iij.vbi habetur ꝙ masculinũ fuit ꝓlatũ in substãtiuo.dũ dicitur mulos.& tamẽ tex.ibi vult,ꝙ masculinum cõtineat fœmininũ,& sic si continet,ergo ex sua natura,& non per extensionẽ.vt dixi suprà in prin. huius quæstionis.¶ Secundo dicũt,ꝙ hoc etiam fortius probatur sic.vbicunque masculinũ cõcipit fœmininũ secundũ omnes, hoc prouenit ex idẽtitate ratiõis, sed vbi est eadẽ ratio,nũquã dicitur extẽsio:imo dicitur esse de mẽte ipsius legis, & in.l.cõtineri,vt est glo.notabilis in.c.si postquã de electione.in.vj.& in.c.j.de temp.ordi.not.Bal. in.l.his solis.C.de reuocand.donatio. sed cõmunis opinio,vt dixi,verior est etiã de iure.¶ Non ob.l.qui duos mulos.ff.de leg.iij.quæ dicit,ꝙ mulorum appellatione & mulę cõtinentur,quemadmodũ appellatione seruorũ etiã seruæ plerũque cõtinẽtur,quia imo probat cõtrariũ.Nã ibi æquiparãt mulos,& seruos.sed appellatiõe seruorũ cõtinẽtur seruę impropriè,& nõ verè,vt dixi per.l. seruis legatis in prin.&.l.iij.ergo idem dicendum in mulis.Nec obstat tex.in fine dictæ.l. qui duos

mulos dum dicit,quòd id ita couenit,quia ſexus maſculinus etiam fœmininum ſexum continet: quia debet intelligi ſecundum ſubiectã materiã. ſ.propriè & impropriè,arg.gl.in.l.j.c.de vſuf. & glo.in.c.Raynaldus.in verbo legauit.extra de teſta.propriè.ſ. quando profertur in genere cõmuni,vel adiectiuo ſimplici. vt dicam in.iij.caſu ſequẽti: impropriè, quãdo profertur in genere maſculino ſubſtantiuo.Nec obſtat ſecundo dum dicitur,quòd vbicunque maſculinum genus concipit fœmininum eſt ex identitate rationis, ergo perinde,ac ſi in lege eſſet expreſſum, & non per extentionem,ſeu interpretationem: quia ſecundum hoc ſequeretur,quòd ſemper quando maſculinum genus conciperet fœmininum, cõciperet propriè,verè,quod eſt falſum,vt patet ex his quæ ſtatim dicam.Hoc eſt verum, ꝙ illud,quod venit ex identitate rationis,continetur propriè, & verè ex ipſa lege, ſed per interpretationem, quando ratio non eſt expreſſa in lege,vt patet ex his quæ dixi,ſupra in rubrica in prin.q.ſextæ partis principalis.Nam ratio legis non eſt eadem cũ lege,ſed ab ea differt,vt not.in.l.fi.ff de offi. procur. Cæſar.& in.l j.ff.de excep.& not.etiã Card. Flo.in.c ſurſum in fi.extra de reſcrip.item etiam Bar.in.l.j.ad fi.principij.ff.de pecul.aliter dicit in hoc,videlicet.quòd ſibi videtur, ꝙ nec ex proprio ſignificato, nec ex interpretatione maſculinum concipit fœmininum:& quòd non poteſt iſtud Brocardum procedere,quòd vbicũque tu dicis,quòd maſculinum concipit fœmininũ non eſt bene dictum:quia illud nõ procedit ex vi verbi maſculini,
25 † imo ex vi rationis: quia indifferẽs eſt ratio:quod probat: dicit ipſe per tex.in dicta l.j.ff.de pecul.qui dicit ex hoc edicto in fœmininum ſexum actio datur,nõ autem dicit ex interpretatione verbi: quia non vi interpretationis, ſed vi eiuſdem rationis, quæ eſt indifferens ad vtrunque ſexum ſic in.l. fin.§.hoc Senatuſ.ff.ad Macedo.Exemplum ponit in ſtatuto, quo cauetur,quòd ſiquis vadit de nocte puniatur in centum,& loquitur de verbo maſculini generis, dicit,quòd iſtud ſtatutum comprehendit fœmininum genus non vi verbi,ſed vi indifferentis rationis:ſed ſi ſtatutum diceret ſic, Siquis rapuerit viginem,vel monialem,puniatur in centum:iſto caſu ſtatutum non comprehendit fœminam: quia non eſt indifferens hæc ratio.Et ideo ſtatutum,quod habet locum in maſculo,non habet locum in fœmina,& ſic de ſimilibus.¶ Ego autem cum reuerentia non credo iſtam doctrinam Bart.procedere de iure.dum dicit, quòd vbi eſt indifferens ratio,maſculinum prolatum in ſimplici genere maſculino non concipit fœmininũ ex interpretatione,ſed ex vi rationis:quia imo cõcipit ex interpretatione,quãdo concipit ex vi rationis:quia interpretatio nihil aliud eſt propriè, niſi cum caſus,de quo quæritur,non continetur in verbis,nec in mente,ſed propter idẽtitatem rationis lex,vel ſtatutum extenditur ad id, de quo quæritur.vt dicit Angel.in.l.ſed ſciendum.ff.ad l.Pomp.de parric.& dixi ſupra in rubrica.in prima.q.in princi.ſextæ partis principalis: vnde ex iſtis concludo(quicquid dixerint Ang.& moderni in dicta.l. quicunq;. C. de ſeruis fugit.& Bar. in dicta.l.j.ff.de peculio)quòd vbi verbum profertur in genere maſculino tantùm,& in ſimplici ſubſtãtiuo.vt equus,laborator,Rex, & ſimilia, non comprehendit maſculinum ex propria ſignificatione,nec ex vi verborum,ſed ex interpretatione tantùm.¶ Tertiò caſu,quando verbũ profertur in genere maſculino adiectiuo ſimplici ſine aliquo ſubſtantiuo.Exemplum eſt in verbo. ſiquis,quiſquis,nullus,& ſimilia,& tunc comprehenditur fœmininum ex propria,& vera ſignificatione,& ex vi ſermonis,& non per interpretationem.vt probatur in.c.ſiquis ſuadente diabolo. in princi.cum gloſ.xvij.q.iiij.coniuncto.c. mulieres. extra de ſententia excommuni. & probatur aperte hîc in text. noſtro.dum dicit quòd verbum,ſiquis,comprehendit tam maſculos quàm fœminas nec dicit,extenditur,vel porrigitur,idẽ probatur in.l.ait diuus Tertianus.in.§ j.ff de iure.fiſ.Et poteſt eſſe ratio,quòd ſubauditur ſubſtãtiuum commune.ſ. homo. vt in dicto.c. ſiquis ſuadente diabolo:& ita tenet Bart. hîc in fin. Et iſta eſt communis opinio doctorum ſcribentiũ in hac materia huius tertij caſus.

QVARTO caſu,quando verbum profertur in genere maſculino ſubſtantiuo ſimul cũ adiectiuo,& tunc reſpiciendum eſt adiectiuum cum quo ſubſtantiuo adiungatur,ſeu cui ſubſtãtiuo applicetur:quia adiectiuum reſtringitur per ſubſtantiuum
26 † Talia enim ſunt ſubiecta: qualia prædicata permittũt,ſeu demõſtrãt.vt eſt tex.cũ gl.in verbo nequiuiſſent in.c.inter dilectos. ante fi.extra de fide inſtru.& not.gloſ.in.c.dudum. in verbo prohibemus.extra de deci.Et ideo diſtinguendum eſt,aut adiectiuũ adiungitur termino communi:exemplũ,quiſquis,homo,quilibet homo:& ſimilia:& tunc maſculinum concipit fœmininum ex propria ſignificatione eadẽ ratione. acſi diceretur ſimpliciter,homo.vt dixi.ſ.in.j.caſu huius articuli,aut adiectiuum adijcitur termino maſculino tãtũ.Exẽplum ſiquis filius,vel ſeruus vel quilibet equus,vel ꝗcũq; laborator & ſimilia.Et tũc eo caſu fœmininũ venit ex extẽſione,& nõ ex propria ſignificatione ſecũdũ naturã

ſubſtan

ſubſtantiui,vt probatur in.l.quiſquis.& in.l.pronunciatio in princi.ſ. eo.& per rationem de qua ſuprà quia talia ſunt ſubiecta,qualia prædicata præmittunt,vt dixi.Et hoc vult in effectu Bart. hîc,quem ſequitur Card.in.d.clemẽ.j.in.iij.q.de electione.& do.Dominicus in dicto.c. generali. de electione in vj. & eſt ipſa veritas. Et per hoc habes expeditam iſtum articulum. an quando maſculinum comprehendit fœmininum ſit ex propria,& vera ſignificatione, an verò ex impropria interpretatione extenſiua.Et ſic an habeat locum in ſtatutis.

SED quæro de ſecunda parte huius ſecun-
27 dæ quæſtionis princi.videlicet,† an maſculinum genus prolatum in bãno,vel proclamate cõprehendat fœmininum?hîc eſſet declarãdum, quid ſit bãnum,& quot modis capiatur.ſed ſufficit remiſſio,quia eſt materia impertinẽs.Nam de hoc vide plenè per Alb.de Roſa.in ſuo opere ſtatutorum in.j.q.quartæ partis princi.& per Bal. plenè in.l.ſi pœnæ.ff.de condi.indebi. & plenè per.do. Iaco.de Alua.in.c.j.in antepenul.col.in ti.Hic finitur lex,& incipiunt conſuetudines regni in vſibus feud.& ibi etiam aliquid per Bal.& pleniſſimè per.d.Nellum in ſuo eleganti tractatu bannitorum.in.iij.q.j.partis ſecũdi temporis.Et dic, ꝙ ſi bãnum ſignificat ſententiã diffinitiuam,vel interlocutoriam,vt in auth.Item nulla cõmunitas C.de epiſcopis,& cle.& ibi not.& non per Bald. in.c.j.in tit.Hîc finitur lex,& tunc dic, vt dicam in ſexta.q.¶ Si ſignificat citationem ſicut proclamatio.Et dic idem eadem ratione: quia reputatur actus iudiciarius.¶ Si ſignificat pœnã, & tũc dic,vt dicam in octaua.q.vbi quæram,an in maleficijs maſculinum genus cõcipiat fœmininum? ¶ Et generaliter in hoc concludendo conſidera, cuius naturæ,& condictionis ſit bannũ,& ſecundum illam iudicandum eſt:iuxta ea quæ dicam in omnibus iſtis quæſtionibus huius.j.q.princip.

28 QVAERO tertiò,† an maſculinũ genus prolatum in reſcripto comprehendat fœmininum Exemplũ,ponitur in reſcripto clauſula. Et quidam alij &c.an comprehendantur fœminæ?de iſta quæſtione.vide per Specu.in tit.de reſcrip.præſenta.§.fi.verſi.ſed quæritur.vtrum,& ibi per Io.And.in addi.& per Archi.xvij.q.iiij.ſi quis ſuadẽte diabolo.& per Compoſtelanũ in.c. ſedes apoſtolica extra de reſcri.& per Pet.& Abbatẽ antiquum, & Vincẽtinum,& Ant. de But. & omnes doc.in.c.ſignificauit extra de reſcriptis. & per Laurentium.Io.An.Io.de fantucijs.Ioãnẽ de Lignanò:&.d.Dominicũ de ſancto Gemi.& doc.in.c.cum in multis.de reſcriptis lib.vj.& per eundem d.Dominicum in.c.generali in verſicu. quarto caſu,de electione in vj.¶ In qua quæſtione Archi.in dicto.c.ſiquis ſuadente.dic breuiter,
29 quòd ſub illa † clauſula,& quidam alij,de qua traditur in.c.ſedes apoſtolica extra de reſcriptis. poterunt fœminæ conueniri ſecũdum Compoſtellanum in dicto.c.ſedes apoſtolica.Et idem ſequitur Dominicus in d.c.generali.& idem videtur tenere Io.And.in d.c.cum in multis.& Specu.in dicto.§.fi.verſic.ſed quæritur vtrum.Et pro iſta opinione videtur eſſe caſus ad literam in.d.c.ſignificauit.extra de reſcriptis.Et ibi hoc tenet car. Zab.qui dicit,quòd hoc eſt mirabile, quòd hîc comprehendatur fœmininum ſub maſculino,cũ reſcripta ſint odioſa,& reſtringenda: vt habetur in dicto.c.Rodulphus.extra de reſcriptis.Sed dicit ipſe Card.quòd hoc ideo eſt:quia in dicto.c. ſignificauit tractatur de modico præiudicio aduerſarij.Per reſcriptum enim nõ conceditur ius impetranti:ſed tantùm iuris exercitium:vt not. in.c.ſuper literis.extra de reſcrip.Sed contrariam opinionẽ tenet Vincẽtius in dicto.c.ſignificauit. extra de reſcrip.& Io.de Lignano in.d.c.cum in multis:qui allegat iſtam rationem.Nam in odioſis maſculinum non concipit fœmininum:vt dixi.ſ.in.j.q.Sed reſcripta ſunt odioſa.vt ſtatim dixi ergo.¶ Nec obſtat,ſecundum eum dictum.c. ſignificauit:quia ibi non conuenitur fœmina ratione clauſulæ,quidam alij,tanquam ipſa.ſed tanquam hæres.Et idem tenet Ioã.de Fantucijs,quẽ ſequitur etiã ibi.Dominicus in.d.c.cum in multis.dicentes hoc probare in.d.c.ſignificauit à cõtrario ſenſu.Nam dicit ibi tex.ꝙ quia tẽpore impetrati reſcripti viuebat frater illius,quaſi illa tũc
30 non tenebatur,& ſic cum † tempus datæ debeat attendi,ipſa non poterat comprehendi in reſcripto.quaſi ſecus ſi tẽpore datæ frater fuiſſet mortuus.Ego autem credo,quòd in hac materia ſit diſtinguendum,vt dixi ſupra in ſecunda quæſtione principali quando maſculinum eſt prolatum à ſtatuto: quia aut comprehendit fœmininũ de ſui natura propriè, & ex propria ſignificatione, & comprehendatur etiam in reſcripto, aut per extenſionem,& tunc ſecùs:ex quo reſcripta ſunt ſtricti iuris,vt not.in.c.Rodulphus.extra de reſcriptis.Et inquantum loquimur de clauſula. Et quidam alij.putò eſſe dicendum,quòd regulariter comprehenditur etiam fœmina,quia quan-
31 do profertur † verbũ in maſulino adiectiuo ſine ſubſtantiuo:vt eſt verbũ alius,nullus,quiſquis,& ſimilia,tũc comprehendit fœmininũ: ratio quia ſubintelligitur ſubſtãtiuum commune.ſ.homo, vt dixi ſuprà in ſecunda quæſtione princ.in verſ. iij.caſu.¶ Nec obſtat hoc caſu, quòd reſcripta ſint ſtricti iuris,nec extẽdantur ad alium caſum,

quia hîc non fit extensio, ex quo compreheditur ex sua significatione propria, & non per extensionem per prædicta.

32 QVAERO quartò, † an masculinũ genus prolatum in priuilegio comprehendat fœmininum? Exemplum cõcessum est priuilegium, vel immunitas mihi, & filijs meis, vel posteris meis, an extẽdatur ad filias? Archy. format istã. q.xvij. q.iiij. siquis suadente diabolo. & dicit, ꝙ sic, quia principis immunitas, siue beneficium latissimè sunt interpretanda, & amplianda, vt.ff.de consti. princi.l fi.&.C.olim.extra de verbo.signi.&.c.cũ dilectus.extra de dona.&.c.quamuis.de præbendis in.vj.cum simili. ꝙ dicit esse intelligendũ.iu xta not.extra de consangui.& affini.in.c.quod dilectio:& in.c.causam quæ.extra de rescrip. ¶ Sed d.Dominicus de sancto gemi.in.c.generali.de electione in.vj.dicit ꝙ putat esse distinguẽdũ prout in statuto distinguitur. ¶ Ego autem credo, ꝙ sit dicendum, aut verbum prolatum in priuilegio concernit præiudicium concedentis, & tunc distinguatur eo modo, quo dictum est suprà in prima quæstione, quãdo est prolatũ à lege vel canone: quia in hoc latissimè priuilegia sunt interpretanda, vt not.in.d.c.quod dilectio. & in dicto.c. causam, quæ.& in.l.fi.ff. de constitu.princip. aut verbum prolatum in priuilegio concernit præiudicium tertij, & tunc fiat distinctio, prout suprà dixi in ij.q.princi.de statuto.quia tunc priuilegia sunt stricti iuris, & strictè interpretanda.vt not.in dictis iuribus.

QVAERO quintò, quando masculinum
33 genus † est prolatũ à testatore, vel in vltimis voluntatibus, an cõcipiat fœmininum: ista quæstio formatur etiã per Archy.xvij.q.iiij.siquis suadẽte diabolo.& dicit: aut tractamus de fauore, & tunc appellatione masculini continetur fœmininum. Nam si testator dedit filijs tutorem, & filiabus dedisse videtur.ff.de testa.tu.l.siquis.aut tractamus de odio: & tunc non continetur.vnde si testator exhæredat filios, filiæ non intelliguntur esse exhæredatæ.ff.de ventre in poss. mitten.l.j. §.sed si.subdit tamen, ꝙ huic distinctioni multũ obstare videtur illud generale. appellatione masculini continetur fœmininum per.l.ff.de leg.ij. l.si ita.&.ff.de lega.iij.l.Lucius.§.quæsitum. &.l. seruis legatis.&.l.qui duos.ff.de nego.ge.l.iij.&.ff. de pactis.l. tres fratres. cum similibus: sed tu in hoc aliter distinguas: aut verbum profertur sub nomine proprio masculino: & tunc non cõcipit fœmininum, vt est text.cum glos.in verbo filio: & ibi per doc.in.l.si quis ita.ff.de testa.tutela.& in hoc differt, quando est verbum prolatum à lege in nomine proprio masculino, quia tunc bene cõprehendit etiam fœmininum, ex quo ius cõmune debet esse generale.l.iura.ff.de legib.vt dixi.s. in prima quæstione circa prin.aut profertur sub nomine appellatiuo: & tunc, aut constat de mente proferentis.& illi standũ est, vt est tex.in.l. Lucius.§.quæsitum.ff.de.leg.iij.aut non constat de mente proferentis, & tunc aut loquimur in materia fauorabili, & comprehenditur fœmininũ. vt.d.l.siquis ita in princi.ff.de testa.tut.aut loquimur in materia odiosa, & licet teneat.d. Dominicus de sancto Gemi.in.c.generali de electio.in vj. ꝙ indistinctè nõ concipiat fœmininum per not. ibi per glo.tamen puto, ꝙ sit subdistinguẽdum, aut verbum est prolatũ in genere communi, & comprehendit fœmininum, etiã in materia odiosa, quia hoc procedit ex propria, & vera significatione, sicut est verbum homo. vt.l. hominis. ĩ.eo. & dixi.s.in prima.q.aut verbum est prolatum in genere masculino tantùm, & tunc in adiectiuo tantùm, aut in substantiuo tãtùm, aut in adiectiuo simul cum substantiuo, & tunc in hoc dic vt dixi.s.in.ij.q.principali.

34 QVAERO sextò, † an masculinũ genus prolatum à iudice, vel in iudicio: & sic in iudicialibus comprehẽdat fœmininum? & Archy.xvij. q.iiij.siquis dicit, ꝙ si verba sunt iudicis proferentis, verba contra turbantes iurisdictionem ipsius, & contra rebelles: tunc masculinum concipit fœmininum.ff.siquis iusdi. non ob.l.vnica. & hoc ideo ne iurisdictio iudicis vilipendatur, & sit delusoria.ff.ne quid in loco publico.l.fi.ad idem extra de officio delega.c.ex literis.& frustra humilibus prodesset humilitas, si contemptus contumacibus non obesset, vt extra de postu. præla.c.j.§. nos igitur.Et posteà Archy.in dicto.c.siquis suadente.subdit, quòd indistinctè quando verbum est prolatum à iudice concipit fœmininum.licet in statutis distinguatur aliter.vt dixi suprà.in.ij. q.princi.& subdit, ꝙ ratio differẽtiæ est inter verbum prolatum à iudice, & verbum prolatum in statutis: quia non est præsumendum, quòd iudex sine magna causa durũ statuat, vel iniquè determinet, vt.l.j.ff.de iusti.& iur.& in.c.forus.§.in omni.extra de verb.signi.Sed statuta secularia plerunque iniqua, & sine magna deliberatione conduntur, vt probatur.C.de sacro.eccle.auth.cassa, & irrita.&.C.de fur.auth.nauigia: & probatur in c.quæ in ecclesiarum.extra de constitu.cũ si.vnde propterea seculares statuentes consueuerunt ponere in statutis pœnalibus vtrunque sexum, dicendo, siquis, vel siqua contrarium fecerit &c. Sed Dominicus in dicto.c.generali de electione in vj.dicit esse dicẽdũ in omnibus alijs dispositionibus sicut dictum est, quãdo verbum est prolatum

tum à teſtatore.¶ Ego non credo Archidiaconum bene dicere, dũ dicit, quòd indiſtinctè maſculinum prolatum à iudice concipit fœmininũ quia ſi prolatum à lege, quæ fit magna maturitate. vt.l. humanum.C.de legib. cum ſimilibus.& prolatum in reſcripto principis, vel papæ, quòd etiam fit cum magna maturitate, vt not. per glo. & doct.in.c.ad audientiam.j.extra de reſcript.nõ ſemper concipit indiſtinctè fœmininum, vt dixi ſuprà.in prima, & tertia.q.ergo nec prolatum à iudice indiſtinctè debet concipere fœmininum. licet proferatur cũ matura deliberatione. ¶ Itẽ non credo, quòd ſit bona differentia, quam facit Archydia.in dicto.c.ſiquis ſuadente. inter verbũ prolatum in ſtatutis, & prolatum à iudice: quia licet reperiantur aliqua ſtatuta, quæ mereantur correctionem.vt dicta authen.caſſa, & irrita cũ ſimilibus. tamen plures ſentẽtię iudicum reperiuntur infirmatæ vt patet in toto titu.ff. &.C. de appel.& maximè in.l.j.in princi.ff.eo. vbi di-
35 citur † vſus appellãdi frequens, & neceſſarius eſt, quia iniquitatẽ iudicãtiũ, vel imperitiam detegit. ¶ Præterea ſtatuta communiter fiũt à pluribus, & ſententiæ ab vno iudice, vel paucioribus, vt de ſe patet, ergo in dubio potius eſt præſumendum pro ſtatutis, quã pro ſententijs, arg.c. prudentiã, circa princi.extrà de officio delega, vbi dicitur, quòd integrum eſt iudicium, quod plurium ſententia confirmatur. facit.l.hac conſultiſsima in fi. C.qui teſta.facere poſſ.cum ſimilibus.¶ Nec puto quòd ſit dicendum in hoc caſu, ſicut in alijs, quando profertur verbum in alia diſpoſitione, ſicut dicit Dominicus in dicto.c.generali.de electione in vj.¶ Sed puto eſſe dicẽdum, quod aut quæritur de verbo prolato à iudice in ſententia, & tunc in hoc fiat illa diſtinctio, quæ fit quando verbum maſculinum prolatum eſt à lege, vel canone. Et eſt ratio: quia verba ſententiæ debent referri ad intellectum iuris communis, vel aliquãdo ad propriam ſignificationem verbi, vt eleganter not. Bart.in.l.miles.§.decem.ff. de re iudi.& ibi per doct.&.in.l.ſi fundus.§. in vendicatione. verſi.puto.quòd tallis libellus.ff.de pigno, & habetur per Bart.& doct.in.l.ſiquis ſtipulatus fuit x.in melle.ad fin.verſic.ſed quæro, quid ſi in caſu legis.ff.de ſolut.& in.l.Paulus reſpondit.ff.de re
36 iudi.¶ Aut quæritur † de verbis prolatis à partibus in iudicio, & tunc aut ab actore, aut à reo & in hoc diſtinguendum, vt not.in.l.ſiquis intentione ambigua.ff.de iudicijs.aut quæritur de verbis prolatis à teſte, vel teſtibus, & in hoc recurrendũ eſt ad not.in.l.inter ſtipulantem.§.ſi ſtichũ.ff.de verb.obl.& in.c.cauſam quæ.extra de reſcriptis.

QVAERO ſeptimò † quando maſculinũ genus eſt prolatum in contractibus, an concipiat fœmininum? & Archy.xvij.q.iiij.ſiquis ſuadẽte. dicit, quòd tunc verbum non egreditur ſuos terminos, quia non reperitur cautum in iure, quòd hoc caſu fœmininum contineatur: quia in poteſtate paciſcentis fuit leges apertius dicere, vel ſcribere.vt.ff.de pact.l.veteribus.&.ff.de verbo.obli. l.quicquid aſtringendæ. Et dicit, quòd non eſt mirandum, quare aliud hîc. quàm in teſtamento. quoniam plenior habetur interpretatio in teſtamentis, quàm in contractibus.ff.de regu.iuris.l. in teſtamentis.ff.de vino tritico, & oleo lega.l.iij. & extra de dona.in.c.cum dilectus ſecundũ Guidonem de Suzaria, qui ita ſentit in hoc membro.vt refert Archy.in dicto.c. ſiquis ſuadente. & hoc ſequitur etiã Lud.de Rom.in.l.ij.in prin. in quinta cartha.ff.de verb.oblig.qui dicit, quod hoc eſt dictum ſingulare, & non reperitur dictũ ab alio.¶ Et intelligo, quòd maſculinum nõ cõprehendat fœmininum extra ſuos terminos in contractibus quando maſculinum trahitur, ſeu porrigitur ad fœmininum per extenſionem. ſeu per interpretationem extenſiuam, ſed quãdo ex ſua propria ſignificatione comprehenditur: tunc ſecus eſt, quia non dicitur egredi terminos ſuos. de quo dic, vt dixi ſupra in ſecunda quæſtione princi.in verſi.ſed quæro.pro declaratione iſtarũ duarum concluſionum.

39 QVAERO octauò † an maſculinum genus prolatũ in maleficijs concipiat fœmininũ? & in hoc breuiter dic, aut loquimur de verbis prolatis in materia maleficiorũ in lege, vel canone: & dic vt dixi ſupra in prima quæſtione princi.& habetur in.l.ſiquis id quod.in prin.ff.de iuriſ om.iudi. & in.l.quicunq;.C.de ſeruis fugitiuis.& in.l.quiſquis.C.ad.l.iuliã.maie.& xvij.q.iiij.ſiquis ſuadente diabolo.cũ ſimilibus: aut loquimur de verbis prolatis in ſtatuto, & dicendum vt dixi.ſ.in.ij.q. princi.aut loquimur de verbis prolatis ab alio: & tunc dic, vt dixi in omnibus alijs pręcedentibus quæſtionibus per quas etiam iſta quæſtio determinari poterit.

39 QVAERO nonò, an † quandò maſculinũ genus cõcipit fœmininum, vel ipſum comprehẽdit ſit verè, & propriè, an per interpretationem, ſeu extenſionem? & de hoc dic vt plenè dixi.ſ.in ij.q.princi.verſi.ſed quæro pro declaratione iſtarũ duarum concluſionũ.vbi pleniſsimè hoc examinaui, & ſufficit remiſsio.

QVAERO decimò, & vltimo circa iſtã primã partẽ principalẽ an maſculinũ genus concipiat fœmininũ de quibuſdã quæſtionibus quæ ex prædictis elici poſſunt. ¶ Et.j.quæro. ſtatuto
40 † cauetur, ꝙ exiſtẽte patruo, nõ ſuccedat au⁹ ma

ternus.an ſuccedat auia?dic,quòd ſic: quia iſtud ſtatutum non eſt rationabile.Et ideo maſculinũ non concipit fœmininum.ar.ff.ſolu.matri.l.ſi vero.§.de viro.Et ita tenet Bald.in.l.quicunque.C. de ſer. fugiti.Et eodem modo dico, ſi ſtatutum diſponit, quòd mater non ſuccedat filio,poterit tamen ſuccedere filiæ,vt not. Archy.in.c.ſi quis ſuadente.xvij.q.iiij.& dixi ſuprà.in ſecunda quęſtione princi.verſi.ex his dicit Archi.

SECVNDO quæro,quid ſi extant auus, & auia?dic auum beneficio auiæ admitti.argu.l. fina.§.j.ff.de legi. hæredi.quia incluſus trahit ad ſe excluſum,& non econtrà,ſecundum Baldum in dicta.l.quicunque.qui dicit hoc eſſe notandũ.

41 TERTIO quæro, † ſtatutum dicit,quòd filij bannitorum expellantur de ciuitate, nũquid econtrà expellentur filiæ bannitorum? & dicas quòd non,quia maſculinum profertur cauſatiuè,non demonſtratiuè.vt not.C. de proba.l.cũ res.Nam minor eſt audacia in mulieribus,vt.l. quiſquis.C.ad legem Iul.maie.& ſic non eſt eadẽ ratio præſumenda ſecundum Bal.in.d.l. quicũq;.

QVARTO quæro quid ſi ſtatutum dicat, quòd viri † bannitarum expellantur : nun-
42 quid econtrà expellentur vxores bannitorum? dic quòd non:quia odium irrationabile non debet extendi.vt.l.ſi C.de ſecun.nuptijs.&.l.iij.§.ſi emancipatus.ff.de bo. poſſeſ. contra tabu. & ita not.& tenet Cyn.& Bald.in dicta.l. quicunque. C.de ſer.fugiti.

43 QVINTO quæro † ſtatuto cauetur,ꝙ pater teneatur aſsignare filio legitimam in vita ſua, an idem erit in matre?& Bald.in dicta.l. quicunque,dicit,quòd non,ſed ſtari iuri communi.arg. l.de quibus.ff.de legib.à contrario ſenſu.

QVAERO ſextò ſtatutum punit abuſio-
44 nem:an † cõprehendetur fœmina?dic,quòd ſic: quia in fœmina ſemper eſt maior abuſio.idem ſi punit verum delictum. ſed ſi punit præſumptum delictum, mitius agitur cum fœmina.vt not.ff.de edendo in.l.vbi.in gloſ.j.latam. &.ff. de adult.l.ſi adulterium cum inceſtu.& ita etiã not. Bald.in.d.l.quicunque,quod dicit eſſe notãdum.

QVAERO ſeptimò,ſtatutũ dicit, quòd non habens pacem ab inimico ſuo debeat rebanniri,an ita debeat habere pacem à muliere ſuccedente iniuriam paſſo,ſicut à maſculo?& dicas,ꝙ ſic,per tex.in.l.j.ibi.pariter inimicus.C.de his qui ſe defe.lib.x.& ibi hoc not.Angel.per illum text. qui dicit,quòd ita cadunt inimicitiæ in muliere, ſicut in maſculo.nec obſtat in Lombarda.vbi dicitur,quòd in muliere non cadit inimicitia, nec
45 portat arma:quia † inimicitia poteſt conſiderari dupliciter,vno modo prout inimicitia concernit rancorem animi inimicalem,& iſto modo inimicitia ita cadit in muliere,ſicut in maſculo : & ita loquitur dicta.l.j.C.de his qui ſe def.¶ Alio modo prout reſpicit,& concernit aliquos actus extrinſecos viriles,prout eſt arma portare:& de iniurijs vindictam petere facere:& hoc non competit mulieri:& ita loquitur Lombarda.

QVAERO octauò,ſtatutum,quòd dicit,
46 † quòd nullus vadat de nocte: an comprehendet fœminam?dic,quòd ſic. de quo vide quod dixi ſuprà eo.in ij.q.princi.verſi.ſecundo caſu.& habetur per Archy.in.c.ſi quis ſuadente.xvij.q.iiij. & per Cy.Bald.& doct.in.l.quicunque.C.de ſerui.fugiti.

QVAERO nonò, ſtatutum dicit : ſi quis rapuerit virginem, vel monialem : puniatur in
47 centum:an iſto † caſu comprehendetur fœmina? dic,quòd non:quia ratio non eſt indifferens, & ideo hoc caſu,ſtatutum,quod habet locũ in maſculo,non habet locum in fœmina,& idem dicas in ſimilibus,vt dixi in dicta.q.ij.princi.

QVAERO decimò,& vltimò : an verbũ ſiquis comprehendat hęreditatem iacentem?& ſuprà in primonotabili in princi.dixi quod non, ſecundum Bald.in.l.omnes populi.in ante penu. col.ff.de iuſti.& iure.

VENIO ad ſecundam partem principalẽ,
48 & quæro.† An, & quando fœmininum genus concipiat maſculinum?Et dic, quòd regulariter non concipit.& hoc tenet gl.hîc,exemplũ enim peſsimum eſt fœmineo vocabulo etiam maſculos contineri,vt eſt text.in.l.ſi ita ſcriptum in fine principij.ff.de leg.ij.& hoc etiã tenet Spec.in titu.de procura.§.j.verſi.xxiiij.& in tit.de diſpu. & allega.§.poſt hæc.verſi.vel ibi maſculinum genus.& allegat rationẽ: quia maſculus eſt dignior fœmina.vt.ff.de ſtat.ho.l.in multis.& in.c. noua quædam.extra de pœn.& remiſ. quia maior eſt dignitas in ſexu virili.l.j.ff.de Senatoribus. vnde honeſtius eſt minus dignum ſub digniore cõprehendi,quàm contrà.ff. de acqui. rerum do.l.j.& C.de tranſ.l.fi.& extra de conſecra.eccle.vel alta. C.quod in dubijs, & extra de reſcriptis.c. ſedes apoſtolica.¶ Et quòd fœmininum genus regulariter non concipiat maſculinum,probatur etiã in.c.quoniam.&ibi not.etiam per doct. extrà de ſimo.¶ Iſta tamen regula fallit ſecundum Spec. in dicto verſi.vel ibi maſculinum genus. in caſu ſpeciali fauore matrimonij,vt ſub fœmina maſculus comprehendatur.Nam lex Aelia Sentia. quæ prohibet patronum cogere libertam iurare ne nubat,locum habet etiam in liberto.vt.ff. de iure patro.l.adigere in princi.&.l.qui contra legem eo.tit.& hoc ſequitur Bar.in dicta.l.adigere in prin

in principio.¶ Itē ista regula procedit quādo fœmininum profertur ab homine,& fallit quando profertur à lege:quia tunc comprehenditur masculinum,vt probatur in dicta.l.adigere in prin. coniuncta.l.qui contra.ff.de iure patro.& hoc casu noncomprehendit masculinum ex vi conceptionis verbi,sed ex vi identitatis rationis,secundum Io.de Anania in.d.c.quoniā.extra de simonia.qui dicit ꝙ istud est dictum commune legistarum:& subdit,quòd istud est contra tex.dicti. c.quoniam.vbi fœmininum profertur à iure,& subest eadem ratio,& tamen non comprehendit masculinum,& dicit do.An.de But.ꝙ dispositio loquens de fœmina non extenditur ad masculū, nisi expressè dicatur,per illum tex.& istud credo verius per rationem de qua supra.¶ Adde tamē quòd appellatione personæ etiam masculi significantur,non ex conceptione generis sed ex propria natura huius dictionis persona. vt ff. quod metus causa.l.metum.§. animaduertēdum. persona enim dicitur vir,& mulier.vt not.Bal.in.l. quicunque.C.de seruis fugiti. ¶ Item nomine Aquilæ cōtinetur masculus,& fœmina,quia forte in illa specie fœmina dignior est secundū Bal. in dicta.l quicunque.¶ Sed iuxta prædicta quæ-
49 ro.† statutum est in villa quòd quis non teneat capras sub certa pœna:aliquis tenet hircos,nunquid incidit in pœnam?Et primò videtur, quòd sic:attenta mente statutariorum,quæ fuit ne dānum daretur fructibus,& segetibus.in quibus ita damnum datur per hircos sicut per capras:& mens statuti attēdenda est.arg.ff.de leg.iij.l.vxori.§ fi.& de condi.& demon.l.illis libertis. Et cū sit eadem ratio in hircis,ergo idem ius.ff.ad.l. Aquil.l.illud.Odofredus dicit determinatū fuisse contrarium Mutinæ,de consilio etiam Alberti Papiensis.& hoc etiam ipse approbat: quia licet appellatione masculini contineatur fœmininū. vt.ff.de leg.iij.l.qui duos.cum simil.tamen econtrà sub fœminino nunquam continetur masculinum.vt.ff.de.l.ij.l.si ita scriptū.Et maximè vbi tractatur de odio,& pæna.ff.de libe.& posth.l.cū quidam.de pœnis.l. pręses.& in exhæredatione filiorum non cōtinetur filia.vt.ff.de ven.in poss. mittend.l.j §.toties.& hoc dicit.Odofr.commēdandum esse memoriæ.vt reffert Albe.de Rosa. in suo opere statutorum in prima parte, quæstione.cix.qui dicit quòd licet credat prædicta vera de stricto iure,tamen dicit,quòd vidit seruari contrarium propter identitatem rationis secundum opinionē eorum,qui dicunt statutum, pœnale extēdi ad similia vbi est eadem ratio,vel maior.de quo eūdem in dicto opere statutorum in.viij.quæstione primæ partis:& Bart.& doc.in l.omnes populi.ff.de iusti.& iur.Item quæro, an fœmininum concipiat neutrum? & dicas quod sic regulariter,vt patet in grammaticis.

VENIO ad tertiā,& vltimā partem prin-
50 cipalem,videlicet † an neutrum genus concipiat fœmininum,& neutrū?& dicas breuiter, quòd sic,vt probatur in.c.translato. extra de constitu. vbi fit mentio de lege,& sacerdotio,& postea dicit,quòd vtraque ab eodem data sunt, &c. & sic verbum vtraque,quod est neutri generis, refertur ad fœmininum,& neutrum.s. ad legem, & sacerdotiū.hoc not.per doc.in dicto.c.trāslato:& quod neutrum genus concipiat fœmininum,habes text. & ibi glos.singularem in terminis.in.l.j.in verbo tam contrarias circa princip. C si seruus extr.emi.se manda.& dicūt aliqui,ꝙ de iure ciuili est text.de hoc.l.Lucius.§. quæ habebat.ff.ad Trebel sed mihi hoc non probat,sed probatur meliùs in.l.si ita scriptum circa princi. ff.de lega.primo.Et ideo dicit Ioan.Andr.in.c.ij. damnamus.circa fi. in verbo districtum extra. de summa trini.& fide ca.quod secundum regulam grammaticorum,adiectiuum in neutro genere substantiuatum resoluitur in suum fœmininum,& istud est vtile pro scriptoribus apostolicis,vel alijs notarijs saluandis:quia non est quod in literis,vel instrumentis ponāt nomina diuersi generis.videlicet quos,& quas.sicut multi faciūt causa dubitationis tollendæ. Barpthol. Cæpola Veronensis.

SVMMAE.

1 *Vrbs vnde dicatur,& quid sit nu.14.*
2 *Roma se latius extendit quàm vrbs.*
3 *Paduanorum nomine comprehenduntur,qui sunt de diœcesi.*
4 *Ciuitate concessa,conceditur iurisdictio.*
5 *Qualitas rei quòcunque rem sequitur.*
6 *Vrbs Romana,& Romana vrbs,& Roma,num sint idem.*
7 *Vrbs simpliciter Romam significat.& nu.12.*
8 *Quod de Roma dicitur,an de alijs ciuitatibus dictum censeatur.*
9 *Vrbica,seu vrbana,qualitatem significant, non locū Rustica idem.*
10 *Patria & ciuitas differunt.*
11 *Vrbs,& ciuitas,idem.*
13 *Quod hîc de vrbe,idem de castello dicendum.*
15 *Vrbis condendæ modus,& ratio.*
16 *Ciuitas quid,& vnde.*
17 *Ciuitatem sine superioris licentia condi non posse.*
18 *Ciuitatum duarum episcopus num esse posit,remissiuè.*

19 *Ciuitatum differentiæ.*
20 *Ciuitatis appellatione an veniat territorium, remissiuè.*
21 *Ciuiũ nomine comitat:nces secundũ quid contineri.*
22 *Castellum quid, & vnde.*
23 *Legato loci frumẽto, illatum, nedum excretum, continetur.*
24 *Villa quid.*
25 *Continentia, & suburbia quæ.*
26 *Patri quid, remissiuè.*
27 *Terra quid, remissiuè.*
28 *Prouincia quid.*
29 *Saliceti legere in ciuitate prohibiti, probabilis tum vtilis astutia.*

LEX SECVNDA.

VRBIS APPELLATIO. Appellatio huius nominis appellatiui vrbis continet ea tãtùm, quę sunt intra muros: Appellatio verò huius nominis proprij Romæ continet etiã ea, quæ sunt in continentibus ædificijs. Hoc. d. in terminis. vsque ad. §. cuiusque, cõcordat. l. vt Alphenus infrà eo. ¶ Nota primò, quòd si lego tibi omnia quæ habeo in vrbe, videor legare solùm ea, quæ sunt intra muros ciuitatis, vt est tex. hîc cum glos. j. in princi. & est text. in. l. nam quòd liquidè. § si ita. versi. & quidem vrbem. ff. de pœnu lega. & l. vt Alphenus in princi. j. eo. & est ratio, quę ponitur hîc in fi. glo. j. quia ↑ vrbs dicitur ab vrbo. quod est curuatura aratri, quæ in cõdenda ciuitate solet adhiberi, vt. l. pupillus. §. vrbis. j. eo. vbi dicetur de hoc. Nota secũdò quòd si lego tibi omnia, quæ habeo Romæ. veniunt non solùm ea, quæ sunt intra muros, sed etiam ea, quæ sunt in continẽtibus ædificijs, vt est tex. hîc. & in dicta. l. nam quod liquidè. §. si ita. versi. Romam continentibus. ff. de penu. lega. & sic ea quæ sunt extra vrbem puta in hortis, vel in areis. vt est tex. in. l. cui, quæ. ff. de leg. iij. & probatur in l. vt Alphenus in princi. & in. l. ædificia in princi. & in. l. qui continentibus. & in. l. collegarum. §. j. infrà. eod. & in. l. pe. §. Romę. ff. de excu. tu. & sic etiam suburbia continentur, vt not. glo. hîc in verbo cõtinẽtibus per iura præallegat. Et ita etiam burgi, qui suburbia dicuntur, continentur. Et ideo dicimus nos Romam ire, & si extra vrbem habitaremus, vt est tex. in dicta. l. ut Alphenus. ¶ Et ædificia Romæ fieri etiam ea videntur, quæ in continentibus ædificijs Romæ fiunt, vt dicta. l. ædificia in principio infrà eod. Et qui in continentibus vrbis nati sunt, Romæ nati intelliguntur, vt dicta. l. qui in continẽtibus infrà eo. Et ideo qui extra continentiam vrbis est abesse dicitur, sed vsq; ad continentiã abesse nõ videtur, vt. l. collegarũ. §. j. infrà eod. & in. l. & præsens. ff. de procurato.

2 NOTA tertiò, quòd ↑ latius patet nomen propriũ Romę quàm nomen appellatiuum vrbis, quia nomen proprium Romæ continentibus ædificijs finitur. nomen verò appellatiuum vrbis muris tantùm clauditur, vt hîc, & in iuribus præallegatis: sed quid si ponatur vtrunque nomen. s. proprium & appellatiuum? dicam infrà in prima & secunda quæstione. ¶ Et adde ꝙ

3 ↑ appellatione Paduanorum continentur nõ solùm illi qui sunt de ciuitate, sed etiam illi qui sunt de territorio, vel diœcesi, vt est glos. notabilis, & ibi doct. hoc not. in. c. Rodulphus. extra de rescr. Et eodem modo appellatione subditorum Paduæ, vel appellatione eorum, qui sunt de iurisdictione Paduæ, comprehenduntur non solùm illi qui sunt de ciuitate, sed etiam illi, qui sunt de diœcesi, vel territorio, vt est etiam glo. notabilis in dicto. c. Rodulphus. quam sequuntur ibi doct. quod bene not. quando princeps vel superior imponit aliquod onus. vel concedit aliquod priuilegium Paduanis, vel illis qui sunt subditis Paduæ, vel de iurisdictione Paduæ, vt comprehendantur etiã Comitatenses, & omnes, qui sunt de territorio, vel diœcesis Paduæ.

OPPONO contra istum tex. & cõtra primum, & tertium notabile. Et imo videtur, quòd appellatione vrbis veniant nõ solùm ea, quę sunt intra muros, sed etiam, quæ sunt extra vsque ad centesimum lapidem, vt est tex. in. l. j §. cum vrbem. ff. de offic. pręfe. vrb. Bart. hîc soluit secundum glo. ibi, quod illud habet locũ in beneficijs.

4 ¶ Ex quo ipse not. quòd ↑ si imperator concederet mihi vnam ciuitatẽ, intelligeretur cũ omni iurisdictione sua, vt ibi, & l. si quando. C de bo. vacan. lib. x. & hoc tenet Iaco. de. Hare. in. l. si finita. § ex hoc edicto. ff. de damn. infect. & Barto. in d. l. si quando. in fi. & idem tenet. Bald. in. c. j. in fi. principij in tit. de controuer. inuestit. & plenissimè in. c. j. in. j. col. cum seq. in ti. de capita. qui cur. vend in vsi. feud.

OPPONITVR secundò, de. l. nã quod liquidè. §. si ita. versi. ꝙ si vrbana. ff. de pœnu. leg. vbi dicitur, ꝙ si legatur vrbana pœnus, omnem pœnum, quę vbique est legatã videri, etiã si nulla sit vrbano vsui destinata, ¶ Solutio. hîc loquitur, quando legatur id, quod habet in vrbe, & sic in loco significat, quo casu intelligitur de eo ꝙ habet intra muros, vt hîc cum simi. s. allegatis. in cõtrarium loquitur, quando legantur res vrbanæ, quæ non significant in loco, sed qualitatem rerũ,

quæ

quæ qualitas,poteſt eſſe,licet ſit extra locũ,quia
5 † qualitas rei ſequitur ipſam rem quòcunque vadat.argu.l.Iulianus.§.ſed & ſiquis cum ibi not.ff. ad exhiben.cum ſimil.ſicut lepra ſequitur leproſum,vt not.gl.in.l.frater à fratre.ff.de cõd.indeb.

QVAERO primò,quia dicitur hîc, ſi lego ea,quæ habeo in vrbe, intelligitur intra muros,ſed ſi lego ea,quæ habeo Romæ intelligitur de his,quæ habeo extra muros in continentibus
6 ædificijs.† quid ſi dico vtrunque.videlicet lego tibi,quod habeo in vrbe Romana?in gloſ.hîc ſunt duæ opiniones.Prima eſt,quòd perinde ſit, ac ſi dixiſſet Romæ,vt.d.l.nam quod liquidè.§.ſi ita. ff.de penu lega.vbi eſt caſus de hoc in terminis. ¶ Alia fuit opinio Azonis, vt inſpiciatur, quid præponatur,vt ſi dicat in vrbe Romana,finiatur muris:ſed ſi dicat econtrà.ſ.in Romana vrbe tũc ſecus.arg.l.ſi communis ſeruus.ff.de ſtipu.ſeruorũ.Glo.hîc dicit,quòd.j.opinio verior eſt, & bene dicit loquendo de vrbe Romana,quia eſt caſus in.d.§.ſi ita.Nec obſtat.d.l.ſi communis ſeruus ita.quia ibi non dicitur ſimpliciter quòd inſpiciatur id,quod pręcedit.Sed potiùs debet quo ad effectum inſpici, quid cuiuſque demonſtrãdi gratia ponatur.facit ad hoc.l.& ſi nõ ſint.§. perueniamus.ff.de auro,& argen.lega.Et ideo refert an gratia demonſtrandi ſequens nomen apponatur,& tunc procedit.d.l.ſi communis ſeruus ita. an gratia ampliandi,& tunc ſequens nomen ponitur,vt aliquid etiam addat.vnde cum in quæſtione noſtræ glo.hîc non ponatur ſequens nomen gratia demonſtrandi,ſed potius ampliandi legatum,quod patet:quia cum præmiſit in vrbe, non erat neceſſe ſequi Romana,quia ſatis de Ro-
7 mana intelligebatur?quia † appellatione vrbis in dubio intelligitur de Romana.vt inſti.de iure naturali.§.ſed quotiens.& ſic non erat opus aliter declarare,quod ſemel demonſtratum eſt, vt.l.ij. in fi.ff.de do.pręlega.ſequitur, quòd intelligitur legatum non ſolum id quod eſt in vrbe id eſt intra muros,ſed etiã quod extra muros in continẽtibus ædificijs,& ita teneatis,quia iſta eſt veritas.

8 QVAERO ſecundò,† quid erit in alia ciuitate quã Romana?Exẽplum teſtator dixit, lego Titio totũ furmẽtum,quod habeo in ciuitate Paduana,nunquid debebitur ſolum illud quod habet intra muros ciuitatis,an etiam ſi quod habet in ſuburbijs Paduæ?Et videtur,ꝙ debeatur etiã illud, quod eſt in ſuburbijs per dictã.l.Nã quod liquidè.§.ſi ita.ff.de auro, & argen. lega.& hoc tenebat Guliel.de. Cune.per.l.vxorem.§.legauerat.ff.de leg.iij.& licet ibi loquatur de patria.tamen patria,& ciuitas æquiparantur.vt.C.ſi curi. reli.ciui.rus habi.li.x.pro hoc etiã facit.l.Titio.ff. ad municip.Itẽ pro hoc quia omnia,quę ſunt extra muros,lex appellat ruſtica,vt.C.vt ruſtic.ad null.obſeq.deuo.l.j.lib.xj.Itẽ pro hoc.c.ſi ciuitas. de ſent.excõ.in.vj.& iſtam opinionẽ tenet etiam Oldr.Dy.& Albe.de Roſa.hîc, maximè per dictum.§.ſi ita.qui videtur tollere diſtinctionẽ.d.l. ſi cõmunis ſeruus ita ſecundũ eos.¶ In cõtrariũ videtur ꝙ imo ſit inſpiciẽdũ,quod præcedit.per dictam.l.ſi cõmunis ſeruus ita.ff.de ſtipu. ſeruorum.& ita vult Az.vt refert hîc glo. & hanc opinionem tenet etiã Raynerius hîc.Et pro iſta opinione facit tex.in.c.ſiquis iuſto impedimento.circa princ.ibi, is qui.in inſtrumẽto.de electi.in.vj. & tex.in auth.hoc ampliùs ad fi.ibi prout quiſq; eorum nominatus.C.de fideicõ.& quod ibi not. per Bal.& do. ¶ Itẽ pro hoc.c.requiſiſti.& quod ibi no.extra de teſt.& quod not.in.c. quoniã Ab. extra de offic. delegati.Et iſtã opinionẽ tenet hîc Azo.vt refert glo.hîc,& idem tenent hîc Ray.& Bar.& idem etiã tenet Bart.in.d l.vxorẽ.§.legauerat.ff.de lega.iij.& in.l.more maiorum in fi.ff. de iur. om.iudi.& in.l.ſeruus cõmunis ita.ff. de ſtipu.ſeruorum.¶ Nec obſtat ſecundum Barto. d.l.vxorem.§.legauerat.ff.de lega.iij.quia ibi patria ponitur largè,& largiùs quàm vrbs,vel ciuitas.vt.l.iij.C.de natura.liber.&.l.veluti.ff. de iuſti.& iure.ego autẽ puto,ꝙ præfati doctores poſſint ad concordiam ſic reduci,Aut teſtator, qui dicit lego omnia quæ habeo in ciuitate Paduæ, habitat in ciuitate Paduæ.& habet etiam bona in alia ciuitate, & tunc ſit vera opinio ſecunda Ray.& Bar.videlicet.ꝙ cõprehendantur ſolùm ea quæ intra muros ſunt,& ſit ratio, quia verbũ Paduę,videtur additũ cauſa demonſtrationis.videlicet vt teſtator declaret,ꝙ intelligit de bonis quæ habet Paduæ,& non de bonis quæ habet in alia ciuitate per dictum.l. ſi cõmunis ſeruus ita, & per ea,quæ dixi in præcedenti quæſtione. Aut teſtator habet ſolùm bona in ciuitate Paduæ, & tunc,aut teſtator erat in alia ciuitate,quando fecit teſtamentum,& idẽ,quia in dubio videretur intellexiſſe de bonis quæ habet in ciuitate,in qua teſtatur.Sed quia ibi non habet bona,addidit verbũ Paduę cauſa demonſtrationis eadem ratione, aut teſtator habet ſolũ bona Paduæ, & teſtatur Paduæ,& tunc procedat prima opinio Oldra.& Guliel.& aliorũ de quibus.ſ.videlicet.ꝙ cõprehẽdãtur etiã ea quę ſunt in cõtinentibus ędificijs.et ratio eſt,quia dicẽdo ſimpliciter lego omnia quę habeo in ciuitate intelligebatur.ſ. Paduæ. ergò, ibi erat teſtator.& ibi habebat tantùm bona,nec poterat aliter intelligi.arg.eorum quæ not.Bart. in.d.l.ſi cõmunis ſeruus.ff.de ſtipu.ſeruorum. Et ideo cum teſtator addidit verbum Paduæ, non

videtur addidiſſe cauſa demonſtrandi,ſed potiùs
cauſa augmentandi,ſicut dixi de ciuitate Roma-
na,ſupra in præcedenti quæſtione.Et ideo vt li-
queat iſta materia,ex prædictis diſtingue,aut quis
legat,vel promittit vrbica vel vrbana,& tunc ve
niunt vrbica, etiam ſi ſint in villa,ex quo illud
9 † verbum,vrbica,ſignificat qualitatem,& nō in
loco.vt eſt text.in.l.nā quod liquidè.§.ſi ita.verſ.
quòd ſi vrbana.ff.de penu lega.& dixi.s̄.in.ij.op-
poſitione.idem ſi dicit lego ruſtica ,quia cōprehē
dentur,etiam ſi eſſent in ciuitate eadem ratione.
aut loquimur in beneficijs,& tunc continet totū
territorium,vt.l.j.§.cum vrbem.& ibi not.ff.de
offic.pręf.vrb.& dixi.s̄.in prima oppoſitione,aut
loquimur in alijs actibus,vt in contractibus , vel
vltimis volūtatibus,vel alijs,& ſubdiſtingue, aut
dixit patria , aut ciuitas,aut Padua vel Verona,
aut dixit vtrunque.¶ Primo caſu,ſi dixit patria,
10 † tunc continentur etiam cōtinenia ędificia,vt.l.
vxorem.§.legauerat.ff.de leg.iij.licet quādoque,
etiam ſumantur latius.vt not.in.l.iij.C.de natura
libus libe.& in.l.veluti.ff.de iuſti.& iure.¶ Secun
do caſu ſi dixit ciuitas,tunc muris finitur,vt.l. nā
quod liquidè.§.ſi ita.ff.de auro & argen.lega. fal-
lit in caſibus ſpecialibus,qui habētur in.cap.ſi ci-
uitas.de ſententia excōmu.in.vj.¶ Tertio caſu
ſi dixit per nomē proprium,putà Padua,vel Ve
rona,vel ſimilia nomina,& tunc continētur ędi-
ficia,vt hîc,&.d.l.nam quod liquidè.§.ſi ita.ff.de
penu lega. cum ſimi.¶ Quarto,& vltimo caſu
ſi dixit vtrunque,& tunc aut in ciuitate Roma-
na:quia tunc gratia ampliandi videtur dictū, per
inde eſt,ac ſi dixiſſet Romę,& ſic cōtinentur ędi
ficia continentia , vt hîc in gloſ.& dixi.s̄.in.j.q.
¶ Aut loquimur in alia ciuitate,& tunc aut te-
ſtator,vel promittēs aliquid,putà in ciuitate Pa-
duæ non habebat alia bona in alia ciuitate,& fe-
cit teſtamentū,vel promiſsionem in loco vbi ha-
bebat bona,& tunc idem:quia videtur appoſuiſ-
ſe nomē propriū ciuitatis cauſa ampliādi, nō de-
monſtrādi,vt.s̄.dixi.aut fecit teſtamentū in loco
vbi nō habebat bona,vel ſi fecit teſtamentū in lo
co,vbi habebat aliqua,tamē habebat etiā in alia
ciuitate,& tunc videtur vltimū verbum appoſi-
tum cauſa demōſtrandi,& ideo inſpicitur, quod
præcedit per dictā.l.ſi cōmunis ſeruus ita.vnde ſi
dixit lego quæ habeo in ciuitate Paduæ,veniunt
ea,quæ tantū intra muros continentur:ſed ſi di-
xit lego quæ habeo in Paduana ciuitate,tunc ve-
niunt etiam ea quæ ſunt in continentibus ædifi-
cijs inſpecto quod pręcedit per iſtam.l.cum ſimi
libus.& per dictam.l.ſi communis ſeruus ita.

QVAERO tertiò,quia hîc fit mentio de
11 vrbe,an idē ſignificet verbum † ciuitas? & dicas
quòd ſic,vt probatur in.l.ſingularum.C.de ædif.
priuatis,& eſt text.in.l.iij.ſi quis in princi.ibi eius
ciuitatis curiæ coniuncto ibi.nō ex vrbe.C.de na
tura.libe.& ibi tenet Saly.& not.in.c.ſi ciuitas. de
ſententia excōmuni. in.vj.& ita tenet etiam hîc
Bar.per dictū.c.ſi ciuitas.Et ideo ea quæ dicūtur
hîc de vrbe procedunt in ciuitate, ex quo idem
ſignificat.

QVAERO quartò:quia hîc fit mentio
12 † de vrbe,an intelligatur de vrbe Romana tan-
tùm,an etiā de qualibet alia ciuitate?& dic, quòd
licet in dubio intelligatur de Romana , vt in.§.
ſed quoties.inſtit.de iure naturali.& dixi.s̄.in ij.q.
Tamen in iſta.l.intelligitur tam de vrbe Roma-
na,quàm alia quacūque ciuitate.Et ita tenet hîc
Bar.& bene.allegat dictum.l.Nā quod liquidè.§.
ſi ita.ff.de penu. lega Nā eſt eadē ratio in vtro-
que caſu regulariter,de quo dic,vt dixi.s̄.in.ij.q.

13 QVAERO quintò,† nūquid iſta.l.habeat
locum in caſtello?& Bar.hîc dicit, quòd ſic per
c.ſi ciuitas.de ſenten excō.li.vj.& per.l. quicunq;
C.de fund.limitro.li.xj.Et idem dicas in villa ea-
dem ratione.

QVAERO ſextò,principaliter pro intel-
14 ligentia literæ,† quid ſit vrbs?de hoc dic vt eſt
tex.& ibi dicemus in.l.pupillus.§.vrbs.j.eo.& ha
betur per Archi.lxxx.di.c.vrbes.vbi dicit,ꝙ vrbs
vocatur ab orbe,quo antiquæ ciuitates in orbe
fiebant,vel ab vrbo parte aratrj,quo muri deſi-
gnabantur.inde eſt illud.

Optauitque locum regno,concludere ſulco.

Locus enim faciendæ ciuitatis ſulco deſignaba-
15 tur,id eſt aratro.vt dicto.§.vrbs.† Cato,qui vr-
bem(inquit)nouā condet tauro:& vaca aret.vbi
arauerit murū faciat. vbi portā vult eſſe aratrū
ſuſtollat:& poſtea portam vocet,ideo autē vrbs
paris boum diuerſi tamen ſexus aratro circunda
batur,propter commixtionem familiarum. bos
enim maſculus virum,& fœmella fœminā præ-
ſentabat,quæ maris & fœminæ ſocietas, prima
eſt pars vrbis,& ciuitatis.aratrum autem laborē
aut fructū inde prouenientē ſignificabat.Vrbs er
go aratro cōditur.aratro vtitur.vnde Horatius.

Imprimereq; muris hoſtile aratrum.

ſecundum Iſodorum,qui ita ſcripſit.xv.lib.Ethy.
& vide quod dicitur in ſequenti.q.

QVAERO ſeptimò,principal.quid ſit ciui
tas?vide per Archi.lxxx.di.in illis. vbi dicit ſecū-
16 dum Iſidoruū.xv.Ethymologiarū, quòd † ciui-
tas eſt hominū multitudo ſocietatis vinculo adu
nata , dicta à ciuibus.id eſt ab ipſis incolis vrbis.
pro eo,ꝙ plurimorū conſiſtat,& cōtineat vitas.
Nam vrbs ipſa męnia ſunt,ciuitas autē nō ſaxa,
ſed habitatores vocantur.Et vide omnino plenè
per

per Bart.in extrauaganti,qui sint rebelles.in glo. in verbo Lombardiæ?& in suo tractatu de alluuionibus & paludibus in antepe. figura in cap. quod incipit his circa diuisionem insularum. & vide plenius per Iaco.de Bel.in authen. quibus modis natura.effic.sui.§.illud tamen in fi.princ. colla.sexptima.& per Alber.de Rosa.in.l.in nomine domini.C.de officio præfec. Aphe. & per canonistas in.c.si ciuitas.de sententia excommunica.in sexto.Et in effectu ciuitas muris finitur sicut vrbs ex quo idem significant per istam.l. & per ea quæ dixi suprà in tertia quæstione:& vide infrà versiculo.Item quæro, an appellatione ciuitatis veniat territorium. Sed circa hoc quæro quid si ciuitas habet muros antiquos & muros nouos,an contineatur id quod est à muris antiquis intus,an quod est,a muris nouis?& Bartol. hîc dicit,quòd possemus intrare in illam quæstionem quomodo possent ex se homines constituere ciuitates,an posśint sine autoritate superioris, an vero requiratur authoritas superioris, & dicit

17 Innocen.quòd † homines sua sponte possunt sine authoritate superioris,extra de officio ordi. cap.cum ab ecclesiarum.& ibi dixit ipse,non intelligas de ea quæ habet episcopum,quia illud est in Italia quando habet Episcopum est ciuitas, & glo.est in.l.ex hoc iuregentium.ff.de iusti.& iur. quod est iurisgentium,& sic non est necesse impetrare, & pro hoc glos.quæ est in.l. prima.ff. quod cuiusque vnius nomine,an de esse ciuitatis sit,quòd habeat Episcopum?& an ciuitas posśit esse sine episcopo?vide per Barto.in dicta extrauaganti.in verbo Lombardiæ:& per eundem in l.prima.Et ex hoc concludit Bart.hîc quòd statim cum ciuitas desinit muros veteres habere,illa erit ciuitas,quæ infra muros nouos est,vt.l.pupillus.§.vrbs,infrà eodem. ¶ Idem dicit si fiat fossa, vel plantata, vel stechata, vel alia similis clausura eadem ratione.¶ Item quęro circa princip.C.de metropoli Berito libro vndecimo.& in.l.si hæres.§.vicis.ff.de legatis primo.& in.l.fin. in principio secunda col.ff. de collegijs illicitis, & in suo tractatu de alluuionibus, & paludibus in figura quæ præcedit ante penultimam:& per Bal.in titul.de pace constan.in quinta columna. versiculo pone quædam ciuitas submersa.& per eundem Bart.in.l.rescripto.in penultima columna.ad fin.C.de precibus impera.offe. & plenius etiam per eundem in.l.si in aliquam.ff.de officio proconf.& lega.& per domi. Iaco. de Alua. in cap.primo in sexta columna.in titu.Episcopum, vel Abb.in vsibus feud.& vide quod dixi in quę-

18 stione præcedēte.¶ Item quæro,† an Episcopus posśit esse duarum ciuitatum,& duorum episcopatuum,& an posśit pręesse ipsis duabus ecclesijs titulatis,an verò vnj. titulatæ,alteri comendatæ.vide tex.xxj q.j.relatio.&.§.illud.& .§.seq.

19 † Item quæro,quæ dicantur ciuitates maximæ, magnæ,& paruæ,& quæ dicatur ciuitas Metropolitana.vide per Barto.in dicta.l.j.C.de Metropo.Berito.libro vndecimo.& in.l.si duas.§. grāmatici.ff.de excusa.tutorum.Item quæro,an statutum super purgatione ciuitatis comprehendat burgos?text.videtur esse cum glos.quòd sic, in.l. pe.ff.de his qui deie.vel effu.& ibi hoc tenet. Flo. sed hoc videtur esse contra istum tex & id,quod dixi supra eod.in septima quæstione principali. in fi.Non obstat dicta.l.penul. quia ibi probatur contrarium.ex quo ibi fit extensio edicti ad bur

20 gos.† Item quæro,an appellatione ciuitatis veniat territorium?vide glos.quæ allegat iura pro & contra.lxiij. distin. ego Ludouicus. in verbo territorij:& vide Archidiaco.in cap. fundamenta in verbo territorij.de electio.in sexto. & text. cum ibi notatis in.c.si ciuitas.de sententia excommunica. in sexto.& vide per Barto. in consilio quod incipit ciuitati camerini,& habetur in cap. statutum.de rescriptis.in sexto.& vide supra in septima quæstione in fine:& vide quod not. Bald. in.l.j.§.initio.ff.de officio præfec. vrb. ¶ Item quæro,an appellatione diœcesis contineatur ciuitas.vide Barto.in.l.j.C.de priua. carce.& vide plenè per Cardi.Zaba.in cle.Romani.§.sanè in septima & octaua quæstione.de electione: & ibi per glo.& omnes doctores.Itē quæro, an appellatione ciuitatis contineantur diœcesani. vide per Ioan.Andræam in cap.fin.de pœnis libro sexto.super verbo ciuitas.libro sexto.& Bartol.in consilio quod incipit:ciuitati camerini.Item quæro quæ sic differentia inter ciuitates,& vicos?vide Barto.& doc.in.l si hæres.§.vicis.ff. de lega.j. ¶ Item quæro,hîc loquimur de ciuitate,quæ ponitur pro loco.quid si ponitur ciuitas pro personis,vt lego huic ciuitati?vel continetur in priuilegio concedimus ciuibus.an contineantur Comittatēses?videtur quòd non per.c.Rodulphus. extra de rescriptis.cum sua glo.&c.ne rust.ad vl. obseq.l.j.libro vndecimo.breuiter dic secundum

21 Barto.hîc quòd † appellatione ciuium continētur comittatenses. licet appellatione comittatensium non contineantur ciues.l.qui ex vico.ff. ad municip.coniuncta.l. ciuibus.C. de municip. & origi.libro vndecimo.quia idem est dicere, ciuem Perusij,& Perusinum, & tunc est Perusinus etiam comittatensis,vt not.glo.in dicta.l.qui ex vico.nam licet ciuitas,quando ponitur pro loco finiatur muris,vt hîc,tamen quando ponitur pro populo tunc continentur,etiam comittaten

ses.vt.l.ij.ff.de nundinis.Ex hoc infert Bart.quòd quando quis condemnat ciuitatem,videtur condemnare comittatenses nisi aliud appareat.l.ciuitatibus.de leg.j.&.l.ciuitas.ff.si cert.pet.&.l.omnibus ciuitatibus. ad Trebel.&.l.ciuitates.ff. quod cuius vniuer.nomine:de quo vide per Io. Andr. & doc.in.c. si ciuitas. de sententia excommuni. in vj.Ego intelligo, quòd appellatione ciuitatis, vel ciuiũ veniunt comittatẽses,quãdo fit mentio de ciuitate,vel ciuibus in priuilegio seu beneficio principis,quia in dubio est latissimè interpretandum,vt.l.fi.ff.de consti.principum.cum simi. Sed secus forte in statuto loquente de ciuibus, quia tunc non continerentur Comittatenses per tex.in dicta.l.qui ex vico.vbi dicitur intelligitur eam patriã habere &c.¶ Et sic dum dicit intelligitur,fictionem significat,vt.l.qui à seruo in fin. cum glos.ff.de actio.& oblig.& est glos.in.l.si pater filio.in verbo fecisse.ff.de his quæ in frau.credi.& glo.in.l.j.§.cum addicit.in verbo alia.ff.de verb.obliga.& in.l.hæres quandoque.ff.de acqui. hæredi.& in.l.j.§.deiecisse.ff.de vi.& vi.arma.& not.Bald.in.l.quoniam.in sexto notabili.ff.de his qui not. infami. & Bar.in.l.j.in princip. in iij.col. ff.de no.operis nuntia.quia fictio non habet locum in statutis.l.iij.§.hæc verba cum similibus ff.de nego.gestis.& de hoc quòd † Comitatenses non comprehendantur est tex.apertus,& ibi hoc not. Angelus.in authen.quibus modis naturales effi.sui.§.si quis igitur ex qualibet.aliàs.§. si vero casus. collatione septima. & facit glos.in.l. prouinciales:& ibi dicam infra eod.& habetur plenè per Iaco.de Bellui.in.§.illud in dicta authen. quibus mod.naturales.effi.sui.¶ Et de ista quæstione an priuilegium concessum ciuitati vel castello extendatur ad villam sibi subiectam , vide per Bar.& Doct.in.l.si finita.§.ex hoc edicto.ff. de damno infecto.& in.l.si maritus.§. lege Iulia. ff.de adulte.& vide glo.& quòd ibi not.in.l.ex ea. ff.de postu.& vide glos.in.l.respublica.C. quibus ex causis maio.& vide glos. & quod ibi disputat latè Nicola.de neapoli.in.l.sed reprobari.§.amplius.in vltima quæstione.ff.de excus.tu.& quod dicam in.l.eum qui vectigal.infra eo.¶ Itẽ quæro,an priuilegium cõcessum ciuitati, vel ciuibus intelligatur esse concessum his qui ex priuilegio sunt effecti ciues?vide omnino Bart.in.l.si maritus.§.lege Iul.ff.de adulte.& vide Bart.& doct. in dicta.l.si finita.§.ex hoc edicto.ff.de dãno infecto.¶ Item quæro relinquitur ciuibus , vel ciuitati,cui debeatur?dic administratoribus , vt not. in.l.ciuibus.ff.de rebus dubijs,& in.l.Lucius de lega.ij.& per Bar.hîc.

QVAERO octauò principaliter, quid sit
22 castellum?& dic quòd,dicitur quasi † casa alta seu fortis:& sic est munitum muro , vel vallo.vt.C. de fund.limito.l.quicunque castrorum libro vndecimo.&.l.tertia.ff.ad.l. Iuliam maiesta. & in.c. si ciuitas.de sententia excommu. in sexto. & ista non consueuerunt habere iurisdictionem de iure communi,sed sunt sicut vici.vt.l.fin.C. de testamentis:de quo dic vt per Barto.in extrauag. qui sint rebelles in glos.in verbo Lombardiæ,& habetur in.c.si ciuitas.de sententia excommunicatio in sexto. Quid autem sit oppidum vide.l. pupillus§.oppidum infra eod.& quod ibi dicam. ¶ Item quid sit municipium. vide in.l. prima.ff. ad municipales,& per totum illum titulum & in l.sed & hi.§.primo.ff.de public.¶ Sed quæro circa hoc, quid comprehendatur appellatione castelli,dic illud quod muris finitur, vel clauditur, si muros habet, vel si non habet muros, id quod clauditur fossa,vel plantato.Eadem ratione,& idem dicas de muris nouis , & antiquis. sicut dixi supra de ciuitate.¶ Item quæro , an appellatione castelli veniat pertinentiæ ipsius castelli?dic,quòd non regulariter. Casus est in.c. si ciuitas de sententia excommunicatio. in sexto. nisi in casu vt ibi,vbi est speciale.facit pro hoc qđ dicã in sequenti quæstione. ¶ Item quæro, quid si lego id,quod habeo in castello, an veniat id,quod est extra castellum,tamen in territorio, vel pertinentia castelli?& dic,quòd non per ea, quæ dixi in præcedenti quæstione.nisi paterfamiliàs destinauit illud transferri in castellum, argumento.l.ex facto.§.rerum.ff.de hæredib.instituen.&.l.debitor.ff.de pignoribus.& ita not.Baldus in.l.prima.§.in initio.in secunda columna. in fine.ff.de officio præfec.vrbis. ¶ Item quæro quid si non dixi lego,quod habeo in castello, sed dixi lego,quod habeo in Montesilice nominando castellum nomine proprio:an veniat id,quod habeo in pertinentijs,vel territorio castelli? dic quòd non per prædicta,sed venit illud,quod habeo intra muros,& in continentibus ædificijs.i. in burgis per istam.l.cum simili.& per ea quæ dixi supra in quinta quæstione.

ITEM quæro , quid si dicit testator, lego tibi frumentum,quod habeo in Montesilice,
23 & ibi testator † habet frumentum deportatum, sed non est in territorio recollectum,an illud veniat ? dic, quòd sic , si testator illud destinauerat. Sed etiam si non apparet destinasse,si tamen in castello aliud non habebat, ne sit inutile legatum , vt.l.fundus qui.ff. de fundo instructo.Et ita tenet Baldus secundum Guilielmum de Cuneo in.l.prima.§.in initio in tertia columna in princip.ff. de officio præfecti vrbis.

Quæro

QVAERO nonò principaliter, quid sit villa, vide per Barto. in extrauagan. qui sint rebell. in

24 gloss. in verbo Lombardiæ. vbi dicit, quòd in villa in Francia idem est quod ciuitas, nos autem dicimus villas ædificia, sine muris collata, vel vallo, seu fossa, quæ villæ appellantur vici, quæ quidem villæ, seu vici, nullã habent iurisdictionem de iure communi, sed subsunt alicui ciuitati, vt. C. de episco. & cleri. l. nulli. §. fina. & de natur. libe. l. iij. & ff. ad municip. l. qui ex vico. pro hoc etiam vide. c. si ciuitas. de senten. excommunica. in. vj. & quod ibi not. per Ioan. Andr. & vide per Barto. & doc. in. l. si hæres. §. vicis. ff. de lega. j. vbi ponit differentiam inter castellum, & villam, seu vicum. ¶ Circa hoc quæro, quomodo debent articulari, & probari villas, vel oppida esse subiecta ciuitati, vide per Innocen. & doct. in. c. cum ad sedem. extra de restitutio. spol. Item quæro, an villa, vel castellum teneatur facere collectã sub ea ciuitate, sub qua est? dic, quòd sic gloss. est ordi. in authen. quibus mod. natura. effi. sui. §. si quis igitur. ex qualibet colla. vij. facit. l. qui ex vico. ff. ad municip. & l. insulæ Italiæ. ff. de iudic. Item quæro. An comitatensis nupta ciui efficiatur ciuis, vel econtrà ciuis nupta comitatensi efficiatur comitatensis? vide Barto. in. l. fina. ff. ad municip. in versic. quæro, quid de comitatensi, qui dixit quòd non. allegat. l. ne diutius. C. de agric. & censi. lib. xj. & l. meminimus. eo. titu. vbi dicit esse expressum.

QVAERO decimò principaliter, quæ dicantur continentia ædificia? text. hîc ponit, & in l. vt Alphenus. & in. l. ædificia. in princi. & in. l. qui incontinentibus. ĵ. eod. & non declarat. Sed dic,

25 quòd sunt † illa ædificia, quæ sunt extra muros, vt probatur in dictis iuribus, & dicuntur suburbia, vt not. gloss. in dicta. l. vt Alphenus. ĵ. eo. & vide text. cum gloss. in verbo vicos, & ibi Flor. in. l. penulti. ff. de his qui deie. vel effu. Et teneo, quòd continentia ædificia, suburbia, & burgi idem significent, & sint sinonyma per iura præallegata: sed in contrarium videtur esse text. in. c. si ciuitas. de senten. excommunicatio. in sexto. vbi ista ponuntur, vt diuersa, sed Ioan. Calde. in suo tractatu de ecclesiastico interdicto in vndecima col. dicit, quòd suburbia intelliguntur burgi extra, & prope ciuitatem, in quibus sunt cõtiguæ domus. Continentia ædificia domus vltra burgos separatæ, & non contiguæ, vel dicit, quòd dicuntur suburbia, per quæ iter est rectum ad ciuitatem. ¶ Continentia ædificia, quæ sunt prope ciuitatem, vel locum interdictum, vel potest dici secundum Dominicum in capit. si ciuitas. de sententia excommunicatio. quòd cõtinentia ædificia sunt pulchrę domus circa ciuitatem. Suburbia verò sunt burgi directè iter ducẽtes ad ciuitatem. Sed istæ differentiæ non probantur iure, vel ratione, ad cap. si ciuitas. posset responderi, quòd ibi ponitur copula &, pro, id est, ex quo ponitur inter ea, quæ idem significant. vt dicam in. l. sæpe. infrà eodem.

SED quæro, vsque ad quem locum durent suburbia, & continentia ædificia, seu burgi? dic secundum Ioan. Calder. in dicto tractatu in decima col. quòd si consuetudine, vel statuto, siue vsu vulgari hoc apparet, standum est tali interpretationi. j. distinctio. consuetudo. & extra de sponsalib. ex literis. & ff. de fund. instruct. l. cum delanionis. & de supel. leg. l. Labeo. Sed si non apparet de vsu, vel consuetudine, vel statuto, tunc boni viri arbitrio, id est iudicis hoc terminatur. ff. de iure deliberan. l. j. §. j. & de offic. delega. cap. de causis. & de accusa. in cap. super his. facit. xiij. quæstio. ij. quod vero. in fine in ver. sed econtra. cum simi. & isto modo intelligatur, quod no. in. c. si ciuitas. de sen. excommu. in sexto.

26 QVAERO vndecimò principaliter: † quid veniat appellatione patriæ? dic. vt. l. vxorem. §. legauerat. & ibi per docto. ff. de lega. iij. & vide per Bal. in. l. si non speciali. C. de testamẽ. & vide text. in. l. qui ex vico. ff. ad municipales. & vide quod dixi suprà in. ij. q. principali.

27 QVAERO duodecimò † quid veniat appellatione terræ. vide textum. & ibi Anto. de Bu. in cap. cum in partibus. extra de verborum significatio. & vide Baldum, in. l. si non speciali. C. de testamen. & vide textum, in cap. significantibus. extra de appellatio. Et vide textum, in cap. quoniam. de immunitate eccle. libro sexto. vbi probatur, quòd appellatione terrarum domini comprehenduntur etiam districtus. quod est not. quia facit, quia si interdicantur terræ alicuius domini, includitur etiam eius districtus. vt not. ibi do. Dominicus de sancto Gemi. de quo se remittit ad. c. j. de postul. prælatorum.

QVAERO tertiodecimò, & vltimò,

28 † quid veniat appellatione prouinciæ? vide per Bartolum, in extrauagan. qui sunt rebelles in gloss. in verbo Lombardiæ. & in. l. prima. C. de metropoli Beryto. libr. vndecimo. ¶ Et adde tu, quòd hodie quælibet ciuitas, quæ habet merum, & mixtum imperium habetur loco prouinciæ, vt est gloss. valde notabilis in. l. tuæ. de præscript. long. tempor. & ibi per omnes doctores. ¶ Sed circa hoc quæro qualiter constituatur vna prouincia? Et an prouincia possit diuidi in duas? vel de duabus ꝓuincijs vna fieri? vide plenè per Bar. in dicta. l. j. C. de metropoli Beryto. lib. xj. & per Innocen. & doct. in. c. cum ab ecclesiarum. extra

de offic.ordina.

VLTIMO hic est text.pro domi.Barptholo.de Silic. de Bononia, qui scripsit in legibus, &
29 solenniter. Nam dum ipse propter † partialitates esset bannitus à ciuitate Bononiæ & condemnatus, quòd non posset legere in aliqua ciuitate sub pœna amisionis suorum bonorum, venit ad istam ciuitatem Paduæ, & fuit conductus ad legendum in legibus, & ne faceret contra bannum, & incideret in pœnam, erexit scholas extra muros vltimos ciuitatis vltra pontem Corbum in suburbijs prope dictam portam, & ibi legit. Nam ex quo illud bannum loquebatur de ciuitate, comprehendebat solùm loca, quæ sunt intra muros ciuitatis, & non extrà per istum textum, cum similibus allegaris suprà in primo notabili. & adde quod dixi suprà in tertia, & quarta quæstione. & quod dixi in prima quæstione septimæ quæstionis principalis. Barptholomæus Cæpola.

SVMMAE.

1 *Horæ ante meridiem maiores censentur, quàm pomeridianæ, vt quinque tanti esse videantur, quanti septem. & nume. 5.*

2 *Dies, tum horæ, duplices, naturales scilicet, & artificiales. 3. 7. 15.*

4 *Operarius non tãtum efficit sex horis pomeridianis, quantum sex ante meridiem.*

6 *Dies naturalis quatuor, & viginti horis constituitur. Artificialis verò duodecim.*

8 *Sol vno modo semper mouetur, vt ad se neque ascendat, neque descendat, ad nos verò contrà.*

9 *Ratio cur magis laboret homo ante meridiem, quàm post.*

10 *Promittens operas vnius diei, intelligitur de ortu solis vsque ad occasum. Fallit multis modis, vt numero 11.*

12 *Opera est officium diurnum.*

13 *Promittens vnam diem operari, non liberatur præstando duas dimidias.*

14 *Promittens operas vno die, an liberetur præstãdo altero, remißiuè.*

16 *Dies artificialis duobus modis consideratur, vt vno duodecim horas contineat, altero plures, vel pauciores.*

17 *Dierum quidam festi, quidam profesti, item quidam solemnes, quidam feriati, item quidam ægyptiaci, quidam fatales.*

18 *Feriæ vnde dicantur.*

19 *Dies interdum pro anno capitur.*

20 *Dies vnde dicatur, quòd si à Græco, magis à Diaphainomai, quod significat perluceo, quàm à Dia deriuatur.*

21 *Dies ad regionum, tum ad rerum, & negotiorum diuersitatem incipit.*

22 *Dies quod attinet ad solutiones, incipit à media nocte, & altera finitur, differenter tamen intelligens.*

23 *Reus iurans tali die comparere, poterit cõparere vsque ad illius diei mediam noctem.*

24 *Contractus obligatorios posse celebrari de nocte, & dies in illis appositus est in fauorem debitoris.*

26 *Dies in celebrandis festis quando incipiat, & numero 27. & 28.*

29 *Hora quid, & quotuplex.*

30 *Diei simpliciter appellatione intelligitur sole super nostrum hemisphærium existente, seu de ortu solis ad occasum.*

31 *Instrumentum, estò quod de nocte fiat, de die factum esse signatur, quia in re ratio temporis, quo perficitur, non quo incipitur est habenda.*

32 *Notarius instrumentum, seu contractum stipulans de nocte, vel in loco obscuro, procuret habere tria lumina, vt testes contrahentes pernoscant.*

1 S. CVIVSQVE. † Septẽ horæ diei artificialis de duodecim præcedentes sunt maior pars ad quinque sequẽtes. sed non econtrà, septem sequentes non sunt maior pars ad quinque præcedentes in vsu, labore & exercitio. hoc dicit iste text. in terminis secundum intellectum glossarum hîc. ¶ Vel sic: septem primæ horæ diei artificialis, qui est duodecim horarum, sunt maior pars ipsius diei, sed non septem vltimæ horæ. hoc dicit. ¶ Et præmitte pro intelligentia, quòd du-
2 plex est dies, vnus est naturalis, † alius artificialis: naturalis est ille, qui semper, & vbique est vigintiquatuor horarum: & sic continet diem, & noctem. vt est text. in. l. more Romano. & ibi de hoc not. ff. de ferijs. & probatur in. l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquiliam. & in. l. cum hæres. §. Stichus. ff. de stat. liber. & not. glossa prima hîc. Artificialis dies est ille, qui habet solùm modo duodecim horas, vt est text. in. l. prima. ff. de manumisionibus titulo generali. Et iste dies nunquam crescit, neque decrescit in numero horarum, neque in hyeme, neque in æstate, & hoc not. hîc etiam in gloss. magna. & dicetur infra.
3 Secundò præmitte, quòd aliquæ † sunt horæ naturales aliquæ artificiales. Naturales horæ sunt illæ, quas habet dies in æstate plures, in hyeme de nocte plures, & sic crescunt, & decrescunt numero de die, & de nocte. ¶ Artificiales horæ sunt illæ, quæ nec crescunt, nec decrescunt

ſcunt numero aliquo tempore, capiendo horas pro die artificiali, qui habet ſemper, & vbique duodecim horas, vt dixi in primo euidentiali, & ponitur hîc in gloſſ. magna. circa finem. ¶ Nota primò, quod dictũ eſt in ſummarijs, videlicet quòd in die artificiali, qui eſt xij. horarũ, ſeptem primæ horæ ſunt maior pars, ſed non ſeptem vltimæ. ¶ Ex quo not. aliud ſingulare, quòd ſi ali-
4 quis † operarius promiſit vni laborare in rationẽ viginti ſolidorum pro die, & dies habeat ſolum xij. horas naturales, & non laborauerit primis ſex horis, ſed ſolùm alijs ſex vltimis horis, quòd licet debuit, vel de iure, vel ex conuentione habere ratam mercedis ſui laboris: tamen non debebit habere dimidiam, & ſic decem ſolidos: quia vltimæ ſex horæ diei non ſunt dimidia pars diei reſpectu vſus, & laboris, ſed debet habere minus. Facit ad hoc text. in. l. ij. in fine. ff. de annu. lega. Et idem tu dicas in ſimilibus, quando dies haberet plures horas, vel pauciores eadem ratione. Nota ſecundo.
5 ex iſto text. † Quod ſeptem vltimæ horæ diei artificialis, non ſunt maior pars ad quinque horas præcedentes. ¶ Ex quo ſequitur aliud, quòd quinque horæ cũ dimidia præcedentes ſunt maior pars, quàm ſex cum dimidia ſequentes: & hoc tenet Iaco. de Hare. Dyn. & Alberi. de Roſa. hîc per iſtum text. ¶ Ex quo not. etiam vnum aliud, quod eſt valde vtile in practica, videlicet quòd ſi operario debet ſolui merces pro rata diei, qua laborauit, & dies ſit horarum naturalium. xij. & operatus ſit primis quinque horis cum dimidia, debebit habere dimidiam mercedis vnius diei: ſed ſi laboraſſet ſex horis cum dimidia vltimis, non deberetur ſibi dimidia mercedis vnius diei: quia illæ ſex horæ vltimæ cum dimidia non tantùm valent in vſu, & labore, quantum quinque cum dimidia primæ: & ſic non valent pro media die: & idem dicas, quãdo dies haberet plures, vel pauciores horas naturales, vt fiat ſimilis computatio de horis primis, & vltimis: quod bene not.

OPPONITVR contra iſtum text. dum dicit, quòd ſeptem primæ horæ diei ſunt maior pars nõ ſupremæ. j. vlti. Nam quãdo dies in æſtate habet horas xvij. naturales, & nox habet ſeptẽ horas. primæ ſeptem horæ diei non ſunt, neque poſſunt eſſe maior pars, quàm aliæ decem horæ ſequentes, neque numero, neque vſu. quia quilibet operarius plus operabitur in decem horis vltimis, quàm in ſeptem primis. vt de ſe patet, timore huius contrarij quod glo. tacitè ſentit. dicit hîc gloſſ. prima, quòd iſte tex. debet intelligi de die artificiali, qui habet tãtum xij. horas. vt. l. j. ff. de manumiſſ. de quo dicitur ſecundum gloſſ. in ſermone beati Ambroſij: qui mane iunctum *veſperi*: & de iſto die ſeptem primæ horæ ſunt maior pars ad quinque ſequentes, ſed non econtrario, vltimæ ſeptem horæ non ſunt maior pars diei ad quinque præcedentes, & iſta eſt intentio huius literæ, ſecundum gloſſ. ſecundam, tertiam, & quartam hîc. cui adde quod dixi in primo, & in ſecundo notabili. ¶ Opponitur ſecundo contra prædicta. Nam ſi dies habet duodecim horas tantùm, ergo videtur, quòd nunquam creſcat, neque decreſcat: & tamen videmus contrarium, quia de æſtate dies creſcit, & longior eſt, de hyeme decreſcit, vt probatur in. l. j. §. æſtas. ff. ne quid in flumi. publ. & in. l. j. §. æſtatem. ff. de aqua quotidia, & æſtiua. vbi gloſſ. ponit de quatuor temporibus anni, quando incipiunt, & quando finiunt. videlicet de hyeme, vere, æſtate, & autumno. ¶ Sol. dic, quòd dies capitur duobus modis, & hora ſimiliter duobus, vt dixi ſuprà in euidentialibus.
6 † Nam dies aliquando dicitur naturalis: & iſte habet ſemper, & omni tẽpore viginti quatuor horas, & nunquam mutatur, quia comprehendit diem, & noctem: vt eſt text. in. l. more Romano: & ibi gloſſ. ſuprà de feri. cum ſimilibus ſuprà allegatis. facit. l. capite quinto. ff. de adulter. & l. ideoque. ff. de vſucap. Et de iſto non
7 loquitur hîc. † Alius eſt dies artificialis: & iſte habet naturales horas, & artificiales. ¶ Si quærimus de naturalibus. & iſtæ creſcunt & decreſcunt numero. Nam plures horas habet dies in æſtate, & pauciores in nocte, & econtrà pauciores habet horas in hyeme, & plures in nocte ſecundum gloſſ. magnam hîc in fine. & de iſto die loquitur contrarium ſeu oppoſitio facta. ¶ Si quærimus de horis artificialibus, & iſtæ non creſcunt, neque decreſcunt numero, neque in æſtate, neque in hyeme, quia ſemper dies artificialis habet duodecim tantùm horas artificiales, vt probatur in. l. j. ff. de manumiſſ. titu. generali. hoc modo videlicet. Nam dies incipit à media nocte. dicta. l. more Romano. ff. de fer. & media nox. eſt poſt ſextam horam noctis. vt dicit textus. in dicta. l. j. ergo vna nox integra eſt horarum duodecim. & per conſequens dies poſteà eſt aliarum xij. horarum.

QVAERO primò, quæ eſt ratio, quòd ſeptem primæ horæ diei artificialis ſunt maior pars? & gloſſa ſecunda hîc dicit ſecundum Martinum, quòd ratio eſt, quia de manè difficilius ſol aſcendit, quàm deſcendit poſt meridiem, iuxta illud. Ardua prima via eſt, ſed ignis facilius aſcendit, cuius natura eſt aſcendere in altum, ſecundum Azonem, ſed dicit hîc Bar. quòd

8 glossator non fuit bonus astrologus, † quia sol non mutatur in circulo suo plus vna vice, quàm alia,& bene dicit,quia par est cursus solis in ascendendo, & descendendo, quia difficilius non ascendit quàm descendit. Ex quo eius cursus procedit ab vna,& eadem potẽtia infinita dei, in qua nulla reperitur difficultas,cum omnia sola voluntate faciat,vt scribit magister sententiarum in libro.ij.c.j.& prima distinctione. ¶ Glo.hîc ponit
9 † aliam rationem,& ista est vera secundum Bar. hîc,quia de mane quis surgit fortior, & in mane maiorem laborẽ potest sufferre: quia prima pars diei est vsu,& vtilitate, & laboribus hominũ potentior,vt.l.ij.in fi.ff.de annu.leg.Facit quod dixi suprà in primo,& secundo notabil. Et hoc etiam tenet Bal.in rubri.C.de operis libertorũ. in prin. vbi dicit, quòd melior pars diei ad operãdum est in mane ab ortu solis per dictam.l.ij.quia tũc homo secundum eum est operosior,& clarioris intellectus,& pro hoc allego quod scribit Ouidius Metamorphosis dum dicit

Somne,quies rerum placidißime,somne, dierum
Pars animi,quem cura fugit,reparasq; labori
Fessa ministerijs &c.

De hoc etiam scripsi in quodam libello meo, qui inscribitur de vita & modo viuendi, & studendi.

QVAERO secundò,aliquis promisit operari,seu operas pręstare pro vna die,qua hora de-
10 beat venire,& recedere? † dic ab ortu solis vsq; ad occasum:quia opera est diurnum officium,vt.l.j. ff.de operis libertorum.de nocte autem non sunt præstandæ operæ,nisi tempore necessitatis. vt.ff. de verbo.obli.l.continuus.§.cum ita.in verbo noctibus.Et hoc procedit in operis, quæ non habẽt tempus determinatum à iure,vel ab ipsarum natura vel conuentione.Nam si habent determinatas horas, siue diurnas, siue nocturnas, illis horis exhibendæ sunt operæ.vt not. Bal.in rubri.C.de operis libert. ¶ *Sed aduerte* inquantũ dixi, quòd operarius debeat venire ab ortu solis,dic quòd de hoc est verum,quia de mane debet venire, vt est tex.ad literam.in.l.ij.in fi.ibi,non à mane.ff.de annu.lega.vbi dicitur,quòd si quis promisit operas diurnas,& operari incipiat nõ à mane totius diei nomine tenetur:& pro hoc gloss. hîc.j.quæ dicit mane iunctum vesperi:& gl.in.l.j.ff.de ope.liber. & in dicta.l.more Romano.quæ dicit factum est vespere, & mane dies vnus;vt habetur in princi. testamẽti veteris.Et intelligitur de mane, scilicet ab ortu solis,vt dixi:quia quando sol est super terram,dies est,& pro hoc glos.j.in fi.in.l.more Romano.ff.de fer.quæ dicit dies est sol lucens super terram:& hoc probatur in cap. si perfodiens. extra de homic. & ibi per docto. & in.l.j.ibi,ad primum solis ortum.C.de custo.reo. & ibi per Angel. Item de mane intelligitur, quando inciperet cœlum albescere, & nox recedere,vt est tex.& ibi hoc notat Bartol. & docto. in.l.Titius.§.Lucius. ibi albescente cœlo.ff.de liber. & posthu.& idem not.ipse Barto.in.l.aut facta.§.tempus.ff.de poen.vbi dicit per dictum.§.Lucius. quòd manè potest intelligi,quando sol non est super terram, scilicet de proximo vẽturus est:quia cœlum iam albescit, quia tunc dies est: & vide ad hoc quod not.Barto.in.l.qui duas.§.primo.ff.de manumis. testamento.& quod dicam infrà eodem.in quarta & quinta quæstione.in.l.hæc verba ille,aut ille. infrà eodem. Archidiaco.autem in cap.quod à patribus.lxxv.distinctio. dicit quòd secundum leges dies incipit à media nocte,vt dicta.l.more Romano.& habetur in cap. consuluit. extra de officio delega.Et dicit,quòd his legibus standum est in pactis,contractibus, & in omnibus alijs exceptis ordinum collationibus,vt dicam.infrà in.iiij. quæstio.& subdit,quòd in his contractibus, & alijs actibus lex pręponitur canoni:quia benignior est,arg.quinquagesima distinctio.eos.Et sic videtur velle Archidiaco.quòd si quis promisit mihi laborare per vnã diem, intelligitur quòd debeat incipere à media nocte, quod esset absurdum. ¶ Sed inquantum dixi,quòd operarius potest, & debet recedere in occasu solis videtur, quòd non sit verum,& quòd imò possit recedere in vesperis:quia dies artificialis incipit à mane vsque in vesperis secundum Romanam ecclesiam, vt in hymno beati Ambrosij. Lucis creator &c. Ibi qui mane iunctum vesperi diem. &c. vt not.gloss. in l.more Romano.ff.de ferijs. & not. gloss. prima. hîc.¶ Item pro hoc,quod scribitur in princip. testamenti veteris, & factum est vespere, & mane dies vnus. vt not.gloss.in dicta.l.more Romano. & in.l.j.ff.de operis libertorum. Et hoc videtur tenere Rayne.in dicta.l.more Romano.qui dicit quòd illa gloss. ibi est. argumen. quòd operarius potest recedere ab opere in vesperis,& idem ipse dicit in dicta.l.j.ff.de operis libertorum. scilicet quòd agricultores possunt dimittere operas in vesperis, per glos.ibi.¶ Ego autem in hoc articu
11 lo ita distinguerem. † Aut est conuentum expressè inter partes,quando debeat operarius venire ad laborandum,& qua hora debeat recedere, & illi conuentioni standum est. per.l.semper in stipulationibus. in princip. infrà titulo proxi. vbi dicitur, quòd semper in stipulationibus,& alijs contractibus id sequimur,quod actum est: & est ratio,quia contractus ex cõuentione legẽ accipiunt.l.j.§.si conuenerit.ff.depo si.facit.l.iuris gentiũ.§.prętor ait.ff.de pac.cũ si.aut nihil est cõuentum,

tum,& tũc aut est statutum in ciuitate,qua hora operarij debent venire,& recedere, & illi standũ est,per.l.omnes populi.ff.de iusti. & iure. Et propterea cum in ciuitate Venetiarum, & alijs locis sit statutum,quòd operarij teneantur venire ad operandum de manè,quando sonat cãpana,quæ dicitur vulgari sermone Mirangona, & de serò possint recedere, quãdo eadem cãpana sonat secundum illud statutum seruandum est: aut non est statutum,sed cõsuetudo loci:& idem quia illa consuetudo debet attendi, vt est text. in dicta.l. semper. in stipulatio. & probatur in.l.de quibus. cum ibi not.ff.de legi.& in.l.j.C.quæ sit lon. consuetu.Et ideo cum sit consuetudo tinctorum, vt operentur etiam de nocte,etiam pro illo tempore operari debebunt:aut non est consuetudo,vel statutum,sed natura operæ requirit tẽpus etiam noctis,sicut contingit etiã in obstetricibus, & similibus, & tunc etiam pro illo tempore operæ sunt præstandæ.vt vult in effectu Bal.in rubr.C. de oper.libertor.Aut non est facta aliqua cõuentio,neq; est lex,vel statutum,neq; cõsuetudo, nec aliter natura operæ id requirit, & tunc credo, ꝙ operarij debent venire de manè,quia text. est in l.ij.in fi.ff.de annu.leg.& intelligo ab ortu solis iuxta.c.j.extra de treu.& pac.&.c.iij.de homi. cum simi.s.alleg.vel albescente cœlo,quando de proximo sol super terram venturus est,quia tunc incipit esse dies,vt.l.Titius.§.Lucius.ff.de lib.&posthu.cum ibi no.per doc.& debet stare vsque ad occasum:quia tantùm durat dies,scilicet ab ortu solis vsque ad occasum,vt dicto.c.j.extra de treu.& pac.Et sic non credo Rayneriũ benedicere,dum vult quòd operarij, vel agricultores possint dimittere opus in vesperis,nisi hoc sit ex cõuentione,vel ex statuto ,aut consuetudine. Nec obstat, quod dicitur,ꝙ manè iunctũ vesperi est vna dies: quia illud procedit quoad diuina officia.vt not.in c.j.extra de fer. & in dicta.l.more Romano , vel quoad collationes ordinũ,vt no. Archi.in.c.quod à patribus.lxxv.dis. ¶ Nec obstat.l.more Romano,quæ vult,quòd incipiat dies à media nocte,& finiat in alia media nocte, quæ lex procedit in pactis,& in contractibus secundum Archi. in dicto c.quod à patribus.quia illa.l.non potest habere locum in operarijs, qui promittunt operari , quia
12 † opera est diurnum officium.vt.l.j.ff.de oper.libertorum.Et intelligitur de diurno,scilicet artificiali,non autem de naturali,quia homo non posset,nec debet cõtinuò per vnum diem naturalẽ, qui comprehendit etiã noctem operari,vt.l.continuus.§.cum ita.ff.de verbo.obliga.

QVAERO tertiò, quidam promisit mihi operari per vnam diem,& venit ad operandum non à manè,sed sexta hora diei vsq; ad serò. quæritur, si die sequenti velit operari incipiendo de manè vsque ad sextam diei horam, liberetur? vel ecõtrà:an possit ita, quòd liberetur à promissione?& videtur,quòd sic:quia est vna dies integra.
13 † Dicas contrarium, quòd imò tenetur operari vna die integra,nec liberatur à dicta promissiõe, nisi operetur vna die continua.vt est text.ad literam,& ibi omnino vide Alb.de Rosa.in.l.ij.in fi. ff.de annu.lega.& in.l.iij.ff.de operis libert. Facit l.quæsitum.ff.de vsufruct.& est ratio:quia opera non diuiditur.vt ibi.&.l.in stipulationibus.§.operarum.ff.de verbo.oblig.&.l.libertus qui post.§. j.ff.de operis liber. & not.gloss.fina. in dicta.l.iij. eodem titu.Et prædicta procedunt,quando promittitur in genere opera vnius diei. vt not. Bart. in.l.si ita stipulatus essem abs te.ante fi.ff.de verb. obliga.quæ est in secunda cartha.Facit quod not. per Bartol. & doct.in.l.fi.§.quoties.ff.de publica. & Bal.in.l.non solum.in princip.ff.de excusa.tut. & quod not.Bart. & doct.in.l.vbi fideiussor.ff.de
14 solu. Sed quid † si aliquis mihi promittit operari cras per totum diem, an poterit operari alia die? Et sic an ille,qui debet præstare operas vno tempore,possit præstare alio,ita,quòd liberetur?vide omnino Bald.in.l.liberti,libertæq;.in. v.col. versicu.dubitatur etiam si conductus est potestas C. de operis libert.& not.in.l.si non sortem.§.libertus.ff.de condi.indebi. & vide omnino per Bart. & docto. in dicta.l.si ita stipulatus essem abs te. ff.de verbo.obliga.& vide etiam per Barto.in.l.si vno.§.item cum quidam.in vltima col.ff.loca.& vide text.& Bartol.in.l.vsusfructus mihi in biennium.ff.de vsufruct.lega.& Bartol.in.l.si prius.in x.quæstio.ff.de noui operis nuntiatio. & vide textum.& Floria.in.l.qui vsumfructum.§.final.& in.l.quæsitum.quæ sequitur.ff.de vsufruct. & vide per Archidiaco.xvj.quæstio.j.frater. in princip.vltimæ col.

QVAERO quartò,quia hîc fit mentio de die, & horis quid sit dies? & quotuplex? & vnde
15 dicatur?Et dic † quòd dies est duplex principaliter,vnus naturalis,alius artificialis,vt dixi suprà in principio,in euidentialibus, & in secunda oppositione,& not.in.l.more Romano.ff.de fer. & in capi.consuluit. de officio delega . & per dominum Benedictum de Plombino in.l.prima.ff. de manumiss. titu. generali. Et circa hoc conclude, quòd dies naturalis est ille qui continet vigintiquatuor horas,& sic diem,& noctem,vt est text. in dicta.l.more Romano . & in.l.cum hæres.§. Stichus.ff.de statu libe.&.l.ita vulneratus. ad leg. Aquil.cum simili.& not.hic in glo.j.& dixi suprà in primo euidentiali,& in secunda oppositione,

& sic.xxiiij.horę vnum diem naturalem faciunt, vt dicit gloss.in authen.de hæredib. & fal.§.hinc nobis.in princi.in gloss.ij.in verbo cura.aliâs incipit hora.colla.j.& adde quod not.Bald.& doct.in dicta.l.more Romano.Et iste dies naturalis secũdum morem Romanum incipit à media nocte, & finit alia media nocte,vt est text.in dicta.l.more Romano.&.c.consuluit.de offic.delega.Athenienses verò incipiunt ab occasu,Babilonij ab ortu, Arabes à meridie, vt scribit Marcus varro. in libro rerum humanarum secundum Ioan.vt no.

16 gloss.j.in dicta.l.more Romano.alius est dies † artificialis,qui duobus modis dicitur:vno modo respectu horarum artificialium, & iste est ille, qui continet.xij.tantùm horas, & incipit in.xiij.hora ab occasu solis præcedenti, & durat vsque ad xxiiij.horam, vt probatur in.l.j.ff.de manu. & istæ horæ non crescunt,neque deficiunt in æstate,vel in hyeme,vt dixi suprà in secunda oppositione,& quòd.xij.horæ faciant vnum diem artificialem est gloss.notab. quæ hîc tenet per istum text.in authenti. de hæred. & fal.in.§.hinc nobis præallegato in gloss.ij.Alio modo dicitur dies artificialis, qui habet horas naturales, & istæ horæ aliquando sunt plures de die in æstate, & pauciores de nocte, & econtrà de hyeme pauciores de die, & plures de nocte, & sic crescunt, & decrescunt, vt dixi suprà in secundo euidentiali, & in secunda oppositione,& quando dies incipiat, &

17 finiat dicam in quæstio sequen. ¶ Item † reperiuntur dies festi,qui sunt dies, quãdo est festum, seu festiuitas, & de istis habetur.xv.q.iiij. placita secularia.in princ.& in.l.dies festos.C.de ferijs. Et isti sunt dies otij,& religionis:sola enim res diuina his diebus fieri debet,vt not.Archi.Ioan.And. do.Dominicus de sancto Gemi.& doct. in.c.fi.alma.§.in festiuitatibus.de senten.excõ. in sexto.ad quod vide quod not.per do.Ant.de But.& doct. in.c.j.extra de ferijs.Et qui dicantur dies festi,seu festiui habetur per text.& doct.in.c.fina. extra de ferijs.& de consecra.distinc.iij. pronuntiandum. & per Specu.in titu.de ferijs.§.j.in secunda parte Specu.¶ Item reperiuntur dies solennes, qui ad homines pertinent,vt est text. in cle.j.dudum. in fi.de iudic.& not.Archi.Ioan.& doct. in dicto.§. in festiuitatibus. ¶ Item reperiuntur dies feriati, vt est text.in.l.si feriatis.ff.de fer. & in.l.si feriatis. ff.de recep.arbitr.cum simi. ad quod vide, quod

18 statim dicam. † Item dies dicuntur feriæ à ferio ferias,quod est cesso cessas:quia omni die cessandum est à malo,vel secundum Isidorum feriæ à fando sunt eò,quòd sit nobis,in eis tẽpus in diuino,vel humano officio fandi,vel dic,quòd feriati dies sunt in quibus res diuina fit,& abstinere à litibus oportet homines. vt dicto.c.placita secularia,vt not.Archi.in dicto.c.alma.de senten. excõ. in.vj.& de consecra. distin.iij.c.pronuntiandum. in princip. ¶ Item reperiuntur dies Aegyptiaci, qui non sunt obseruandi,de quibus vide text.notabilem.xxvj.q.vij.non obseruetis. ¶ Item reperiuntur dies emergentes, de quibus vide per Bal. in.l.de diuisione.ff.soluto matrimo.¶ Item reperiuntur dies fatales,de quibus in.l.ij.C.de tempo.

19 app.& per Alb.de Rosa.in rubri.eo.tit. ¶ † Item adde,quòd dies aliquando ponitur pro anno, vt xxxiij.quæstio.ij.hoc ipsum & not.gloss.xxxj. distinct.tenere.in verbo anno.quæ incipit septimana, & de isto non loquitur materia nostra hîc. ¶ Quomodo autem capiatur annus,vide quod dicam in.l.cum bisextus.infrà eo.¶ Vnde autem dicatur dies,dic ab Idibus,vt not.per Ioan.Andr.

20 in fine sexti libri,super verbo data. ¶ † Vel dic, quod dicitur à Diam Græcè, quod latinè dicitur claritas,vt habetur in princip.hystoriæ scholasticę.in.c.dixit deus.quæ claritas est de mane vsque ad sero.vt not.d.Dominicus de sancto Gemi. in c.fin.§.j.in festiuitatibus.in penul.col. de sentẽtia excom.in sexto.Circa quod vide, quod dicam in sequen.quæstio.

QVAERO quintò, quando dies incipiat,

21 † & quando finiat,de isto articulo vide per text. gloss.& doct.in.l.more Romano.ff.de fer. & per text.Bart.& doct.in.l.Lucius.§.Titius.ff.de libe. & posthu.& per Bartol.in.l.aut facta.§.tempus. ff.de pœnis.& in.l.qui duos.ff.de manumis. testa. & per Ange.in.l.j.C.de custo. reo. & per Bal. in authen.hodie.C.de appel.& vide quod dicam in l.hæc verba,ille aut ille.infrà eo. & vide per text. gloss.& doct.in.c.consuluit.extra de offi.deleg.& per gloss.ordi.& doct.in.c.ij.extra de fer. & habetur etiam in.c.j.eodem titu.& per text.& doc. in c.iij.si perfodiens.extra de homic. & habetur per text.& doct.in.c.j.extra de treug.& pac.& per gl. ordi.in decretis.de consecra.distin.iij.c.j.pronuntiandum.& ibi per Archidi. & per eundem Archi.plenè.lxxv.distin.in.c.quod à patribus. & per Ioan.And.& doct.in.c.fina.de senten. excommu. lib.vj.& per Hostien.in summa.in titu.de fer.§.j. versicu.est autẽ notandum,quod breuiter dicas, quòd dies naturalis incipit secundum Romanos à media nocte, & finit in alia media nocte, vt.l. more Romano.ff.de fer. vel aliter computatur dies,secundum diuersas regiones,vt dixi in pręcedenti quæstio.Sed secũdum computationem ecclesiæ dies naturalis incipit à vespere præcedentis diei,& protęditur vsque ad vesperam sequentis diei,vt de consecra. distinct.iij.de esu. &.lxxv. distinct.quod à patribus.& not.Archi.de consec. distin

di.iij.pronunciandum.Et ideo incipit in vesperis quantùm ad officij celebrationem.vt in dicto.c. ij.& quoad ordinum collationes.vt.lxxv.di.quod diei,& de consecra.dist.iij.c.j & not.Archidiaco. in dicto.c.quod à patribus:& habetur in.c.literas. de temp.ordi.& idem quantùm ad canonicam computationem fictione iuris.vt.lxxv.dist. quod à patribus:& idem not. Archidiaco.in.c.fi.de sen sentia excommu. in vj. ¶ Quoad iudicium incipit in mane,& terminatur,in fine diei ante noctis tenebras.extra de offi.& potest.iud.de lega.c. consuluit.& ibi per glos.& doct.& in authent.de iudic.§.sedebunt.& not.glos.in dicto.c.ij.& not. etiam glos.ordi.& doct.inst.de verbo.obliga.§.in diem.¶ Quoad esum carnium post cænam, de consecra.di.iij.de esu.licet glos.aliter dicat de con secra.di.iij.c.j.¶ Quoad obseruationē treugæ in ortu solis.extra de treug.& pac. c.j.& secundum consuetudinem locorum cōsideratur hoc.lxxvj. di.vtinam.vt not.glo.in dicto.c.ij.extra de ferijs. & not.Archidiaco. in dicto.c. quod à patribus. lxxv.di.¶ Quoad operas præstādas incipit à mane.vt.l.ij.in fi.ff.de annuis leg.& sic ab ortu solis. vt.l.j.C.de custod.reo.&.c.iij.de homici.&.c.j.de treug.& pac.cum similibus. & dixi supra in.ij.q. circa princip.vel quando de proximo soluenturus est. vt.l.Titius.§.Lucius.ff.de libe.& posthu. & ibi per Bart.& doct.& dixi in dicta.ij.q.& durat vsque ad occasum,nisi conuentio,vel lex,aut statutum aut consuetudo,vel natura operæ aliter requirāt.vt dixi plenè.supra in.ij.q.¶ Quoad
22 † solutiones faciendas,dies incipit à media nocte, & terminatur in aliam mediam noctem.vt not. glos.de consecra.di.iij. pronunciandum in versi. vnde dic.quę dicit quòd ita se habet consuetudo, & idem tenet Archidiaco.lxxv.di.quod à patribus.per dictam.l.more romano, & per.c.consuluit.extra de offic.deleg.qui dicit idem esse obseruandum in pactis,contractibus, & in omnibus alijs:vnde si iuraui tibi me daturum centum die dominico,non ero periurus,si dedero vsque ad mediam noctem sequentem, & subdit quod in his proponitur lex canoni,quia benignior est.argu.l.di.eos.& potuis est interpretandū,quòd nemo sit periurus, etiam si sit clericus,qui iurauit. argu.extra de testibus.c.cū tu secundum Laurentium.& idem sentit Hugo.in.c.quod die.lxxv.di.
23 † Et ideo si bannitus potest comparere infra certos dies.poterit præsentare se de nocte. Non obstante,quòd potestas non sedeat: quia tunc dicitur se præsentare de die secundum Angel. in dicta.l.more Romano,& ibi per doct. Et idem tu dicas in similibus:sed aduerte in quātum dixi de contractibus,& solutionibus faciendis,quòd possint fieri vsque ad mediam noctem:quia contrarium vult glos.in dicta.l.more Romano,quæ dicit quòd in contractibus tacitè videtur agi,vt soluatur de die.ergo habendum est pro expresso.l. cum quid.ff.si certum petatur. & hoc tenet ibi Bartol. videlicet quòd altera parte inuita, non potest soluere sed volente sic, quia veniendo de nocte non dicitur venire congruo tempore, vel loco. vt.l.si soluturus.ff. de solut. & ibi not. de hoc.facit ad hoc glos.in.l.iter.ff.communia prædiorum,quæ dicit quòd non decet de nocte ire per domos alienas.Et propterea dixit Barto.in.l. non solùm.§. morte in antepenul.colum. quòd quando aliquis comedit,vel dormit, secundum bonos mores ciuitatis,quis non debet assurgere ad recipiendam pecuniam,vel alios actus similes faciendos:quia tempus non est congruū. ¶ Sed contra istam opi.glos.& Barto.est text.in dicta.l. more Romano,& in dicto.c.consuluit, per quæ iura videtur actum,quòd siquis promisit certa die aliquid dare vel soluere,vt possit hoc facere vsque ad mediam noctem, quia tanto tempore
24 durat illa dies.vt ibi.¶ Secundo, † quia contractus obligatorij possunt celebrari de nocte, vt.l. non minorem.C.de transactio.ergo multo fortius debent posse dissolui.argu.l.Arrianus.ff.de actio.& obliga.&.c.ex literis. extra de probatio. facit.l.nihil tā naturale infrà tit.proximo.¶ Tertiò,quia illud tempus diei est appositum in fauorem debitoris,ergo potest soluere quando vult vsque ad vltimam horam diei,vt est text.in.l. cū qui certarum.in princi.ff.de verbo.obli.¶ Quartò, quia nō reperitur iure cautum,quòd de nocte non possit fieri solutio. ergo erubescimus,cū sine lege loquimur.l. illam.C.de colla.§. de collatione.in fi.cum similibus.imo reperitur cōtrarium in dictis iuribus.¶ Nec obstat, quod dicit glos.quòd in contractibus hoc videtur esse actū vt soluatur de die,ergo non de nocte,quia istud posset procedere vbi esset consuetudo, quòd ita fieret,& non aliter. Nec obstat.l. si soluturus.ff. de solu.vbi dicitur,quòd solutio debet fieri tempore,& loco oportuno:quia satis dicitur fieri tēpore oportuno,dum fit promissionis tempore, quod gratia debitoris datum est, vt dicta.l.cum qui certaru.min principio.de verborum obliga. ¶ Vnde ex his concludo,quòd verior est & magis æqua opinio glos.de consecratio.distin.tertia. pronunciandum. & Archidiaco.lxxv.distinctio. quod à patribus. contra glo.& Barto. in dicta.l. more Romano,quòd debitor promittens soluere sub pœna,vel cum iuramento,vel aliter certā die.poterit soluere vsque ad mediam noctem: quia tantùm durat illa dies, & ita etiam tenet

Petrus in ſuo directorio iuris in titu.de ferijs.

25 ¶ Hanc tamen concluſionem limito.† Niſi aliter ſe haberet conſuetudo,quia tunc ſecundum illam videtur eſſe contractum.Et iſto modo intelligitur gloſ.in dicta.l.more Romano, & ita in effectu voluit Bart.in dicto.§.morte.dum dixit, quòd ſecundum bonos mores ciuitatis quis de nocte nõ debet aſſurgere,vel oſtium aperire, maximè ſi locus eſſet inſidioſus,& creditor propter hoc timeret aperire oſtium: quia tunc tali tempore noctis non diceretur congruo tempore fieri ſolutio.arg.c.cum dilecti circa fi.ibi.& inſidias ſibi factas formidabat.extra de dolo,& cõtumac. coniuncta.l ſi ſoluturus.ff de ſolut.vel ſi creditor eſſet honorabilis,& multum delicatus, & nolet ſurgere de lecto,iuxta.not.in.l.ſi cum dies.§.ſi arbiter.ff.de recept.arbitr. vt eleganter dixit Andręas de Iſernia in rubrica in ti.quo tempore mi-
26 les inueſti.pe.deb. quod bene not. † ¶ Quoad autem ad celebrationem feſtiuitatis, vt quis teneatur ab opere deſiſtere:quando incipiat & deſinat dies:primò videtur,quòd incipiat in media nocte,& deſinat in alia media nocte. per.l.more romano.ff.de ferijs.& per cap.conſuluit.extra de officio delega.& per hoc videtur tenere Archidiaco.lxxv.diſtinctio.quod à patribus. vbi dixit, quòd in pactis,contractibus,& alijs,dies incipit à media nocte,& finit in alia media nocte ſequenti,& quòd hoc debet obſeruari tam de iure cano-
27 nico,quàm ciuili.¶ Secũdò videtur,† quòd imo dies incipiat in veſperis,& finiatur in alijs veſperis diei ſequentis,vt eſt tex.in.c.primo & ſecũdo. extra de fer.& habetur Leuitic.xxiij.& pro hoc: quia ita computatur dies,quoad canonicam cõputationem,vt not.Archidiacono.in dicto.c. quod à patribus.ſed iſta videtur eſſe canonica computatio:quia dies feriati ſunt introducti principaliter de iure canonico.vt,in.c.fi.extra de fer.& de conſecra.diſtinctio.iij.pronuntiandum.Et ſic in diebus,& vigilijs ſanctorũ,& die Sabbati fit computatio de veſpere ad veſperam:quia poſt veſperas Sabbati,vel vigiliæ non licet litigare ſecundũ Petrũ, & Albe.antiquum,quos ſequitur Domi. Anto.de Butr.in.c.j.in fi.extra de ferijs.per text. ibi nec placitum.¶ Tertiò videtur,quòd in hoc ſit ſtandum conſuetudinj regionis,vel loci.vt eſt text.in.c.ſecundo.quoniam in parte.extra de ferijs.vbi dicit ſic tex.ad literam.licet ſcriptum ſit de veſpere ad veſperam celebrabitis Sabbata ve-
28 ſtra.Feſtorum † tamen principium,& finis iuxta eorum qualitatem,& diuerſarum regionum cõſuetudinem debet attendi.& ita tenet ibi gloſ.ſecunda in fin.& gloſ.in verbo ſecundum diuerſas conſuetudines,quæ allegat ad hoc iura:ſed dic quòd cõſuetudo eſt de iura approbata,quòd incipiat ab occaſu ſolis.videlicet in die Sabbati,in vigeſimaquarta hora,vel circa,& teneo,quòd finit in alio occaſu ſolis,ſcilicet in die dominico hora vigeſimaquarta,& poſt horam illam vigeſimanquartam in die Dominico,vel quolibet alio feſto poteſt laborarj.& eſt ratio:quia vna tantùm dies pro vno tantùm feſto debet celebrari,& ab opere deſiſti,iuxta illud ſeptima die requieuit,vt dixi ſupra in quarta quęſtione ¶ Sed ſiquis deberet ab opere deſiſtere,& vſque ad mediam noctem diei feſtiui,celebraret vnam diem,quæ contineret vltra vigintiquatuor horas, & ſic vltra vnam diem,quod eſſe non debet. Et hoc etiam tenet Fede.de Senis in conſil.xliij.& cclj.vbi dicit,quòd ſi conſideretur dies quoad reuerentiam feſti,illa feſtiuitas eſt finita in veſperis,vel ſaltem in complectorio illius diei feſtiui,vt not.in.c.fin. §.adijcimus.de ſententia excommuni. in ſexto. vnde illud,quod eſt factum,qualibet hora noctis etiam ante mediam noctem poſt diem Dominicam,vel aliam diem feſtiuam non dicitur factũ die feſtiuo.de quo dic vt ibi plenè per eum.

29 QVAERO ſeptimò, quid † ſit hora? & quotuplex?& dic quòd hora dicitur pars temporis ex momentis plurimis conſtituta,& per tales horas diuiditur dies,& nox,vt in hac.l.& l. non minorẽ.C.de tranſactio.ſecundum gloſ.& vigintiquatuor horæ faciunt vnam diem naturalem, duodecim vnum artificialem. ita dicit gloſ.notabilis in authen.de hæredibus & fal.§. hinc nobis in gloſ.ſecunda.collatio.prima. ¶ Et hora capitur aliquãdo pro parte tẽporis vt dixi:aliquãdo pro hora canonica,quæ ſunt ſeptem, vt eſt text.& ibi gloſ.& doc.in.c.j.extra de celebra.miſſarum:& de hac hora etiam fit mentio in.c.conſuluit,extra de officio deleg.

QVAERO octauò,quando fit mentio de die,vel hora, de qua intelligatur,an de naturali, vel artificiali.dic ſecundum ſubiectam materiã iuxta ea quæ dixi ſupra eod.in ſexta quæſtione. facit ad hoc.l.ſi vno in principio.ff.locati. &.l. ſi ſtipulatus in princip.ff.de vſuris.¶ Sed dic,quòd
30 propriè † loquendo appellatione diei venit dies, quando ſol eſt ſuper terram,& non quando eſt nox,vt probatur in.c.conſuluit. extra de officio delega.& in.l.more Romano.ff.de ferijs.vbi habetur illud,quod dixi,quòd illud,quod fit de nocte,dicitur fieri de die per fictionẽ iuris, vt not. Feder.de Senis in conſilio quadrageſimotertio. & conſilio ducenteſimoquinquageſimoprimo. Ex quo infertur ibi, quòd ſtatutum duplicans pœnam in delictis commiſſis de die, non habet locum in delictis comiſſis de nocte.dic vt ibi per eum:

eum:& vide quod statim dicam.

QVAERO nonò. Notarius cõficit instrumentum, vel testamentum de nocte, an debeat dicere actum tali nocte, vel tali die? & videtur ꝙ debeat dicere die, si est sol super terram, vel nocte, si sol non est super terram, vt dixi in proxima quæstione. dic tamen, quòd debet dicere actum tali die, etiam si nocte fiat. vt notat singulariter Innocen. in cap. consuluit in fin. extra de offic. deleg. Et idem not. Bal. in. l. fin. C. de his quibus vt indig. vbi dicit per dictam doctrinam In-
31 nocen. † quòd in instrumentis tabellionum semper ponitur dies, & nunquam nox. ¶ Sed aduerte quis dies debeat scribi. Nã si actus fit post mediam noctem, notarius debet scribere diem sequentem: videlicet quòd actus sit factus in die sequenti. Si verò ante mediam noctem, debet scribere diem, quæ præcessit. vt not. Ioan. de Imola. in cap. primo extra: vt eccle. beneficia. per not. in dicto. cap. consuluit: & in dicta. l. more Romano. Et idem not. Angel. de Perusio in. l in vsucapionibus, cum. l. sequenti. ff. de vsucap. vbi etiam dicit notabiliter, quòd vbi notarius ignorat horam: vel quia est in villa, ita, quòd nescit si est ante mediam noctem, vel post, dicat actum in tali nocte quæ fuit inter diem Mercurij præcedentis & diem Iouis sequentis, quod bene not. ¶ Sed quid si tabellio ante mediam noctẽ incœpit scribere, & post mediam noctẽ consummauit? dic, quòd debet apponere tẽpus actus consummati, & non incohati. vt not. Innocen. in dicto. c. consuluit. vnde debet attendi momentum, in quo actus perficitur, & secundum id momentum iudicari, quod est notabile vt dicit Bald. in. l. si quis eum. §. si suo. ff. de vulga. & pupil.

32 QVAERO † decimò, & vltimò. Notarius stipulatur instrumentum de nocte, vel scribit testamentum, vel similia. an sufficiat, quòd ibi sit vnum lumen tantum? dicas, quòd nõ: imo requiruntur tria lumina, vt probatur in. l. j. §. tria lumina. ff. de ventre inspicien. & not. Bart. & doct. in l. non minorem. C. de transac. Et est ratio, ad hoc vt testes possint bene cognoscere contrahentes, vel testatorem, & ad hoc ne comittatur aliqua fraus, quæ faciliter de nocte, quæ est obscura, posset comitti, vt in. c. consuluit. extra de officio de lega. Et ideo tu tabellio, sis semper cautus, vt nunquam scribas instrumentum, vel testamentum de nocte, nisi ibi adsint tria lumina accensa, per prædicta. Et idem ego credo, quando notarius conficeret instrumentum in loco obscuro, in quo clausæ essent fenestræ, vt communiter contingit in infirmis iacentibus in lecto: quia est eadẽ ratio, & suspicio: quod bene not. in practica.

Barptholomæus Cæpola Veronẽsis iuris vtriusque Doctor.

SVMMAE.

1 *Pro viginti milliaribus datur vna dies, tantumque temporis pro vno milliari, quantum pro viginti. & numero. 3.*
2 *Dies quædam legalis, quædam vulgaris.*
4 *Ambasciatores, seu legati hora tertiarum reuertentes, estò quod legatione functi, an pro integro die mercedem consequantur, distingue, vt nu. 6.*
5 *Dominorum numero crescente vel decrescente, an salarium famuli crescat, vel decrescat.*
7 *Salarium in dubio præsumitur constitutum pro labore, & interesse.*
8 *Etiam vltimo die primi anni ad prosequendam appellationem impedito, datur secundus annus.*
9 *Milliarium diuersitas in Alemania. Sed de talibus definiendis statur iudici.*
10 *Iudex milliaria determinat ex valetudine iter facientis, ita vero, vt non plura, quàm viginti constituat.*
11 *Milliarium commensuratio vbi incipiat, & an fiat per vias rectas, an obliquas vel lubricosas.*
12 *Viam rectam non securam omittens, non incidit in pœnam statuti.*
13 *Viæ frequentatæ pro inusitatis, estò quod breuioribus, non sunt relinquendæ.*
14 *Viam frequentatam omittens, si à grassatoribus spolietur, imputatur illi, non domino loci, aut ciuitati.*
15 *Locorum mensuratio duplex, per viam & sine via. quæ sine via est, rectà & per aerem fieri potest.*
16 *In prohibitis iuxta locum aliquem certo milliarium numero habitare, mensuratio non rectà, seu per aerem fit, at per viam, qua iri solet.*
17 *Statuta, estò quod longè porrigantur, intelliguntur secundum locum, vbi fuerunt condita & dubia à conditore interpretationem capiunt.*
18 *Exulans ab vna ciuitate, an exulasse dicatur à confœderatis vel statuto coniunctis, numero 19. 20. 21. 22*
23 *Passus quid, & quid pes. 24. & 25.*
26 *Digitus quid, & quid pertica.*
27 *Stadium & leuca quid.*
28 *Tessara quid.*
39 *Pondus quid, atque quis eius inuentor.*
30 *Libra quot vncijs constituatur.*
31 *Vncia quid, & vnde.*
32 *Dragma quid, & stater. 33.*
34 *Siclus quid.*
35 *Siliqua quid, & scrupulus. 36.*

LEX TERTIA.

IN ITINERE. In itinere faciẽdo debet dari vna dies ꝑ singulis.xx. milliaribus: & si quod milliare est vltra, etiam vnum tãtùm dari debet etiam alia dies integra:nisi aliter de die conuentum sit.h.d.vsque ad.§.eius.diuiditur in duas partes.in prima ponitur declaratio vnius dicti.in secunda ponitur vna exceptio.secunda ibi.quæ di-
1 numeratio.¶ † Nota quòd itinerãtibus dantur xx.milliaria pro qualibet die.vt hîc,&.l.j.ff.si quis
2 cautio.Et ista dies appellatur † dies,seu dieta legalis.vt not.per glos.& doc.in.c.nonnulli in principio.extra de rescriptis.¶ Est & alia dies, seu dieta,quæ appellatur vulgaris. videlicet secundum quam potest cõmuniter, & vulgariter iter fieri: & de ista diæta loquitur tex.in dicto.c.nõnulli in princi.& ibi per glos.& in.c.statutum.§.cum vero eiusdem de rescriptis in.vj.& ibi etiam de hoc not.¶ Est etiam dies,seu dieta singularis.ideo dicta, quia quis vtitur felici diplomate, id est quia tantùm ire solet vna die,quantùm alius in duobus,& de isto loquitur.l.continuus.§.cum ita.ff. de verbo.obliga.Et adde quod in omni hebdomada debet dari vna dies quietis,vt est glos.not. in.c.cupientes.§.quod si per.xx.de electione in
3 vj.¶ Nota secũdo,quod licet † .xx.milliaria dentur pro vna die,tamen si esset etiam vnum milliare tantùm vltra.xx.datur alia dies:& sic debẽt habere duos dies integros.Et per istum tex.dixit Bar.in.l.de diuisione in fine.ff.sol.mat.quod ambasciatores,qui reuersi sunt in tertijs debent habere salariũ pro vna integra die.pro hoc facit.l.in vsucapione in princi.ff.de diuersis,& temporalibus præscript. &.l.qua ætate in princip.ff.de testamen.&.l.ad rem publicam.ff. de muneribus, & honoribus.&.l.j.ff.de manumissio.titu.generali.& facit.l.ab hostibus.§.sed quod simpliciter.ff. ex qui.cau.maio. Sed in contrarium,quod non debeant habere integrum salarium,sed pro rata temporis tãtùm:facit.l.tertia.§.minore.ff.de minoribus,&.l.in omnibus temporalibus actionibus.ff.de actio,& obligatio.& dicta.l.de diuision. ff.solut.matrimonio.Item facit ad hoc optimè.l. seio in principio.ff.de annuis.lega.vbi dicit,quod tam labor quàm pecunia diuisionem recipit. ¶ Item pro hoc,quod notat Guido de Suzaria. Alber.de Rosa.& Angel. de Perusio.in.l.continuus.§. cum ita.ff.de verborũ obligatio. vbi di-
4 cunt,ꝙ si † Ambasciatores maturius sunt reuersi non debent habere salarium totius temporis pro quo creati fuerunt.¶ Item pro hoc.l.Lucius.§.à te peto.ff.de legat.secundo.& quod ibi not.Petr. Albe.de Rosate, & Bald. vbi dicunt per illum tex.quod si est facta solutio ambasciatoribus pro vno mense, & ipsi expediuerunt, & reuersi sunt infra xv.dies vel tres septimanas,quod tenẽtur restituere salarium pro rata temporis. ¶ Itẽ pro hoc ꝙ not.Bal.in.l.liberti libertæq; in sexta columna.C.de operis liber.vbi dixit,quod siquis de sero discedit.non debet computare totã diem pro salario.allegat.l.secunda.ff.de annuis legatis.
5 † ¶ Item pro hoc facit,quod not.Barto.in dicta. l.Seio in principio.ff.de annu.lega.vbi dixit notabiliter, quod si famulus scholariũ cœpit stare cũ duobus,vel tribus,& duo recesserunt, quod debet habere minus de salario eatenus quatenus labor minuitur per illum text.& idem tenet Bal. in prima constitutione Digestorum ad fin. versic.de famulo scholarium,& idem tenet ipse Bal. in auten. habita in fin.C.ne filius pro patre. & vide omnino Albe.de Rosate.in.l.eodẽ in fin.C. locati.vbi etiam ponit,quod quando superuenit vnus scholaris,debet augeri salariũ ad rationem laboris.¶ In isto articulo,qui est quotidianus reperio vltra prædicta varias doctorũ sentẽtias.Nã Albe.de Rosa.in dicta.l.Lucius.§.à te peto.ff.de lega.secundo sic distinguit,aut salarium est eis datum gratia honoris,aut gratia expensarum vel laboris.primo casu non refundit,sed debet habere salarium pro integro tempore,vel die.vt.l.creditor.§.si inter.ff.mandati.Secundo casu refundit aut minuitur salariũ,si minuantur expensæ, vel labores:vel econtrario augetur salarium aucto labore,vel expensa per dicta.l.Seio in principio.ff.de annuis legatis. ¶ Sed Ludouicus de Roma. in dicta.l.de diuisione solu. matri. aliter,& sic distinguit.aut ambasciatores sunt vsi fœlici diplomate, putà quia celeritate sua longitudinẽ itineris præuenerunt,adeo,quod vbi alius in aduentu ad ciuitatem posuisset communiter integram diem,ipsi posuerunt etiam partem diei,& tunc glos.singularis in.l.eos.§.fin.ff.de falsis,vult eos debere percipere salarium pro die integra. sed dicit Ludouicus quod illa glos. est falsa, quia solùm pro ea rata diei debet solui,vt est casus in dicta.l.continuus.§.cum ita. versiculo sed si diplomate.ff.de verborum obligatio.arguendo de tempore ad rem,quod fieri potest.vt.l. miles ita hæredẽ.§.j.ff.de testamẽtis militis & ita determinat Mar.Sulimani.& Guido de Suza.ibi in dicto §.cum ita.aut ambasciatores non sunt vsi fœlici diplomate, sed communi cursu iter peregerũt, & tunc etiam credit,nõ pro die integra, sed pro rata eos salarium percepturos,quia illud commensuratur tempori:ergo commensuratur mensura tempo

temporis, quemadmodum comensuratur mercedi mensura laboris, vt dicta .l. Seio in princi. ff. de annuis legatis, & ad hoc facit. l. qui iusulam. §. qui ædes. ff. locat. Et sic vult Lodouicus quòd in omni casu salarium deberet solui pro rata temporis.
6 ¶ Ego autem † in ista materia puto aliter & pleniùs esse distinguendum vltra omnes. Aut enim in hoc est facta conuentio, quòd debeat solui pro rata temporis, vel pro integra die, & illa est seruanda l. j. §. si conuenerit. ff. depos. & idem statutum, vel consuetudo in ciuitate, vel loco circa hoc disponens, sicut est in ciuitate Veronæ, quòd prima dies, qua recedunt ambasciatores, & vltima qua redeunt computantur pro vna, quia tunc illi statuto, vel consuetudini standum est. aut nulla est conuentio, vel consuetudo, vel statutum, & tunc salarium datur ambasciatoribus habito respectu ad certa milliaria in die. exemplum promittitur ambasciatoribus salarium decē ducatorum pro singulis. xx. milliaribus, aut datur, vel promittitur salarium simpliciter pro honore aut pro expensis, aut pro labore, aut pro expēsis, & interesse, aut dubitatur pro qua causa datur, ¶ Primo casu quando datur, vel promittitur salarium habito respectu ad certa milliaria, tunc si pro viginti milliaribus debet habere certum salarium in die: Si iuerit per. xl. milliaria in vna die, debet habere salarium duplicatum, ac si iuisset duobus diebus. xx. milliaribus pro quolibet die. & ista est glos. singularis quæ ita dicit, & bene in. l. eos in fi. ff. ad. l. Cornel. de fal. quæ nō bene reprehenditur in hoc per Ludouicum de Roma. in. l. de diuisione. ff. solut. matrimo. quia de hoc est casus ita intelligendo in. l. cōtinuus. §. cum ita. ff. de verborum obligatio. ¶ Secundo casu quando salarium promittitur, vel debetur pro honore: tūc debet dari pro integra die, vel integro tempore. quod not. in. l. creditor. §. si inter. ff. mand. & ita in hoc tenet quod dicit Albe. de Rosate in. l. Lucius. §. à te peto. ff. de leg. secundo. ¶ Tertio casu quando datur pro labore, & tunc debet dari sine dubio pro rata laboris per. l. Seio. in principio. ff. de annuis legatis, quia sicut diminuitur in tēpore labor, ita debet diminui salarium, per id quod supra dixi de salario famuli. ¶ Quarto casu quando datur pro expensis sicut faciunt Veneti, tunc debet habere salarium inspectis expensis, quas fecit die qua redijt, & non inspecta die reditus, ex quo salarium commensuratur cum expensis, & non cum labore, vel itinere. ¶ Quinto casu, quādo datur salariū pro expensis & interesse, & tunc inspicitur quantum sit interesse. Exemplum est in aduocato, vel procuratore, qui est ambasciator, & redijt in tertijs hoc est hora tertiarum, vel post nonas, ante, quàm cōponat sarcinulas suas per totam illam diem non poterit dare operam aduocationi, vel procurationi vel si recessit in tertijs, vel in media die, & per totam illam diē fuit occupatus ad componendas sarcinulas, & tunc dico, quòd debet habere integrum salarium, argu. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex quibus causis maior. cum ibi notatis, & ita aliâs fuit practicatum in persona mea, dum essem legatus in ciuitate mea Veronensi, sed si nullum interesse, vel expensas habuit in componendo sarcinulas, vel alio modo, & tunc credo, quòd nō debeat habere, nisi pro rata temporis, etiam si fuisset vsus fœlici diplomate: & isto modo intelligo, quod not. doc. in. l. continuus. §. cum ita. ff. de verborum obliga. & ita potest saluari quod dicit Ludouicus de Roma in. l. de diuisione. ff. de solu. matri. Sexto casu quando dubitatur pro qua causa detur salarium, & tunc in dubio considara quantitatem salarij: quia commensuratur expensis, præsumitur dari pro expēsis: & tunc serua quod supra in hoc dixi: aut salarium est maius, & tunc
7 † in dubio credo esse datum pro labore, & interesse, quia ista est natura salarij, & mercedis: text. est in. l. j. §. in honorarijs. ff. de varijs, & extraordi. cogni. & in dicta. l. Seio. in principio. ff. de ann. lega. cum similibus. Et propterea debetur pro rata temporis tantùm. Et hoc intelligo etiam si ambasciatores fuissent vsi fœlici diplomate, putà, quia in vna die tantum itineris peregerint, quantum communiter alij in duobus diebus per dictam. l. cōtinuus. §. cum ita. ff. de verborum obligatio. & quod ibi not. per doct. & in hoc potest saluari decisio Ludouici de Roma in. l. de diuisione. ff. solu. matrimo. quia hoc casu crescit interesse, sed quia negari non potest, quòd crescit labor, pro illa rata laboris, deberet crescere salariū. argu. dictæ. l. Seio in princi. ff. de annuis lega. cum ibi notatis de salario famuli, quod bene not. quia sæpe de facto euenit, quòd ambasciatores recedunt in media die, & redeunt in tertijs, vel media die, vt scias an, & quando deberent habere salarium integrum, vel pro rata temporis. Et idem est dicendum, quando conducitur procurator, vel aduocatus, aut medicus, vel similes extra domicilium suum pro certo salario.

VLTIMO allegatur iste text. secundum Iaco. de Are. & Albe. de Rosate. hîc, quòd si in
8 prosequenda † appellatione iuxta finem primi anni fui impeditus, secūdus annus integrè mihi dari debeat, & pro hoc in authen. de his qui ingred. ad appellan. §. j. & ff. ad Turpil. l. in Senatus.

in fin.& de verborum obligatio.l.& ideo.& hoc tenent Angelus de Perusio.& Ioannes de Imola. in.l.si ita stipulatus essem abs te, cum.l.sequenti, quæ est in secunda cartha.ff.de verborum obligatio.vbi dicunt,quòd si vna die in fine primi anni in appellatione appellans fuerit impeditus, datur alius integer annus ad prosequendam appellationem:& dicit Angelus de Perusio, quòd ita consuluit Venetijs:& idem sequitur Angelus de Aretio insti.de actio.in.§.rursus.& per eundem in.l.si expresim.ff.de appellatio.de quo per Doct.legistas in dicta.l.si stipulatus essem abs te. & per Canonistas in cap.ex ratione extra de appellatio.etiam habetur per glossam in fin.in cap. si electio.in vj.& ibi per doc.

OPPONITVR contra istum textum. & videtur,quòd in itinere faciendo non dentur viginti milliaria pro singulo die,sed inspiciatur arbitrium boni viri,id est iudicis,qui debet arbitrari iter agentis secundum posibilitatem ipsius itinerantis, vt.l.continuus.§.cum ita.supra de verborum obligatio.glos. hîc, & ibi secundum Irnerium soluit,quòd ibi loquitur in contractibus,hîc & in .l.prima.ff.siquis cautio.loquitur in iudicijs,in quibus certum tempus est statutum. sed Petrus de Bellapertica dicit,vt refert Bartol. hîc,& in dicta.l.j.& dicto.§.cum ita,quòd nescit istam differentiam,& quòd idem est in iudicijs, quod in contractibus.Sed vera solutio est secundum eos,quòd hîc, & in dicta.l. prima,milliaria sunt limitata,at in.§.cum ita,non sunt limitata: ideo statur arbitrio iudicis.facit ad hoc.l.prima. §.primo.ff.de iure delibe.&.c. de causis extra de officio deleg.ista solutio nunquam mihi placuit. Nam si intelligimus de milliaribus limitatis tam respectu quantitatis quàm numeri,hoc non posset habere locum:quia non staremus legi, sed limitationi factæ per statutum,vel consuetudinē. Si intelligeremus de limitatione milliarium tantùm,hoc etiam procedere nō potest,quòd den-
9 tur viginti milliaria in die, † quia in Alemania vnum milliare de suis est pro quinque milliaribus nostris Citramontanis communiter. Nam non deberent dari pro singulo die viginti milliaria Theutonicorum itineranti, quia oporteret in die itinerari per centum milliaria de nostris (quinquies enim viginti centum efficiunt.)quod esset imposibile. Sed saluando istam opinionem potest dici, quòd.l.ista,&.l.prima.ff. siquis cautioni.loquuntur,vbi sunt limitata milliaria,id est quantitas eorum tantum,& non numerus:quo casu lex vult,quòd in itinerando illa milliaria,eorum quantitates considerentur, siue sint longiora,siue breuiora,sed quòd dentur viginti milliaria pro quolibet die, & pro quolibet milliari dentur viginti millia passuum.Sed vbi non esset aliqua quantitas milliarium determinata à statuto,vel consuetudine,& tunc statur arbitrio iudicis:& ita loquitur dictus.§.cum ita.

¶ Alij,vt Alber. de Rosa.in dicto.§.cum ita soluūt aliter,videlicet,quòd ista.l.& dicta.l.prima. ff.siquis cautio.cum similibus. limitatur per di-
10 ctũ.§.cum ita.† Nam licet hîc taxentur viginti milliaria pro quolibet die:tamen circa hanc taxationem versari debet arbitrium iudicis ex valetudine, & ætate iter facientis &c. vt dicto.§. cum ita Sic & aliâs vbi lex taxat certam pœnam. tamen in ea versatur arbitrium iudicis cum causæ cognitione:vt not.in.l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his,qui not.infamia,& in.l.& si seuerior.C.eod.titu.& hoc videtur etiam tenere Bal. in dicta.l.prima qui dicit, quòd lex præsumit quemlibet vna quaque die posse perambulare viginti milliaria.si tamen ex qualitate personæ aliter esset,vt quia quis est claudus,vel infirmus, vel nimis senex,iudex posset aliud arbitrari.videlicet maiorem dilationem,iuxta not.in.l.de die. ff. qui satis. cogantur.& probatur in dicto.§. cum ita.& ista videtur mihi verior opinio, & fuit originaliter Imberti de Bobio. Et propter hoc dico si correrius esset, siue cursor non staretur limitationi legali per dictum.§.cum ita.facit quod dicam.ĭ.in.ij.q.

11 QVAERO primo,à quo loco † incipiant milliaria?glos.hîc dicit,quòd à continentibus ædificijs:vt.l.mille passus infra eodem.Sed dixit Barto.quòd debemus dicere aliter secundum ea,quæ dicta sunt in.l.secunda.in principio supra eo.videlicet aut dixit à ciuitate,aut à Padua, dic vt ibi dixi in primo & secundo notabili.& in primis quatuor quæstionibus principalibus.

QVAERO secundo,an mensuratio milliarium debeat fieri per directum, an per vias, quæ sunt obliquæ?& dic, quòd debet fieri per vias directas,non obliquas ex circuitibus, vt est casus notabilis in.l.nō solùm.§.annus.& ibi not. maximè per Baldum.ff.de excu.tu.& est text.& ibi Bartol.in.l.secunda.& in.l.siquis per publicum.C.de curs.publi.libro duodecimo.& probatur in.l.penultima,& fin.C.de naucul.libro vndecimo.¶ Ex quo not.quòd Bernarius,vel Correrius non debet habere salarium,nisi pro via recta,& non obliqua,& hoc sentit hîc Bart.& expresè hoc not.in.l.veteres.ff.de itinere actuque priuato,per illum textum.& idem not. Alber. de Rosate in.l.non solum in principio.ff.de excu. tu.nisi

tu.nisi via breuior sit eis suspecta, & longior magis secura. est textus, cum glossa notabili in.l.eos. in fine. ff.de falsis. vt notat Bartolus in dicta.l. veteres. & in.l. continuus. §. cum ita. ff. de verborum obligationib. & in. l. Imperator. &. l. quidam non habent. ff. de appellatio. per illum textum, & ibi per domi. meum Angel.de Aretio.& idem not. Alberic. de Rosat. in suo opere statutorum, in prima parte. quæstione quinquagesimaseptima. vbi dicit, quòd stante statuto, quòd mercimonia, & victualia conduci debeant per vias directas, & non anfractus sub certa pœna: & aliqua via directa non erat secura
12 propter guerram, vnde † aliquis omisit directam viam, & iuit per indirectam, quòd non incidit in pœnam statuti: allegat not. in dicta.l.non solum.in principio.& quod ibi dixi.ff.de excusatio. tuto. ¶ Item debet fieri mensuratio per viam magis frequentatam, vt not. Bartol. in dicto. §. cum ita, & habetur in dicta.l.eos. §.final.ff.de falsis.quod est notãdum cõtra muliones, & barcharolos, seu nautas, & similes: quoniam † non de-
13 bent relinquere vias vsitatas, & frequentatas pro inusitatis, & nouis, licet breuioribus. Facit.l.rem non nouam.C.de iudic. Et ideo si tunc incurrerent aliquod periculum, vel damnum, debet esse suum, & non dominorum: & est etiam notandum contra illos, qui faciunt contra deuotum, quia si reperiũtur extra vias vsitatas, est suspicio contra eos, vt not.Bartol. in.l.ij.C.de curs. publi. libro vndecimo. per illum textum, & in.l.penulti. qui fiscales.C.de nauicula. libro vndecimo. & idem not.Flo.in.l.arboribus.§.idem tractat.ff.de vsufruct.& in.l.ij.§. quod diximus. in fine.ff. si quis caut. & Angel. de Aretio in.l.Imperator.ff. de appellatio. Facit.l.si quis post hanc, cum ibi notatis per Cyn.& doct.C.de bon. proscript. & quod not.in.l.si fugitiui.C.de seruis fugit.& in.l.si quis non dicam rapere.C.de episcopis & cleri. & in.l.cætera.§.si quis ad opus.ff.de legatis primo.

¶ Et ex his est etiam notandum, quòd si quis
14 dominus promiserit † manutenere viam securam, & quis iuerit per vias inusitatas, & derobatus fuerit, quòd ille dominus loci non tenetur ad emendationẽ damni, vt singulariter not.Bartol. & Flor. in.l. prima. §. primo. per illum textum. vbi omnino vide.ff.de his qui deiecer. vel effude. & eos sequitur Angel. de Aretio.in.l. Imperator.ff.de appellatio. ¶ Hoc tamen fallit, nisi via inusitata esset magis secura, vt dicta.l.eos.§. final. & suprà dixi, quia tunc excusaret. ¶ Secundo fallit, quando esset Correrius, vel cursor, & iuisset per viam inusitatam communiter itinerantibus, sed vsitatam cursoribus. argumen.l. plenum.§. equitij. ff. de vsu, & habit. & hoc sentit hîc Barto. qui dicit, quòd si est Correrius, debet fieri mensuratio per viam, per quam vadunt Correrij. ¶ Tertio fallit, nisi propter aliquam iustam causam omiserit viam consuetam, putà propter excrescentiam fluminis, vt dicta.l.secunda.§.quod diximus.ff.si quis caut. facit.l.Cæsar.ff.de publi. &.ff.de liber.causa. & hoc tenet Flor.in dicto.§.quod diximus. ¶ Quarto fallit, quando via vsitata esset lubricosa, vt.l.qua actione.§.primo.ff.ad legem Aquiliam.ad quod vide quod statim dicam. ¶ Quinto fallit, quando esset actum inter partes, quòd teneret vnam viam inusitatam: quia tunc imputandum esset mittenti: quia mala electio sua esset in culpa, per iura vulgaria. ¶ Item non debet fieri mensuratio itineris per viam suspectam, & si quis vadit per viam suspectam, est in culpa: vt dicta.l.eos. §.final.cum gloss.ff.de falsis.& not. per docto. in dicta.l.continuus.§.cum ita.ff.de verborum obligatio. quod etiam facit contra muliones, & itinerantes, vt statim dixi de itinerantibus per viam inusitatam. Item non debet fieri mensuratio per viam lubricosam, & quis per eam ire non debet, cum possit ire per aliam meliorem, licet sit longior, vt probatur in.l.qua actione. ad legem Aquiliam. quod not. contra brentatores, & portatores vini, vel vitreorum, qui vadunt per viam lubricosam, & breuem, cum possint ire per aliam licet longiorem, quia si cadunt, & frangunt vitra, vel spargunt vinum, vel similia, tenentur ad emendationem damni, vt not. Angel. de Aretio in dicta.l.imperator.ff.de appellatio. quæ omnia bene not. quia quotidiana sunt.

15 QVAERO tertiò, qualiter via † mensurari debeat? & Bartol. hîc, & in dicta.l. prima. in fine. ff. si quis caut. dicit, quòd aut fit mensuratio propter terminum eundi, & redeundi, & tunc fit mensuratio per viam magis frequentatam, prout via est, vt dicta.l.eos. §.final. & dicta.l.prima. §.primo.ff. de his, qui deiecer. vel effude.cum similibus.& ita intelligantur, quę dixi in præcedenti quæstione: & idem vbicunque tractamus de spatio, de spatio (inquam) ratione itineris, aut mensuratio fit ob aliam causam, vt putà, dicit statutum, quòd illi intelligantur vicini, qui sunt propinqui per vnum milliare, vel dicit, quòd non possit eligi potestas de terra propinqua per quadraginta milliaria, vel quando quærimus quantum distat vna ciuitas ab alia: nam tunc non debet fieri mensura-

tio per iter, seu per viam vsitatam: quia de illa non curatur; sed de termino, qui est in medio inter vnum locum, & alium: & ideo debet fieri per rectitudinem loci, & si non posset fieri mensuratio per rectitudinem termini, fiat per aërem, & dicit, quòd ita est determinatum in quadam extrauaganti, in qua Papa statuit, quòd monasteria mendicantium non posint esse propinqua infra certum spatium. Et adde omnino quod not. Bartol. in suo tractatu de alluuionibus. in vigesima figura, quæ incipit hæc figura differt ab omnibus, & non omittas. Et vide, quod dicam in proxima quæstione.

16 QVAERO quartò, statutum est † in ciuitate Venetiarum, seu pars capta in consilio rogatorum, quòd banniti non posint stare prope confinia territorij, à quo banniti sunt, per quindecim milliaria, ne habeant causam redeundi ad territorium, & ibi iterum malefaciendi, quomodo hoc casu debeat fieri mensuratio, an per aërem, & sic per directum, an vero per viam, iuxta ea quæ dixi suprà in secunda quæstione. Et credo, quòd mensuratio debet fieri per viam, & non per aërem, ex quo illa pars est facta propter terminum eundi, vel redeundi, vt dixi in præcedenti quæstione. Et ita etiam obseruatur.

17 QVAERO quintò, † stante dicta parte, seu statuto, de quibus milliaribus intelligatur, an de milliaribus, quæ obseruantur, & mensurantur in loco, in quo delictum est commissum, & delinquens bannitus: an vero de milliaribus Venetorum, qui dictum statutum condiderunt? Ista quæstio fuit de facto, non est diu in persona cuiusdam domini Strafolij de Teruisio, qui dum esset bannitus à Teruisio, & eius territorio, fuit captus prope territorium Teruisinum, & mensurando milliaria (prout faciũt Teruisini) erat prope confinia per quindecim milliaria, sed mensurãdo milliaria secundũ quod faciunt Veneti, non erat prope per quindecim milliaria: quia milliaria Venetorum sunt breuiora, quàm Teruisinorum. Fuit declaratum per dominium Venetorum, siue concilium, quòd intelligebant de milliaribus Venetis, ex quo statutum erat factum Venetijs, & sic fuit relaxatus, cui declarationi standum est: quia ad principem, qui fecit legem spectat declaratio, & interpretatio, vt. l. Neratius consultus. infrà titulo proximo. & in cap. cum venissent, & ibi materia. extra de iudi. Sed nunquid vbi per dominium nulla esset facta declaratio ita debent intelligi? In hoc sunt consideranda tria loca. ¶ Primò locus Ciuitatis Venetiarum, in quo est factum statutum. ¶ Secundò locus, seu territorium, à quo delinquens est bannitus. ¶ Tertiò locus, in quo potest stare bannitus: scilicet remotus per quindecim milliaria à territorio, à quo est bannitus. Et teneo, quòd deberent considerari, & attendi milliaria secundum vsum Venetorum, sicut declaratum fuit, & bene. Nam quando est dubium, qualiter verba alicuius proferantur, vel prolata intelligantur, & dubium pendet ex verbis, tunc debet inspici consuetudo regionis, vnde est proferens, vt est text. & ibi hoc not. Bartol. in. l. nummis. ff. de legatis. iij. & pro hoc est text. in. l. semper. in stipulationibus, & quod ibi not. per Bartol. in titulo proximo. Et ideo, neque locus, à quo delinquens est bãnitus, neque locus in quo stare debet, attendendus est quantum ad mensurationem milliarium.

QVAERO sextò, de alia quæstione, quæ nunc est de facto hîc: statutum, & consuetudo

18 † antiquisima est, quòd illi, qui sunt banniti de ciuitate, & districtu Veronæ sint etiam banniti de ciuitate Vincentiæ, & eius districtu, & econtra. quidam Veronensis, qui bannitus est de Verona, & Veronensi districtu captus est hîc in ciuitate Paduæ, quia dicitur, quòd est prope confinia territorij, à quo est bannitus: quia bannitus est etiam vigore statuti à territorio Vincentino, cuius confines non distant à Padua per quindecim milliaria. Captus se defendit dicẽs, quòd ista milliaria debent mensurari à territorio Veronensi, non Vincentino, quia in condemnatione dicitur solummodo, quòd sit bannitus de Verona, & territorio Veronensi. In hac quæstione puto sic esse dicendum. aut in condemnatione dicitur expresè, quòd sit bannitus de Verona, & territorio Veronensi, & Vincentino, & non habet dubium, quòd capi potuit. aut dicitur de Verona, & territorio Veronensi iuxta consuetudinem, & statuta, & idem. aut dicitur simpliciter sit bannitus de Verona, & territorio Veronensi: sicut dicitur communiter, & tunc credo, quòd milliaria debeant mensurari à finibus territorij Veronensis, & non Vincentini: quia pars capta Venetijs dicit solummodo, quòd non debeat stare prope confinia territorij, à quo est bannitus, sed per sententiam est bannitus solùm à territorio Veronensi. ergo de illo tantùm debet intelligi, cum pars illa sit pœnalis. argumen. l. cum quidam. ff. de liberis & posthumis. & l. si præses. & l. interpretatione. ff. de pœn. cum similibus. Et licet intelligatur esse bannitus etiam de territorio Vincẽtino vigore statuti, & antiquę consuetudinis, tamen illud est per fictionem, & non verè, quia si verba condemnationis banni loquantur

quantur solùm de Verona, & Veronensi. illud statutum, vel consuetudo extendens ad Vincentinum non potest esse, nisi per fictionem, quia extendit ad casum, de quo non loquitur. argumen.gloss.in.l.j.§.accedat, in verbo præsumatur. C. de rei vxor. actione. vbi dicitur, quòd fictio cadit super certo, & habetur in.l. siue possidetis.C.de probatio. & not. per dominum Antonium de Butr.in cap.literas.in fine. extra de tem
19 por. ordina. Ergo statutum, seu † pars superueniens pœnalis loquens, quòd quis non possit stare prope confinia territorij, à quo est bannitus, nō debet intelligi de territorio Vincentino: quia statutum, maxime pœnale, non debet intelligi, nisi in casu vero, non autem ficto: vt.l.iij.§.hæc verba.ff.de negotijs gest.cum similibus. pro hoc vide quod dicam in.§.sequenti.in prima oppositione. ¶ Præterea illa pars est facta, ne quis habeat causam redeundi ad locum territorij, in quo deliquit, vt in ea dicitur. Sed locus territorij, in quo deliquit, est Veronēsis, non Vincentinus, ergo de illo intelligenda est, quod bene nota: quia est quotidianum: & nunc est de facto. Et ex his infero ad decisionem alterius quæstionis similis, quæ est magis cōmunis. Nam debetis scire, quòd
20 si aliquis subditus † alicuius Regis, vel domini est bannitus in vna ciuitate regni, vel dominij. Intelligitur bannitus in omnibus alijs ciuitatibus, & locis subditis Regi, vel domino, vt est gloss. valde notabilis in cap.j.in titu. hîc finitur lex, incipiunt consuetudines regni, in gloss. prima. quæ incipit nunquid vasallus, in fine. in vsib. feudo. quam ad hoc allegat, et sequitur Alber.de Rosa. in suo opere statutorum in quarta parte.quęstio.lxxxv. & idem tenet in.l.non dubito.ff.de captiuis. &
21 idem † est dicendum in pluribus ciuitatibus cōfœderatis, vt si quis est bannitus in vna ciuitate, intelligatur etiam esse bannitus in qualibet alia simul confœderata, ita, quòd in qualibet puniri possit, vt probatur in.l.non dubito. in fi.ff.de captiu. & ibi hoc not. & tenet Alberi. de Rosa. & idem etiam tenet in dicta quæstio.lxxxv. Modò
22 † si Rex, vel dominus faceret statutum, quòd bannitus ab vno territorio non debeat stare propriè confinia illius territorij per quindecim milliaria, intelligeret de territorio illo tātùm, de quo est lata sententia, non autē de alijs subditis Regi, vel domino, vel confœderatis: quia in illis intelligitur bannitus per fictionem, & non verè: ex quo de illis non loquitur sententia banni, quod perpetuò tene menti: quia de vita hominis agitur, & poterit tibi facere honorem, & vtilitatem.

QVAERO septimò, an in dubio dentur itineranti viginti milliaria pro singulo die, vt hîc, &.l.j.ff.si quis cauti. An verò milliaria secundum possibilitatem itinerantis, dic, vt colligitur ex his, quæ dixi suprà in vnica oppositione, & ex his, quæ dicam in sequenti quæstione.

QVAERO octauò, quid si sit mentio de diçta, an intelligatur de diæta vulgari secundum consuetudinem regionis, an de legali, secundum quod viginti milliaria cōputantur pro vna diæta, de hoc dic, vt per gloss.in cap.nonnulli. in principio. in verbo per duas diætas. extra de rescrip. & ibi per omnes doctores, & per gloss. & docto. in capitu. statutum.§.cum non. de rescriptis. libro sexto. Facit ad hoc, quod dixit, suprà in quæstione præcedenti.

QVAERO nonò, quomodo intelligi debeat text.in fine.dum dicit, si de die non conueniat, & gloss. in verbo de die, intelligit duobus modis, vno modo, vt si conueniat, vt vna tantùm die perficiat viginti milliaria, & vnum: quia tunc non habebit, nisi vnam diem. & sic versicu. hîc in fi.ibi, quæ dinumeratio, refertur solummodo ad proxima, videlicet dum dixit, quòd pro viginti, & vno milliari debet habere duos dies, nō habeat locum, quando conuenit, vt haberet nisi vnam diem tantum, alio modo intelligit gloss. vt si non conuenit de certo numero milliariorum per singulos dies, procedat totus iste text. & sic versi.finalis refertur ad omnia superiora.

QVAERO decimò, & vltimò: quia hîc fit mētio de passu, quid est passus? & gloss. hîc dicit,
23 quòd est † quinque pedum, & ad hoc semper allegatur, & idem not.gloss.decreti.decimaseptima quæstione quarta.in cap.sicut antiquitus. quæ dicit, ꝙ passus est mensura quinq; pedum, & Bal.in l.j.circa princip.ff.si quis cau.& idem not.Flo. in l.viæ latitudo.ff.de seruitu. rusti. prædio. & Alber.de Rosa.in.l.mille passus.infrà eodem. Et fuit originaliter dictum Beati Isidori, in sexto decimo libro Ethymologiarum cap.xv. de mensuris
24 agrorum. ¶ Sed † pes debet intelligi secundum consuetudinem regionis, argumen.l.semper. in stipulationibus. infrà titulo proximo, secundum Bartol. hîc: quod est verum. ¶ In dubio tamen vbi non appareret aliter de consuetudine, pes est spacium quinque digitorum, vt dicit gloss. notabilis in dicto cap. sicut antiquitus, & idem dicit Bald.in.l.j.ff.si quis cau.& ibi per Doctor. & Alber.de Rosa.in.l.ij. circa princip.C.de his, qui ad eccle.confugi. dixi etiam de seruitute in.j.quæsti. & Salice.in.l.j.in antepenult.quæstio.C.de inter-
25 di. † Aliàs tamen pes dicitur extrema pars corporis. vt dicit gloss.rubric.C.de pedan. iudi. sed hoc modo non capitur hîc: & scribit beatus Isidor.in dicto decimosexto Ethymologiarū, de mensuris

agrorum:& refert etiam Flor.in dicta.l.viæ latitudo: quòd digitus † est minima pars agrestium
26 mensurarũ,vncia habet tres digitos:palmus quatuor digitos: pes vt dictum est quinque digitos: passus quinque pedes, vt hîc in gloss. ¶ Pertica passus duos habet,& pedes decem,pertica autem fuit dicta à portãdo, quasi portita: omnes enim mensuræ præcedẽtes in corpore sunt. vt palmus, pes,passus,& reliqua sola pertica portatur,est autem pertica decem pedum,vt dixi ad instar cala-
27 mi Megachiolis mensurantis tẽplũ. ¶ Sed † quid est stadium,dic quòd est octaua pars vnius miliaris,quo currebat Hercules vno anhelitu, vt not. gloss.instit.de rerum diuisione.§.vniuersitatis.& in.l.intantum.§.vniuersitatis.ff.eodem tit. Et ita etiam Isidorus. libr.xv.cap.xvj de itineribus, sic describens dicitur, stadium octaua pars miliarij est,cõstans passibus centum vigintiquinque.Hoc primùm Herculem statuisse dicunt, idque, eo spatio determinasse,ꝙ ipse sub vno spiritu confecisset,ac proinde stadium appellasse, quod in fine respirasset, simulq́;, & stetisset,de quo Aul. Gell. lib.j.cap.j.in noct.Attic.¶ Leuca autem, (de qua fit mentio in cap.ex parte B. extra de foro competen.)dicitur secũdum Philippum spatium continens duo milliaria. Sed secundum Hostiensem xij. leucæ continent xx. miliaria, & sic vnam diętam, vt hîc.&.l.j.ff. si quis cau.Et sic tres leucas quinque miliaria efficiunt. Franciscus Vercelensis dicit, quòd Leucæ sunt magnæ in Francia,maiores in Burgundia:& maximæ in Alemania secundum Philippum,& do.Anto.de But.in dicto capit. ex parte.& ibi per doct. de hoc vide secundum Alber.de Rosat.in.l.nullo passus.infrà eodem.vbi dicitur.

Quinque pedes passum faciunt, passus quoque centum
Vigintiquinque stadium,si mille requiras,
Octo dabunt stadia, hæc triplicentur, dant tibi leucam.

28 Tessara † verò dicitur quarta pars cuiuslibet mẽsuræ, vt est text. cum gloss. in.l.sed & si susceperit.§.si libertus.in verbo tessaras in fine.ff.de iudicijs.quæ allegat etiam in libro Regum.¶ Vidimus aliqua de mensuris, de quibus plenius habetur per Isidorum in libro sextodecimo Ethymologiarum capitu.xv.de mensuris agrorum. & libro xvij.capitulo xxv.de mensuris, vbi plura alia genera mensurarum nominantur, dic vt ibi, sed nunc dicimus aliquid de ponderibus:quia hîc melius conuenit, quàm alibi in hoc titulo. Et pri-
29 mò videamus de pondere. † Pondus, vt scribit Isidorus in dicto capitu.de ponderibus: prius legitur Moses inuenisse: primus Phidon Argiuus ponderum rationem in Græcia constituit: & licet alij antiquiores extiterint,sed iste hac arte expertior fuit.Pondus dictum est,eo, quòd in statere libratum est,abusiuè autem pondus libra vna est:vnde dupondium dictum est,quasi duo pondera, quod nomen adhuc in vsu retinetur secundum Isidorum: & quòd pondus largè loquendo capiatur omne, quod in statera positum est: & strictè capiatur pro vna libra duodecim vnciarum, & dipondium pro duabus libris: & sic vigintiquatuor vncijs,tenet gloss. institu. de hæredib.institu.§.hæreditas. in gloss. magna, quæ ponit etiam versum.

As solus, pondus. As est possessio tota.

Et vide etiam gloss.in.l.Quintus Mutius scribit, in.§.ij.in verbo pondus.ff.de auro & argen. leg. quæ dicit,quòd pondus idem est, quod libra, & de hoc quid sit pondus, vide etiam Albe.de Ro-
30 sat.in.l.lecta.ff.si certum petatur. ¶ Libra † duodecim vncijs perficitur,& inde habetur perfecti ponderis genus, quia tot constat vncijs, quot mensibus annus. Dicta autem libra, quòd sit libera,ac cuncta intra se pondera concludat,secundum Isidorum in dicto cap. de ponderibus. & quòd libra duodecim vnciarum sit,indubiè tenet Bartol.in.l.secunda.C.de metal. & metall. libro vndecimo.& pro hoc gloss.institu. de hæredib.institu.§.hæreditas.Et septuaginta duo aurei faciunt vnam libram.vt est text. in.l.quotiescunque.C.de suscep.& præpo.& arcarijs. libro decimo. & ibi per doct. & idem not. etiam Hostien. in summa. de postulan.§.secundo. & habetur in
31 cap.j.de foro competen. in sexto. ¶ Vncia † dicta, quòd vniuersitatem minorum ponderum sua vnitate:vnciat,id est complectatur. Constat autem dragmis octo, id est scrupulis vigintiqua-
32 tuor.¶ Dragma † dicitur octaua pars vnciæ,& denarij pondus argenti tribus constat scrupulis, id est decem,& octo siliquis secundum Isidorum in præallegato cap. de ponderibus, & dicit gloss. in.l.ij.C. de metall. & metalla. libro vndecimo. quòd tres scrupuli dragmam, & octo dragmæ vnciam secundum Physicos constituunt: sed Archidiaco.xxiij.quæstio.vltim.ca.tributum, dicit, quòd dragma est numus certæ quantitatis habens imaginem Regis.Dragma verò dragmatis est quarta pars stateris.Dragma dragmatis est genus carminis, de quo dicitur cantica dulcia dragmatis,Drama etiam sine g est Canticum Persarum, quo scriptum est Canticum amoris, & declinatur à quibusdam drachma. æ. vt habetur in historia Euangelij. capitul. cum scandalizatores autem . ¶ Dragma est denarius va-
33 lens duos nummos vsuales. ¶ † Stater autem duo

duo didragmata, sicut dicit Hieronymus significat. Vnde versus.

Dat nummos didragma duos, stater id duplicabit.

33 Ita not. Archidiac. xj. quæstio. j. magnum. † Stater, de quo habetur per textum, in cap. tributum. xxiij. quæsti. vltima. est pondus argenti, & dicitur stater quarta pars sicli secundum Iordanem, & est media correpta. Vnde versus.

Correpta statere fit longa statera statere.

(Qui tamẽ versus sua non constat mensura.) secundum Archidiaco. xxiij. quæstione vltima. in dicto capit. tributum. in princip. sed secundum Isidorum libro xvij. capitu. de ponderibus dicit, quòd stater medietas vnciæ est, appendens aureos tres. vnde vocatur stater, quòd tribus solidis stet: siclus est quarta

34 † pars vnciæ. Facit ad hoc text. cum gloss. in verbo vnciam, in. l. fina. §. filium. ff. de annuis legatis. Sed dicit Isidorus in præallegato titu. de ponderibus: sicil. qui latino sermone siclus corruptè appellatur, Hebræum nomen est, habens apud eos vnciæ pondus, apud latinos autem, & Græcos quarta pars vnciæ est. & stateris medietas dragma appendens duas. vnde cum in literis diuinis legitur siclus vncia est, cum verò in literis gentilium quarta pars vnciæ.

35 ¶ Siliqua † est quarta pars vnciæ: vt est tex. cum gloss. prima. in authenti. sed hodie. C. de episcopis & clericis, & text. cum gloss. in verbo siliquarum in. l. j. C. de imponenda lucra. description. libro decimo. & gloss. in. l. fina. §. filium in verbo vnciam. ff. de annuis legat. quæ dicit idem de silico, vt significat sicut siliqua (melius est in. l. liberto. §. quidam filium in gloss. Sicilicum.) Sed secundum Isidorum in loco præallegato: siliqua est vigesimaquarta pars solidi, ab arbore: cuius semen vocabulum tenet, & siliqua dicitur. ¶ De hoc tamen vide gloss. omnino in authenti. nullum credentem agricolæ. in verbo siliqua, collatio. quarta. quæ dicit, quòd siliqua capitur pluribus mo-

36 dis. dic, vt ibi per eam. ¶ Scrupulus sex † siliquarum pondere constat. hìc apud Græcos gramma vocatur. Scrupulus autem dictus per diminutionem à lapillo breui, qui scrupulus vocatur, & secundum gloss. in. l. ij. C. de metallar. & metall. libro. xj. est vigesimaquarta pars vnciȩ, & tres scrupuli dragmam, & octo dragmæ vnciam, & sic octo scrupuli, id est tertia vnciæ. ¶ De alijs nominibus ponderum vide plenè per Isidorum in dicto capitulo de ponderibus: quia prædicta sufficiunt quantum ad materiam legalem, & canonicam. De signis etiam ponderum vide per eundem Isidorum eodem libro capitulo xxvj. de signis ponderum. Barptholomæus Cæpola Veronensis.

SVMMAE.

1 *In captiuitate decedens hærede tum successore caret.*

2 *Prima hora captiuitatis qualiter intelligenda.*

3 *Ius postliminij super æquitate fundari.*

4 *Verbum non potest, iuris potentiam denotat.*

SEIVS, QVI. Qui moritur apud hostes in eorũ captiuitate seruus moritur, ideo eius nõ dicitur hæreditas. hoc dicit.

1 ¶ Et est † ratio, quia seruus de iure ciuili non habet hæredem, vel successorem, vt. l. seruus. C. communia de success. Nam quod attinet ad ius ciuile, serui pro nullis habentur. vt l. quod attinet. infrà titu. proximo. ¶ Opponitur de. l. lege Cornelia. ff. de testamen. & qui testa. &c. & l. lex Cornelia. ff. de vulgari & pupilla. cum similibus. vbi habetur, quòd imò illi, qui moriuntur in hostium potestate, habent hæredes. Gloss. prima soluit, quòd hìc loquitur de iure stricto: quia illo inspecto non habent hæredẽ vt hìc. Sed contraria loquuntur de æquitate: quia lex Cornelia fingit eos decessisse prima hora captiuita-

2 tis, & probatur institu. de testa. §. fina. † Et intellige prima hora captiuitatis exclusiuè: quia si staret inclusiuè, fictio legis Corneliæ nihil operaretur. Et ideo melius gloss. diceret præambula hora captiuitatis, vt dicit gloss. in dicto. §. fina. id est hora, quæ præcedit ipsam captiuitatem, & sic tempore quo erat liber. ¶ Ex hac solutione glos. not. quòd fictio legis Corneliæ fundatur, super

3 æquitate. quod no. ad multa: † sic etiam ius postliminij fundatur super naturali æquitate. vt est text. in. l. postliminium est ius. in principio. suprà de captiuis & postlimi. reuer. ¶ Item not. quòd strictum ius significat idem, quod rigor iuris ad differentiam æquitatis. quod not. propter statuta, quæ sepissimè dicuntur, quòd procedatur de stricto iure &c. ¶ Potes soluere contraria, secundo modo. videlicet, quòd hìc loquitur inspecta veritate, quia verè mortuus est seruus, & sic non habet hæreditatem. Contraria loquuntur inspecta fictione legis Corneliæ, quæ fingit mortuum apud hostes in captiuitate fuisse mortuum præambula hora captiuitatis, vt dicit gloss. institu. de testamentis. §. fina. & pro hoc est text. cum gloss. in. l. in omnibus partibus, suprà de captiuis. & est ratio: quia lex fingit super certo, vt dixi, suprà in sexta quæstioue. ¶ Et ex hac solutione, quæ vera est cum præcedenti solutione gl. not. quòd quando sequimur veritatem, & non iuris fictionem, tunc dicimur sequi strictum ius, & sic iuris rigorem non æquitatem, quod not. per. l.

placuit.C.de iudic.cum materia.¶ Tertio modo potest solui notabiliter videlicet,quòd hîc loquitur propriè,quia propriè dicitur mori seruus inspecta veritate vt dixi. Sed contraria loquuntur impropriè per fictionem legis Corneliæ, & ista solutio probatur apertè in dicta.l.lege Cornelia. ibi,licet minus propriè massarius hæres dicatur. ff.de testamen. ¶ Ex hac solutione not.singular. quòd proprium significatum dicitur,& sumitur habito respectu ad veritatem,sed si haberetur respectus ad fictionem,& veritas sit in contrarium, diceretur significatus improprius, & hoc etiam not.& tenet do.Paul.de Castr.in dicta.l.lege Cornelia.ff.de testamen.& est valde vtile propter interpretationem statutorum, in quibus standum est regulariter proprio significatui, vt.l.iij.§.hæc verba.ff.de nego.gest.cum simi. Et hoc adde his, quæ dixi suprà in rubr.in quarta quæstione quartæ partis principalis,vbi posui quæ dicatur, & sit propria significatio.¶ Item ex hac solutione not. coniuncto textu. dum dicit non potest, quòd verbum non potest,denegat potentiam iuris secundum veritatem tantùm,& non secundum fictionem,quod facit ad not. in cap.sciscitatus. extra de rescript.& ad ea,quæ dicam infrà in.l.verbum oportebit.infrà eo.

OPPONITVR secundò cōtra textum dum dicit,quòd ille,qui moritur apud hostes,seruus decedit:quia quis potest mori apud hostes liber,& non seruus, putà si esset legatus, vt est tex. in.l.si quis legatum.ff.de legationibus. huius timore gloss.fina.hîc subaudit in captiuitate hostium, quasi dicat,secus si moriatur apud hostes, & non in captiuitate,& bene dicit.

QVAERO an seruus posſit hæredem habere, & gloss.hîc.ij.dicit, quòd sic, vt hîc, & in quibusdam alijs casibus,qui ponuntur hîc in glo. & plenius per gloss. in.l.seruus.C.communia. de succes.Barptholo.Cæpo.Veronensis.

SVMMAE.

1 *Verbum res pecuniam cōtineret,non contrà.Illud ergo latius, hoc angustius censendum.20.*

2 *Rei vendicatio quando competat.*

3 *Pro legato tres actiones competere,fallit si legatum est genus.*

4 *Legem ad aliam nonnunquam continuari,& capitulum ad aliud.*

5 *Quædam rerum genera, vel species non esse in cuiusquam patrimonio, & tamen sunt res. numero 7.8.& 9.*

6 *De libero homine,de q; re sacra ex statuto,quoniam res sunt. vectigal seu gabellam solui posse.*

10 *Pecunia quid,vnde,& quis primus inuētor,& quare inuenta.nu.12.13.15.17.18.& 19.*

11 *Triginta denarios, quibus vēditus Christus fuit,primam extitiſse pecuniam.*

14 *Pecunia tum largè,tum strictè sumitur.*

15 *Vbi de numerata pecunia vel pretio mētio fit, ibi contractus emptionis præsumitur.*

16 *Pretium nonnunquam mercedem significare.*

21 *Omnibus rebus cum pronomine posseſsiuo donatis, an nomina donata censeantur.*

22 *Donatis rebus per verbum pertinere, aut simile, nomina censentur donata.*

23 *Rerum appellatione cum pronomina poſſeſsiuo, an homines contineantur.*

24 *Bona & res differunt.*

LEX IIII. & V.

PECVNIAE.j. & l.Rei appellatio,vno contextu explicabimus. appellatio ergo pecuniæ cōtinet omnem rem æstimabilē,quæ est,vel potest esse sub dominio nostro. Sed rei appellatio continet etiam res, quæ non sunt, nec esse possunt in dominio nostro, vt sunt res sacræ,religiosæ,& similes.text. cum gloss.cum.l.sequenti vsq; ad.§.operę.In tex.in.l.rei.ibi, quę extra.dic,id est, quæ non est posſibile esse in patrimonio nostro secundum Dyn.& Albe.ibi in patrimonio sunt,dic, & esse possunt secūdum Dy.
1 ¶ Nota,quòd verbum † res,est magis generale, quàm verbum pecunia. Nam verbum rei generale est,vt.l.j.in fi.ff.si certum petatur.vbi de hoc not.quod est notandum pro statutis, vel alijs dispositionibus loquentibus de re, vel pecunia. ¶ Opponitur,id est videtur,quòd.l.pecunię contradicat.l.sequen.Nam prima.l.dicit. quòd pecunia significat rem,& in sequen.dicitur, quòd appellatio rei latior est, quàm pecuniæ: ergo pecunia non significat rem in totum.Gloss.prima, timore huius contrarij dicit, quòd lex rei limitat l.præcedentem.quia verum est,quòd pecunia significat rem.vt.l.pecunię,quod intelligit rem omnem quæ sit, vel esse posſit in patrimonio nostro.vt.l.rei appellatio,quæ sequitur. ¶ Opponitur secūdò, dum dicitur in.l.rei appellatio, quòd rei appellatio significat,etiam quæ sunt extra patrimonium nostrum. de.l.in rem.ff.de rei vendi. vbi dicitur,quòd appellatio rei nō genus,sed speciem certam significat,Gloss.fina.in fin.hic dicit, quòd illa lex quoad tractatum intelligit. vult dicere, quòd ibi loquitur in materia rei vendicationis, in qua ita demum † competit rei vendi-
2
catio,

catio,si res,quę petitur ex aliqua specie debeatur, & quam constat esse debere vendicantis,vt eo.titu.l.in rem actio. &.ﬀ.de auro & arg. lega.l.Quintus.§.argēto. Sed si res deberetur in genere putà homo, tūc nunquam peteretur rei vēdicatione.
3 Hinc est,quòd licet pro re legata † in specie competant tres actiones,scilicet personalis, hyppothecaria,& rei vendicatio, vt.C.communia de lega. l.j.& sacrosanc.eccl l.fi. pro legato tamē in genere non cōpetit rei vendicatio.secundum Dy.Oldra.& Alberic.de Rosa.hîc.

QVAERO primò an.l.rei appellatio continuetur cum.l.præcedenti?& gloss.j. in.l.rei appellatio, dicit,quòd sic:ex qua glos.not.quòd vna
4 lex † aliquando ċōtinuatur ad aliam.Vide aliam gloss.similem in.l.Titius.§.Lucius.in verbo partus.ﬀ.de libe.& posth.& vide aliam in.l.ij.in princip.ﬀ.de verbo.obligat. quæ continuat illam.l.ad præcedentem.& gloss.in.l.de pupillo.in princi.ﬀ. de noui oper.nūn.& in.l.non videtur.ﬀ.de acquiren.pos.& glo.in.c.qualiter & quando.ij.in princi.extra de accusa.quæ continuat illud.c.ad præcedens.& pro hoc.c.cognoscentes. extra de constitu.quod secundum aliquos cōtinuatur ad præcedens capitulum.facit quod not.Ioan. de Fantucijs.ij.q.j.in primis. Sed in cōtrarium,quòd de lege ad legem non sit cōtinuatio necessariò facienda,solet allegari gloss.pro singulari in.l.Gallus. in princi.in verbo posthumos.in fin.ﬀ.de liberis & posthu. Sed tu adde gloss. similem in.l.ij.quæ est etiam finalis.C.de petitio.bon.subla.lib.x. in glos. j.quæ dicit,quòd leges Codicis non continuantur,cum quælibet per se certè esse debet,vt.C.de no. codic. confir.§.quibus.& ita etiam not.Bart. in dicta.l.secunda.qui allegat etiam ad hoc gloss. in.l.quoniam liberi.C.de testib. Circa quod dic, quòd continuari possunt,vt hîc,& in iuribus primo loco allegatis, sed non de necessitate semper: & ita intelliguntur glossæ vltimo loco allegatæ: & de ista materia, an, & quando vna lex ad aliam legem,vel vnus.§.ad alium.§.vel versi. ad versi.vel tituli ad titulum cōtinuētur, vide quod plenissimè scripsi in rubric.extra de testamentis: & dic,vt ibi, & dicam aliquid in.l.bona ciuitatis. in fine.infrà eodem.

QVAERO secundò, quomodo intelligatur text.dum dicit in.l.rei appellatio. quòd rei appellatio continet ea,quæ sunt extra computationem patrimonij?Et gloss. hîc in verbo continet,
5 exemplificat quatuor modis: † primo modo in re sacra,religiosa,sancta,& in libero homine,quę non sunt,nec esse possunt in patrimonio nostro. vt institu.de rerum diuisio.in princip. &.l.j. &.l. apud Iulianum.§.fina. & ista exemplificatio est vera. & approbatur per gloss. hic in fine. Et ex hac glos.not.singulariter secundum Raynerium hîc, quòd appellatione rei continetur homo li-
6 ber.† Et sic potest sumi argumētum. secundum eum ad statutū, quod dicit,quòd de qualibet re, quæ transit per pōtem,debet solui vnus solidus, certè debebit solui etiam de libero homine:quod est valdè not. Et idem videretur esse dicendū de re religiosa, vel sacra, quando tale statutum esset conditum ab eo, qui haberet potestatem, etiam in rebus sacris,& religiosis. iuxta not. in.l.j.C. de summa trinita.& fide catholica.& in cap. quæ in ecclesiarum.& in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. extra de constitu.cum similibus.Quod ego limito, nisi statutum loqueretur de solido habito respectu ad libram. Exemplum.statutum dicit, quòd de qualibet re debeant solui duo denarij pro libra,nam tunc neque de libero homine,neque de re sacra, vel religiosa(quæ sunt inæstimabiles,neque continent aliquod interesse æstimabile) solui debent:quia vbi non conueniunt verba statuti,ibi nec statuti dispositio, vt.l.iiij.§.prætor ait. in fine.in versicu.toties,& ibi hoc not.ﬀ de dam. infect.Ad hoc, vide quod not. do. Paulus de Castro in.l.neque leges. ad finem.ﬀ.de legib. & dixi suprà in rubr.in septima quæstione.ij.partis principalis,in secunda limitatione in illo articulo, an & quando verba debeant aliquid operari. ¶ Se-
7 cundo † modo glo. exemplificat in his quæ non sunt,nec esse possunt in nostro patrimonio,vt in hæreditate iacente, & in his, quæ conceduntur occupanti,vt institu.de rerum diuisio.§.item la-
8 pidi.¶ Tertio † modo exemplificat in seruitutibus personalibus,& realibus,quæ nec sunt in patrimonio nostro,nec extra.vt.l.j.ﬀ.de vsufruct. le-
9 ga. ¶ Quarto † modo exemplificat in actionibus,& obligationibus,quasi contineantur appellatione pecuniæ, non rei, vt.l.rei.infrà eodē. Sed gloss. dicit, & bene, quòd prima exemplificatio verior est,& nō aliæ,quia in alijs res illæ possunt conuerti in pecuniam.vt.l.ij.C.de constitu.pecu. & doct.hîc transeunt cum gloss.& bene.

QVAERO tertiò,quia hîc fit mentiò de
10 pecunia,quid est † pecunia?& dic,quòd pecunia propriè est substantia de pecoribus veniens: vt probatur prima quæstione tertia. in cap. totum quicquid,& idem not.Francisc. Zabarel. in cle.j. §.porrò.de verbo.significatio.

QVAERO quartò, vnde dicatur pecunia?dic quia antiqui, quod habebant, in pecoribus habebant.vt scribit Augu.in libro de doctrina Christiana, & habetur in dicto.c.totum quicquid.in fine.prima quæstione tertia. Facit quod dixi in præcedenti quæstio.

QVAERO quintò, quis fuit primus, qui inuenit pecuniam, & quæ fuit prima pecunia, quæ fuit fabricata in mundo? dic, quòd Iares pater Abrahæ, qui erat optimus artifex, fuit ille, qui primò monetam fabricauit in mundo, & eam fabricauit ad petitionem Regis Nini, qui tūc re-
11 gnabat, & prima pecunia fuit † xxx. denarij (quos fabricauit ille idem) qui dati fuerunt Iudæ per Iudæos pro proditione Christi, secundū Alb. de Rosa. in. l. j. ff. de contrahen. empt. qui dicit ita vidisse in scriptura authentica.

12 QVAERO sexto, quare † pecunia fuit inuenta? dic vt per text. & ibi per doct. in. l. j. suprà de contrahen. empt. & per Angel. in. l. si nauis. ff. de rei vendica.

QVAERO septimò, quid contineatur appellatione pecuniæ, & quot modis sumatur verbum, pecunia? de hoc vide gloss. ordi. & notabilem in. l. ij. in fi. C. de consti. pecu. & gloss. j. q. iij. totum quicquid. & gloss. ordin. xiiij. q. iij. putant. & glo. in authen. vt omnes ob. iudi. prouinc. §. j. hoc considerantes. in verbo pecuniarum. coll. v. & gl. in. l. ij. §. item Mutium. in verbo pecuniam. ff. si
13 cer. pet. † Et dic, quòd aliquādo totum quicquid homines habent in terra, omnia, quorum domini sunt, pecunia vocatur. Seruus, vas, ager, arbor, pecus, quicquid horum est, pecunia dicitur. vt est text. in. c. totum quicquid. j. q. iij. & probatur. xxviij. q. j. si infidelis. in fi. & no. gl. xiiij. q. iij. putāt. Aliquando nomen pecunię iura continet, vt hîc, & not. glo. Aliquando, & speciem, & rem quamlibet. vt in dicto. c. totum quicquid. & in. l. quisquis. ff. de leg. iij. & hîc, vt not. gloss. in dicto. c. totum quicquid. & Ioan. And. in. c. final. is qui conqueritur. in prin. extra de solut. vbi dicitur, quòd appellatione pecuniæ, etiam res continentur. vt. l. pecuniæ. in prin. j. e. & l. j. §. fi. cum. l. ij. & iij. s. de calū. & l. ij. §. fi. & ibi gl. C. de cōsti. pecu. & l. j. ff. e. de cōsti. pecu. & l. nam quod. §. fi. & ꝙ appellatio pecuniæ ponatur pro tota substantia, etiam probatur hoc in. l. propemodū tātum. j. eo. & in. l. litigatores. §. quod ait. ff. de arbit. & in. l. liber homo. §. j. ff. de stipu. seruo. & probatur in. l. j. C. ob chirograph. pecun. & ibi hoc not. Iaco. Butrig. intelligendo de qualibet re, quæ sit in patrimonio nostro, vel esse posit, vt hîc in text. & glosis, & hîc largissimè comprehenditur res appellatione pecuniæ. vt not. gloss. penulti. in dicta. l. ij. C. de con-
14 stitu. pecu. ¶ Aliquando † verbum pecuniæ, largè sumitur, & significat tantum omnia, quæ consistunt in pondere, numero, vel mensura. vt. l. ij. §. item Mutium. ff. si certum peta. & not. gloss. in dicta. l. ij. C. de constitu. pecu. & habetur in. l. talis scriptura. ff. de leg. j. & in. l. Balista. ff. ad Trebellia. Aliquando sumitur strictè pro pecunia numerata, vt. l. j. C. de probatio. & instit. de contrahen. emptio. §. item pretium. & not. gloss. in dicta l. ij. & in authenti. vt omnes obed. iud. prouinciarum. §. hæc considerantes. & habetur in. l. j. §. si quis seruum. ff. depo. & in. l. quamuis. ff. de vsur. & l. lex, quæ tutores. C. de administratio. tuto. & no. gloss. xiiij. quæstio. iij. putant. Et ista pecunia numerata appellatur pretium, vt not. gloss. final. j. quæstio. iij. totum quicquid, & habetur in dicto §. item pretium. ¶ Et adde, quòd quando fit
15 † mentio de pecunia numerata in dubio intelligitur contractus emptionis, vt est gloss. notabilis in. l. apud Celsum. §. si cum legitima. in glossella parua. in verbo pretio accepto. ff. de doli except. & facit. l. fina. cum gloss. C. de præd. Curia. j. lib. decimò. & ita dicit Lodouic. de Roma. in. l. singularia. ff. si certum petatur. Item quando fit mentio de pretio intelligitur de contractu emptionis: quia pretium solùm concernit contractum emptionis, & venditionis, vt est gloss. singularis in dicta. l. final. licet aliquando ponatur pretium
16 † pro mercede. vt not. Azo. in summa locati. §. primo. & probatur. ff. loca. l. si quis insulam. §. qui ędem. & in. l. in lege. §. locaui. ita dicit Bartol. in sua disputatione, quæ incipit Publicanus quidam. Sed tu adde gl. similem in dicto. §. sed cum legitima, & aliam in. l. illicitas. in princip. in gloss. prima. ff. de offic. præsid. & aliam etiam in. l. cum dotem. C. de iure do. & vide ad hoc Bal. in. l. Gallus. §. & quid si tantum. in princip. tertiæ colum. ff. de liber. & posthu. quod bene not. quia illæ glo. melius allegantur, vt dixi secundum Bartolum, quàm secundum Lodouic. licet vtroque modo possint allegari, ex quo pecunia numerata dici-
17 tur pretium, vt suprà dixi. ¶ Aliquando † pecunia sumitur pro pœna. vt. l. ex compromisso. ff.
18 de recep. arbitris. † Aliquando sumitur pro sorte, & vsuris. vt. l. qui Romæ. §. Callimachus. de
19 verborum obligatio. † Aliquando sumitur pro datione. vt. ff. de conditio. & demonstratio. l. cum seruus. Circa hoc tamen, quid contineatur appellatione pecuniæ, vide plenè per Bartolum. & docto. in. l. talis scriptura. ff. de legatis primo. & per gloss. & omnes doct. l. ij. C. de constitu. pecu. & vide. l. propemodū tantum. & l. pecuniæ. in prin. & quod ibi dicam pro complemento materiæ huius verbi pecuniæ, infrà eo.

20 QVAERO octauò, † quid contineatur appellatione rei? & hîc est text. quòd continentur omnia etiam, quæ non sunt in patrimonio nostro, nec esse possunt, & continentur etiam iura, & actiones, vt. l. rei appellation. infrà eodem. & sic corporalia, & incorporalia, vt institu. de rebus

bus corpo.& incorpo. &.l.j.ff.de rerum diuisio. & omnis obligatio, & contractus, vt in.l.sequen. quæ incipit, nominis, & rei. in princi. infrà eod. & vide quod in eis dicam. ¶ Item continetur tota hæreditas sub appellatione rerum, vt est text. notabilis, & ibi hoc not. Bartol. in.l.licet.C.de pact. de quo dic, vt ibi per eum, & doct.

21 QVAERO † quid si dono tibi omnes res meas? An videar tibi donare nomina debitorum meorum? & videtur quòd sic. vt.l.cogi.in princi. &.l.si legatus.§.j.si quis bona sua.ff.ad Trebellia. in contrarium facit, quia illud est meum, quod vendicare possum. vt.ff.de auro & argen.lega.l. Quintus.§.argento. sed nomen vendicare non possum: quia personalis actio, & realis distinguuntur, vt species quasi oppositæ. vt instit.de actio.§. j. Item hoc pronomen meum, est pronomen possessiuum, sed iura personalia non possidentur, vt l.iij.in princip.& ibi not.ff.de acquiren. possessio. ergo non includuntur in tali donatione. & hæc opinio est verior secundum Bald. in.l.j.in princi. ff.de stat.ho. Sed de ista quæstio. vide plenius per Barto. qui aliter dicit in dicta.l.Quintus.§.argento.& per Dy.in.l.sequenti.in prin.& ibi dicam.

22 QVAERO decimò, † quid si dico dono tibi res ad me pertinentes, an includantur nomina debitorum? dic, quòd nomina debitorum includuntur: quia verbum rei est verbum generale, vt hîc.&.l.j.in fi.si certum petatur. &.l.rei appellatione. infrà eo. vbi est casus: & ita tenet Guliel. de Cunio. Cyn.& Bald. in dicta.l.j.ff.de statu hominum.& bene.

23 QVAERO vndecimò † nunquid nomine rerum mearum contineantur homines mei? & videtur, quòd non: quia personarũ ius est distinctum à iure rerum. vt dicta.l.j.ff.de stat. homi. in contrarium videtur.l.omnia.§.cum ita. de legatis ij.&.l.fina.C.de verborum significatio. & hoc tenet Guliel. de Cunio in dicta.l.j. quod sequitur ibi Bald. nisi essent homines sanguine coniuncti. Nam in generali sermone non præsumitur, quis loqui contra illos de suo sanguine. argumẽ.l.obligatione generali.ff.de pigno. &.l.humanitatis.C. de excusatio.tuto. & extra de appellatio. Postremò. facit.l. talem.§. vltimo.ff. de hæredibus instituendis.

24 QVAERO duodecimò, & vltimò † an sit differentia inter res, & bona? & videtur, quòd sic: quia nomen bonorum magis significat ius, quàm corpus, vel factum. Sed nomen rerum magis factum, id est corpora, quæ facti sunt, demonstrare consueuit, vt in.l.multum.ff.de vsufruct. lega. vt not. Bald. in dicta.l.prima.ad finem.ff.de stat. hominum.& vide, quod dicam in.l.bonorum. infrà eodem. ¶ Cætera circa istud verbum rei. vide quæ dicam in.l.sequenti. in principio. & in.l.rei appellatione. infrà eodem. Barptholomæus Cæpola.

SVMMAE.

1 *Opus non antea dici quàm sit absolutum.*

2 *Operis præstatione grauatus non liberatur, nisi perfectum præstiterit.*

3 *Res denominantur aut à forma, aut à materia, si à forma perfecta, est opus, si à materia, initium sufficit.*

4 *Opus perfectum tunc est, quum eo ad finem cuius gratia cœptum fuit, vti licet, distingue autem. vt numero 6.*

5 *Domum facere promittens, non censetur picturas promisisse.*

7 *Cœpta pro perfectis, quandoque habentur.*

8 *Missam non dicitur quis audiuisse, nisi expectata benedictione.*

S. OPERE appellatione operis venit † opus perfectum, non 1 autem illud quod est tantum incœptũ. hoc dicit. Et aduerte, vt dicit hîc gloss. in fine. quòd iste text. habetur dupliciter in litera. Aliqui enim habent opere locato, & tunc vnus casus tantùm est. & ita habeo in libro meo. Aliqui habent legato, & tunc sunt duo casus. vnus in opere legato: alius in conducto seu locato secundum Dyn. hîc, & vtroque modo litera potest procedere. In textu ibi legato. dic, id est damnato hærede ex causa legati, vt opus faciat secundum Dyn. & Alberic. ¶ Ibi significari. dic quantum ad hoc vt liberetur hæres damnatus opus facere, vel conductor, qui opus faciendum conduxit secundum Dy. & Alberic. Not ex tex. iuncta glos. quòd si testator gra-
2 uauerit hæredem, vt faciat † opus, putà, domum, vel si aliquis locauit mihi operas, vt opus faciat, intelligitur de opere profecto, & sic non liberatur, nisi opus perficiat: & pro hoc facit ratio: quia non dicitur esse actum, donec superest aliquid ad agendum. vt.l.penultima. in fi.C.de his qui. vt indign. & de consecratio. distinctio. iij. in casum. de quo plenius dicam infrà in secunda quæstione. ¶ Opponitur de.l.& si non sint.§. quid ergo.ff. de auro & argento lega. vbi dicitur, quòd appellatione argẽti facti legati, venit etiam illud quod incœptum est, & non completum. Glo. hîc soluit, quòd ibi est fauor in legato, vt veniant etiam imperfecta, & ita hîc est etiã fauor, vt grauatus teneatur ad perficiendum: sed dicit hîc Bar. quòd

ista solutio, non est vsquequaque vera, quia hîc loquitur in legato, & in cōtractibus: quia dicit text. conducto. & ideo dic secundum Oldra. Barto. & Alberic. hîc, quòd hîc ponit propriam significationem vocabuli, quæ est, quòd intelligatur de opere perfecto. Sed quandoque propter fauorem ampliatur, vt in contrario, quia ibi est fauor vltimę voluntatis. ¶ Vel tertiò potest solui sic, † aut
3 res denominatur à sua specie, vt est domus, theatrum, & similia, & tunc non dicitur opus, nisi quando est perfectum, vt hîc, & l. testamentum. ff. de auro & argento lega. aut res denominatur à sua prima natura. vt argentum factum, & tunc sufficit esse factū principium. vt in cōtrario dicti. §. quid ergo. ¶ Vel quartò, etiā solui potest sic, aut fit mentio de opere formiter, id est certæ formæ, & ita loquitur hîc: & l. si is qui quadringenta. §. quædam. ff. ad legem Falcidiam. aut fit mentio de opere informiter, id est sine certa forma: & tunc sufficit esse factum initium, vt dicto. §. quid ergo. & l. stipulatio. §. opus. ff. de noui operis nuntiatio. & hoc in effectu voluit Bartol. in l. j. §. primo. versicu. penulti. ff. de noui operis nuntiatio. & in l. is qui reipublicæ. ff. ex quibus causis maio. ¶ Vel dic, & quintò secundum Dy. hîc in additionibus, & Rayn. quòd aut loquimur de facto. quod potest reduci ad rudem materiam: & tūc illud, quod est incœptum, potest haberi pro impleto, & ita loquitur in dicto. §. quid ergo. aut non potest reduci ad priorem materiam, & tunc secus. pro hoc etiam l. quæsitum. §. illud fortasse. ff. de leg. iij. cum ibi not.

QVAERO, quando dicatur esse opus per-
4 fectum? dic † quando est finitum, & consummatum, vt in vsu, ad quem est factum, esse possit, vt l. ædificia. §. fecisse. infrà eodem. vnde etiam si ornamenta, & picturæ in domo non erunt, tamen poterit dici esse perfectum: vt est gloss. notabilis
5 in dicto. §. perfecisse. ex qua not. quòd † promittens facere vnam domum, non tenetur ibi facere picturas, vel similia, quod bene nota. Circa quod vide omnino, quod dicam in dicto. §. perfecisse. In hoc tamen, quando dicatur opus perfectum, dic, quòd quædam sunt, quæ habent certam formam, vt domus, quæ consistit ex solis parietibus, & tecto. vt l. eum qui ædes. ff. de vsucap. & tunc dicitur perfectum, cum habet debitam formam, quæ ex consummatione operis contingit. vt l. is qui. §. quædam. ff. ad legem Falcidiam. & ita not. Oldra. & Alber. hîc. quædam sunt, quæ non habent certam formam limitatam, vt murus, fouea, quæ magna, siue parua, dicitur fouea, in istis dicatur factum, eò quòd aliquid est cœptum, vt hîc, vt eleganter not. Bartol. in l. is qui reipublicæ. ff. ex quibus causis maio. vbi omnino vide. Et idem ipse not. in l. j. §. j. versicu. penulti. ff. de noui operis nuntia.

6 QVAERO secundò † an, & quando sufficiat esse incœptum, vt requiratur, quòd sit completum opus? dic aut quærimus de his, quæ sunt iuris, vel artis, & in istis nihil dicitur esse actum, donec aliquid ad agendum superest, & hoc ideo ne ars nostra reddatur incerta. vt in. §. quibus. in prima constitu. Codi. Aut quærimus de his, quæ
7 sunt facti, & in hoc distingue: † aut loquimur de factis prohibitiuis, & tunc incœptum habetur pro completo, vt l. furtum. §. & si non totam ff. arbo. furtim cæsar. & hoc est, ne delictum remaneat impunitū. vt l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiesta. aut loquimur de factis permissis, & tunc respectu finis, & effectus, nihil dicitur esse actum, donec superest aliquid ad agendum. vt l. penulti. in fine. C. de his, quibus vt indig. & dixi supra in
8 notabili. Et ideo † non dicitur quis audiuisse missam, nisi steterit vsque ad finem, & acceperit benedictionem secundum canonistas, per dictam l. penulti. in fine. cum similib. & ibi hoc etiam not. sed de hoc est text. apertus. de consecratio. distinctio. j. missas. & in cap. omnes sacerdotes. Similiter nec respectu formæ, vt l. Iulianus. §. sed & si quis. ff. ad exhiben. & l. Seia. ff. de auro & argento lega. & dixi in quæstione præcedenti. Sed respectu materiæ, & processus factum premissum dicitur esse actum, licet aliquid agendum supersit: imò plus dicitur, quòd principium est potissima pars rei, vt l. j. ff. de orig. iur. vnde Horatius.

Dimidium facti, qui bene cœpit, habet.

Cætera circa materiam huius. §. vide in l. ædificia. §. perfecisse. infrà eodem. vbi etiam aliquid dicam. Barptholomæus Cæpola.

SVMMAE.

1 *Duplex huius legis intellectus: secundum approbare videtur.*

2 *Contractum vtrinque obligatorium esse ait.*

3 *Obligatio quædam ciuilis, quædam naturalis, quædam vtraque coniuncta.*

4 *Nomen debitoris quid.*

5 *Nominibus legatis omnes actiones, vel obligationes comprehendi.*

6 *Genitiuus rei, an sit à nomine reus, vt videatur esse tertius intellectus.*

7 *Legatis rebus cum pronomine possessiuo, an nomina comprehendantur, distingue, vt nu. 8. & 9.*

10 *Pronomina possessiua tria (inquit) sunt, adde duo nostrum, & vestrum.*

11 *Pronomina possessiua dominium significant. Fallit* multis

multis modis, vt hic.

12 *Empto debitoris nomine, ad debitum consequendum non proponitur dominium, vel quasi, sed cessio.*

LEX SEXTA.

NOMINIS ET REI. Ista l. in princip. legitur duobus modis hîc in glos. vno modo, vt Iu-
1 risconsultus † Vlpianus hîc velit declarare, quid contineat verbum nominis: & verbum rei etiam per se prolatum. ¶ Alio modo legitur in glos. in fine. quòd velit declarare, quid significant ista duo simul iuncta, scilicet nomen, & res: & quis sit verior intellectus, patebit ex his, quæ dicam infrà. in prima quæstio. Et hoc dicit in summa secũdum primum intellectum. Verbum nomen, siue res comprehendit omnem cõtractum, & obligationem. hoc dicit. Vel sic secundum alium intellectum. Verbum nominis, & rei simul, omnem contractum, & obligationem comprehendit. hoc dicit. ¶ Præmitte pro intelligentia,
2 quòd contractus dicitur ille, † qui est vltrocitróque obligatorius, & non habet locum in testamento, vt in. l. Labeo. §. primo. & l. verba, con traxerunt. infrà eo. & vide quod ibi dicam. Secun
3 dò præmitte, quòd obligatio † est duplex secundum communem opinionem: vna ciuilis, alia naturalis: & aliquando ciuilis, & naturalis simul. vt Instituta. de obligationibus. in princi. & ibi etiam per gloss. & doct. ¶ Tertiò præmitte, quòd no-
4 men † debitoris dicitur ipsa actio, quam habeo contra debitores, vel ipsum ius. vt dicit gloss. in. l. nominis. C. de hæredita. vel actio. vendi. ¶ No-
5 ta primò. secũdum † primum intellectum, quòd appellatione nominis debitoris, continetur omnis contractus, & omnis obligatio: vnde si quis legat, vel donat, vel vendit, nomina suorum debitorum, comprehenduntur debitores ex quocunque contractu, & ex quacunque obligatione, siue ciuili, siue naturali: & hoc ponitur hîc in glos. in princip. per plura exempla. ¶ Hinc est, quòd si venditor nominis posteà compensauerit cum debitore etiam naturaliter, vel aliquid exegit, illud emptori restituere tenetur: vt. l. venditor actionis. §. primo. ff. de hæredita. vel action. vendit. quod est notandum. ¶ Nota secundò. secundum secundum intellectum, quòd appellatione rei venit res, quæ debetur ex quocunque contractu, vel ex quacunque obligatione, vt hic, & l. prima. in fine. ff. si certum petatur. & not. etiam hîc in gloss. post medium.

¶ Nota tertiò, secundum alium intellectum, quòd appellatio nominis, & rei simul coniuncta comprehendit omnem contractum, & obligationem, vt dicitur in gloss. hîc in fine. vnde si lego, vel dono, vel vendo tibi omnia nomina debitorum, & res, veniunt nomina debitorum, & res, prouenientia, & prouenientes occasione cuiuscunque contractus, & obligationis.

¶ Nota quartò, secundum alios, quòd iste text. alio modo intelligitur, videlicet, quòd istæ actiones nominis, & rei ponuntur pro eodem, scilicet pro debito, & debitore: & tunc dicas, quòd
6 dicit litera † rei est genitiuus de reus, non autem de res. vt refert hîc Albericus de Rosate in fine. & est satis bonus intellectus.

¶ Opponitur contra id quod dixi in secundo notabili secundum primum intellectum. & imò videtur, quòd appellatione rei non comprehendatur omnis res ex quocunque contractu, & ex quacunque obligatione: nam si dico lego tibi res meas, non trahitur legatum ad res mihi obligatas, vel ex contractu debitas, vt. l. Quintus. §. argento. ff. de auro & argento legato. ¶ Solutio, sal uando intellectum gloss. hîc potes dicere, quòd gloss. hîc secundum istum intellectum, loquitur habito respectu ad tempus, quod est post acquisitionem, quo casu bene dicit gloss. quòd ex quocunque contractu, vel obligatione fuerit acquisita continebitur appellatione rei secundum Dynum, & Albericum, hîc, & sic vterque intellectus potest procedere, sed primus est vtilior. potest etiam dari alius tertius intellectus. vt dixi in quarto notabili.

QVAERO primò, aliquis legauit mihi res suas, vel dixit lego Titio res meas, an intelligatur de suis, vel meis respectu dominij? an verò intelligatur etiam de sibi obligatis, vel ex con-
7 tractu debitis? dic, quòd non † veniunt res debitæ, vel obligatæ, sed illæ tantùm, quæ sunt in dominio. vt dicta. l. Quintus. § argẽto. & l. Quintus Mutius scribit. in principio. vbi est casus. eodem titulo. de auro & argento legato. Vbi est casus, & dixi etiam in præcedenti oppositione: sed dicit hîc Dyn. & Alberic. quòd ibi illud operatur pronomen, meum, quod adiectum vniuer
8 sitati rerum legatum restringit: sed si † esset adiectum rei singulari: tunc aut est adiectum verbo præsentis temporis, & habet solam demonstrationem, & ideo legatum non impedit. Sed distinguitur scientia ab ignorantia, sicut si simpliciter legaret non adijciendo, meum, aut est adie-

ctum verbo futuri temporis, & habet conditionem, & hoc probatur apertè in.l.nuper.ff.de legatis tertio. & in.l.Stichum, qui meus erit.ff. de legatis primo. Aut dixit nomina, & tunc obligatio, ex qua res debetur, cedit in legatum, vt.l. nomẽ.ff.de legatis tertio.&.l.seruum filij.§.eum, qui chirographum.ff de legatis primo. &.l.prima.C.de donatio. Aut dixit res, & non adiecit, meas, & videtur etiam illam legare, cuius consequendæ ius habet, & illud ius consequenter ad rem cedit in legatum, argumen.ff.de legatis primo.l.apud Iulianum.§.si Titius. &.l.si domus.§. fina. &.l.si tibi homo.§.fina. Aut coniunctim dixit res, & nomina, & tunc tenetur, & debet, & quicquid debetur ex quocunque contractu, & ex quacunque obligatione cedit in legatum: vt hîc.ita dicit hîc Dyn.& Alber. Circa hoc tamen vide, quod dicam in.l.sequenti.

QVAERO secundò, quid si aliquis legat, vel donat omnes res suas, an videatur donare, vel legare etiam nomina debitorum? istam quæstionem ponit hîc Dyn. & Docto.& Guliel.de Cunio.Bald.& doct.in.l.prima.ff.de statu homi. & Bartol. in.l.vxori meæ.ff.de vsufructu legato. & Bartol.pleniùs vltra alios in.l.Quintus.§.argento.ff.de auro & argento legato. & per Floria. in dicta.l.prima.& in.l.prima.C.de vsufructu.& dixi in.l.præcedenti.in principio. in nona quæstio-
9 ne. † Sed dic pleniùs, & meliùs distinguendo. vt
10 per Bartolum in dicto.§ argento. † quandoque ista pronomina possesiua, meum, tuum, & suũ, quæ idem significant, vt.l.si legatus.§.primo.ff. ad Trebellianum. coniuncta.l.meorum. infrà eodem.ponuntur neutraliter, sine aliquo substantiuo, exemplum, si dico, dono, vel lego tibi omnia mea, & non dicit bona mea, & tunc comprehendit iura, & actiones.vt dicta.l.si legatus.§.primo. &.l.nam quod.§.fina. cum.l.sequenti.ff.ad Trebellianum.&.l.morum. cum gloss. infrà eodem. & hîc.Quandoque ista pronomina habent substantiuum generis generalissimi, vt bona sua, vel omnes res suas, & tunc quia appellatio rei est generalis, vt.l.rei.in principio.suprà eodem.&.l.prima. in fine.ff.si certum petatur. & eodem modo appellatio bonorum est generalis, vt.l.bonorum. &.l.princeps bona. infrà eodem. sequitur, quòd continet iura, & actiones, sicut substantiuum aliquod refertur. vt dicta.l.nam quod.§.final. & dicta.l.si legatus.§.primo. ¶ Quandoque habet substantiuum alterius generis. vt argentum meum, vestes meas, & similia, & tunc regula est,
11 † quòd ista pronomina possesiua significant dominium, vel quasi.vt dicta.l.Quintus.§.argento. &.l.seruus.de legatis tertio.Sed istud fallit in pluribus casibus. ¶ Primò, ex natura eius cum quo quis loquitur.vt si dico lego seruo omnem pecuniam suam: nam tunc intelligitur non de vero dominio, sed impropriè prout habere potest, vt l.iiij.in principio.ff. de manumiss. titu. generali. idem est dicendum in monacho, & similibus. ¶ Secundò fallit ratione personæ loquentis: putà, colonus dicit meum campum, vel rogatus dicit meum equum: nam intelligitur quantum ad curam, & sollicitudinem.vt not.gloss.in.l.secunda. in principio.ff.de origin. iur. facit.l.si pupilli. §.item quæritur.ff.de negotijs gestis. ¶ Tertiò fallit ratione rei, de qua quis loquitur, vt si legat aliquis omnibus famulis suis. certè non intelligitur, quòd eos habuit in dominio, vt.l.cum si exhibuisset.§.primo.ff.de publicanis. ¶ Quartò dic tu, quòd fallit ratione amicitiæ, & familiaritatis, quia sæpe vulgariter dicit amicus amico tuus sum in omnibus, & me tuum esse recognosco: nam ista verba non intelliguntur respectu dominij, sed quoad seruitium, vt est gloss. notabilis in.l.final. in verbo ipsi sunt.C.in quibus causis colon.cens. libro vndecimo. facit ad hoc.capitu.cum venissent. extra de institutio. ¶ Quandoque ista pronomina possesiua habent substantiuum speciale, & particulare, vt lego talem librum meum, & tunc, si additur verbo præsentis temporis, facit demonstrationem, si verbo futuri temporis, facit conditionem, vt.l. Stichum.qui meus erit.de legatis primo. &.l.nuper.de legatis tertio.Pro hoc, quod not. Dy. hîc, & dixi in quæstione præcedenti.

QVAERO tertiò, quando est venditum nomen debitoris, quomodo emptor debet agere, & formare libellum contra debitorem? dic, quòd debet dicere, quòd talis res pertinet ad Titium iure dominij, vel quasi, & quòd dictus Titius venditor cessit omnem actionem sibi, quam habebat, pro dicta re vendita, quare petit ipsum condemnari: & cætera. Si enim diceret emptor rem ad se pertinere iure dominij, vel quasi succumberet. ita notabiliter dixit Bartolus in.l.certi, quæ est lex fina.C.de hæredita. vel actione vendita. Et pro ista opinione vide Speculatorem, in titulo de cessione actionis. §. primo.versiculo, Item quid si mihi cedis rei vendicationem? vbi concludit, quòd cedens actionem videtur cedere potiùs actionẽ, quàm rem, & sic dominium rei non transit, allegat.ff.de iur. dot.l.si in sponsalibus.§.fin.& de hac quæstione vide

vide per Baldum.in.l.Prima.C.de actio.& obligatio.& per Angel.in.l.hoc si res.ff.de rei vendi. ¶ Cętera circa istud verbum rei,dic,&vide quę dixi.in.l.rei.in principio supra.& in.l.rei appellatione.j.eo.

SVMMAE.

1 *Ex & ob, quî differant.*

2 *Sola legis sententia,perinde est atque sententia & verba simul,vnde verba licet offendere, modo sensus non offendatur.*

3 *Sola verba legis considerantes, dicuntur iudaizare, vel iudaicè intelligere, & fraudem facere legi.*

4 *Mens & sensus sunt anima legis.*

5 *Quod ex mente legis fit,non dicitur fieri ex interpretatione.*

6 *Ex mente legis actionem directam dari, non vtilem.*

7 *Mens legis,tum statuti,quomodo cognoscatur, remißiuè.*

8 *Legis nomine quid veniat,& vnde lex dicatur.*

9 *Legis dei appellatione ius canonicum, & diuinum continetur.*

10 *Lex humana ius ciuile est.*

11 *Ius diuinum canonicum est.*

12 *Ius simpliciter canonicum,tum ciuile continet.*

13 *Ius in dubio commune est,an verò in compromißis iuris appellatione contineatur commune,an statutarium disputabilis est quæstio.sed distingue,vt nu.22.& 25.*

14 *Verba in dubio capienda sunt in potentiori significato.*

15 *Ius municipale.(tametsi iuri communi derogat,) sequendum est.*

16 *Consuetudo ius est,ex non scripto resultans.*

17 *Contrahentes creduntur in dubio contrahere secundum loci consuetudinem.*

18 *Hæc verba,secundum ius,à superiore prolata,intelliguntur de iure priuilegiato seu speciali.*

19 *Ius municipale nonnunquam dicitur commune.*

20 *Verba in libellantis fauorem interpretanda.*

21 *Iuramentum,estò quod regulariter seruandum, transgredi quandoque licet.*

23 *Coniecturis standum,vbi de mente non constat.septem verò coniecturas enumerat.*

24 *Naturalis causa accidentali præferenda est.*

26 *Statuta secundum iuris ius commune sunt intelligenda:sed cum ius commune sit duplex,distingue secundum quod intelligi debeant.*

27 *Omni iuri renuncians,etiam priuilegiato dicitur renunciare.qui enim omne dicit,seu totum,(regula vulgari)nihil excludit.*

28 *Statuti appellatione nonnunquam ius commune continetur.*

S. VERBUM ex legibus. appellatione legis continentur nó tatùm verba legis,sed etiam ipsa mens cessantibus verbis. hoc dicit secundum glo.hîc.¶ In text. ibi ex legibus.expone id est secundum leges. ibi sententia.dic scilicet sola sine verbis, secundum Oldra.& ibi quæ ex verbis.subaudi vna cum sententia,secundum glos.fin.hîc.& Oldra.& Alber.
1 hîc.¶ Nota primò,dum † dicit ex legibus,quòd dictio,ex,significat causam proximã.licet dictio, ob,significet causam remotã,vt est text.in.l.j.§. ex incendio.ff.de incendio rui.& nauf.& ibi Bar. & per text.glos.& Bart.& doc.in.l.non dubium. C. de legibus.&.l.ex eo tempore.ff. de peculio. & vide tex.in.c.inter dilectos.extra de fide instru. & in.c.auditis in principio.extra de procuratori. & in.c.qualiter.in fine.& ibi per Innoc.de elect. & text.in.c.secundo.ante medium:& ibi per Io. And.extra de noui operis nuntia.& per Bart.in l.prætor ait.§.j.ad fi.ff.de bonis autho.iudi.possi. & in.l.j.in.x.columna.C.de sententijs, quæ pro eo.quod interest.& per Bal.in.l.ex illo.C. de appellatio.& in.l.j.C.si seruus exter. & in.l.tertia.§. quacunque.ff.de iureiur.& per Flo.in.l.qua actione.§.Celsus ad fi.ff.ad.l.aquiliã.Aliquando tamẽ dictio exponitur pro, de, vt est tex.cum glo.in.l. venditor ex hæreditate.in principio.ff.de hęredi. vel actione vend.¶ Nota secũdò, quòd possum dicere hîc.lex dicit hoc cũ ex sentẽtia colligitur, secundum Iaco.de Are.& Albe.hîc.¶ Nota ter
2 tiò,quòd † paria sunt fieri secundum verba, & sententiam, vel secũdum sententiam tantùm,& ita dicit glo.prima hîc, quæ incipit appellatione, & vacat in libro domini Dy.sed in meo est. Et idem econtrario,quia paria sunt fieri contra verba,& sententiam,vel contra sententiam tãtùm, vt.l.non dubium.C.de legi.& ibi de hoc plenè not.& habetur in.l.scire oportet in.§.sed & si maxime.ff.de excu.tu.& in.l.scire leges.ff.de legibus.ex quo not. quòd ille dicitur facere secundum legem,qui facit secundum sentetiam, licet non secundum verba legis:& ille dicitur facere cõtra legem, qui facit contra sententiã, non autẽ contra verba.Nam aliquando permittitur verba legis offendere,dum modo mens seruetur, vt not.glos.in.l.contra legem.ff.de legib.& glos.hîc. ¶ Et ideo not. aliud, quòd potius mens legis

quàm verba, seu verborum cortex, est attendenda: vt in capitulo. intelligentia: & in capitulo. propterea. extra de verborum significati. Et illi,
3 † qui cõsiderant corticem verborũ, & non mentẽ, dicuntur intelligere sicut iudæi qui nesciunt à verbis recedere, vt not. glos. in verbo amplexus, in. l. non dubium. C. de legibus, de quo dic, vt dixi plenè supra in rubrica in sexta quæstione secundæ partis principalis. ¶ Item dicuntur isti etiam facere fraudem legi, vt est bona glo. in. c. plerique, decimaquarta quæstione tertia. & ibi est optimus text. contra vsurarios, qui capiunt pecuniam pro vsuris ad mentem, licet non quoad verba. de quo not. in cle. prima in. §. cæterum. de iureiurand. Et de isto articulo, an mens, potius, quàm verba sit attendenda, vide omnino plenissimè Ioan. de Platea. instit. de legiti. patro. tute. & vide quod dixi in dicta sexta quæstione. ¶ Nota quartò,
4 † quòd mens legis est ipsa lex. vel anima legis. concordat. l. cum mulier. ff. soluto matrimonio. & l. scire oportet. §. aliud autem. versi. & si maximè. ff. de excus. tuto. & institu. de legiti. patro. tute. in principio. Et propterea dixi, quòd quandoque propter mentem, & sententiam legis comprehenditur mens statuentis, licet verba non dicant: in tantum, quòd in casu non expresso, à lege possumus dicere, si conditor legis, vel statuti fuisset interrogatus de tali casu non expresso. idem, dixisset, quod dixit in expresso: quia ita sentit sententia, & mens ipsius, talisq; interpretatio est bona, & admittenda, vt est glos. singularis in. l. tale pactum. §. fin. in fin. ff. de pactis. & hoc etiam sentit glos. in verbo prẹsidentis. in cle. prima. de rescrip.
5 ¶ Nota † quintò, tex. quo apertè probatur, quòd illud quod fit ex mente legis, non dicitur esse interpretatio, sed ipsa lex. vt not. Ang. in. l. sed sciendum. ff. ad. l. Pomp. de parri. licet glos. ibi velit cõtrarium, & non bene. Et idem quòd non sit interpretatio tenet Bartol. in. l. prima post principum. ff. vti possi. & ego dixi supra in prima quæstione sextæ, & vltimæ partis principalis: & in. l. prima in secunda quæstione primæ partis principalis. versi. sed quæro pro declaratione supra eo.
6 vbi vide. ¶ Nota sextò, & vltimò, quòd hîc videtur casus, quòd vbi subest sola mens legis licet verba deficiant, quòd datur actio directa, & non vtilis: quia mens legis non est nisi ipsa lex, & anima legis, vt hîc: & dixi supra maximè in quarto notabili: & ita tenet Flore. in. l. penult. ff. si quadrup. pauper. fe. dicatur. Actio verò vtilis tunc demum competit, quando deficiunt verba & mens, sed subest eadem ratio, vel quando lex extenditur per identitatem rationis, vel similitudinem: vt. l. penul. ff. de negotijs gestis de quo vide per glos. magistral. Cynum Bartol. & doctores in. l. curatoris. C. de negotijs gest. & per. d. Cyn. in. l. prima. in. l. secunda quæstione. C. vti possidetis, & habetur etiam in. l. prima. C. de interdictis. & habetur per glos. & doc. in. l. siquis id quod. §. primo. ff. de iurisdictione omnium iudicũ.
7 ¶ † Quomodo autem cognoscatur mens, & intentio legis, vel statuti, vide glos. penulti. Py. Cy. Baldũ & doc. in. l. non dubium. C. de legibus. & Petrum de Ancharano. in. cap. postquam. de electione libro sexto. Item quando verba legis habeant locum, & quando quis contra ea facere dicatur, vide per glos. in. l. contra legem. ff. de leg. & per Cy. in. c. fin. de regulis iuris in sextò, & per Baldum. in. l. cum mulier. ff. so. mat. & habetur in dicta. l. non dubium. C. de legi.

8 QVAERO † primò, quid contineatur, & veniat appellatione legis? dic, quòd ius commune vt est glos. singularis in cap. primo. in principio. in verbo de lege. extra de trans. secundum Cardina. & doc. ibi. ¶ Sicut & aliàs appellatione iuris intelligitur de iure communi. de quo per Cardi. Flo. in cap. fin. extra de consue. & est casus in. c. primo §. hoc autem notandum. in titulo. qui feudum dare. poss. in vsib. feud. ¶ Item appellatione legis. venit lex ciuilis. vt est text. cum glos. in cap. secundo. extra de pigno. Item comprehenditur pactũ, & conuentio contenta in contractu. vt probatur. in capitulo secundo. in. §. fin. & ibi hoc not. dominus Dominicus. de sancto Geminiano. de rebus ecclesiæ non alienand. in sextò. & vide ad hoc dominũ Paulum de Castr. in. l. ius pluribus. ff. de iustitia & iure, facit. l. prima. §. si conueniat. ff. depos. ¶ Item appellatione legis, secundum Archidiaco. significatur peccatum originale. vt est tex. de consecra. distin. quar. c. per baptismum, quod subdit, quòd dicitur lex: quia ligat, & ad malum compellat. Item ius diuinum. dicitur lex. trigesimaprima. distin. Nicena. prima quæstione septima siquis omnem. ¶ Item ius humanum. in sti. de iure naturali. §. lex. est. &. ff. de legi. l. prima. & deci. distinct. lege. ¶ Item consuetudo. prima. quæstione prima ventum est. §. sed ecclesia cum glos. in verb. lex. ¶ Item ius diuinum, & humanum quinquagesima distinctione, quantũ. vigesimasecunda quæstione quinta. siquis conuictus. secundum Archidiaco. in dicto. c. primo. de consecra. distin. iiij.

QVAERO secundò, quid veniat appellatione legis dei? vel legis diuinæ. dic quod

9 quòd † appellatione legis dei venit ius canonicum, & diuinum, vt est textus. secundum expositionem Archidiaco. in.c. quando episcopus ibi.s.in lege dei instructi.xxiiij.di.Et appellatione diuinæ legis venit lex Mosaica:vt est casus in dicto.c.quando episcopus,ibi ignaros diuinæ legis. secundum Archidiaco.ibi.Item venit etiam lex canonica,vt est text.cum glos.in verbo diuinis. in.c.peruenit.extra de censibus.& vide glos.secũdã octaua distin.quo iure.

10 QVAERO tertiò,†quid veniat appellatione legum humanarum?dic,quòd comprehenduntur leges ciuiles,vt est text. in.c. secundo.hi qui.in principio.& ibi hoc not.d. Dominicus de præscrip.libro sexto.

QVAERO quartò, quid veniat appellatione
11 † iuris diuini?dic,quòd venit ius canonicũ. Casus est in.c.vnius.extra de iureiurand. & ibi hoc not.doct.

QVAERO quintò, quid veniat appellatione
12 iuris?dic,quòd venit ius ciuile,† & canonicum.vt est text.cum glo.in verbo secundum ius. in.c.nouit.extra de appel.& not.doc.in.c.pastoralis extra.de excep.non autem venit extrauagans, vt est casus in dicto.c.pastoralis.Itẽ venit ius municipale,& consuetudinarium:& sic statutum,et consuetudo:vt est glo.not.in.l.pręscriptione.C.si contra ius,vel vtilitatem publicã.& ibi per doct. & maximè per do.Paul.de Cast.& vide quod dicam in quæstione septima.

13 QVAERO sextò,an appellatione † iuris veniat in dubio potius ius commune, an verò ius municipale,vel consuetudinarium?dic, quòd in dubio venit ius commune, tanquam dignius. vt est casus.in.§.sed quoties.Instit.de iure naturali gent.& ciuili.& ibi not.circa hoc tamen vide, quod dicam in quæstione sequenti.

QVAERO septimò, fit compromissum in aliquos,vt possint,vel debeant arbitrari secundum ius,an intelligatur secundum ius commune?an verò secundum ius municipale? ista quæstione formata fuit,primò per Suzariam,& eam posuit in tractatu suorum maleficiorum in quinta cartha.versi.Sed pone, quòd compromissum factum est,& ponitur etiam per Io.And.in addi. ad Spec.in tit.de arbitris.§.sequitur.versi.sed pone,& per Albe.de Rosa.in suo opere statutorum in prima parte.q.cxxxij.& per Bal.in.l.illa institutio.ff.de hæred.institu.& per Ang.de Perusio in sua disputatione quæ incipit. duo adinuicem litigantes.& per Lodo.de Roma.in.l.si æstimatis.in sexta cartha.ff.sol.mat.& in repetitione rubricę. ff.de recept.arbi.in.iij.col.cum seq.& per do.Paulum de Castro in.l.fin.ff.de iusti.& iur.& per.do. Anto.de But.in.c.Quintauallis.in vltima col.& ibi per canonistas.extra de iureiuran.& per Ioan. Cal.in quæstione sua,quæ incipit Statuto. & per modernos canonistas.in rubrica.extra de consue. ¶ Circa quam quæstionẽ primò videtur, quod intelligatur secundum ius commune,quia appellatione iuris in dubio intelligitur de iure communi,tanquam digniori,vt in dicto.§. sed quoties. insti.de iure naturali:& dixi in.q.præcedẽti: sicut in dubio dum dicitur de apostolo,intelligitur de Paulo in diuina scriptura,& dum dicitur sapiẽs, intelligitur de Salomone,vt not.glos.in dicto.§. sed quoties.& sicut dum dicitur de Codice, intelligitur de Codice Imperatoris per excellentiam, & non de alio libro. vt not. Azo, in summa in procemio Codicis in principio.& sicut in simili dicitur de maleficijs,vt not.Salicetus in rubrica. C.de maleficis,& mathematicis.¶ Secũdò, hoc
14 sic probatur.verba in dubio intelligi debent † in potiori significatu.vt.l.prima.§.qui in perpetuũ. ff.si ager vecti.vel emphi.petatur: &.l. quæritur Hermafroditus.ff.de statu.ho.& not.glos.in cap. tuæ extra de clericis non resi.& dixi supra in rubrica,in quinta quæstione quintæ partis principalis.sed potentior significatus iuris est in iure communi.vt dicto.§.sed quoties.ergo.¶ Tertiò ad hoc allegat Guido de Suzaria.l. si præsens.C. de episcopali audi.&.l.rem non nouam.C.de iudi.¶ Quartò,de hoc videtur esse casus in c.cum venissent.circa prin.ibi secundum ius,& bonam terrę consuetudinem terminandam.extra de eo. qui mittitur in posses.causa rei seruãdæ.¶ Quintò,pro hoc videtur esse text.cum glos.in verbo de lege.in.c.primo.extra de transact.vbi dicitur. quòd appellatione legis venit ius commune,non ius municipale.¶ Sextò,pro hoc est text.in.l.de quibus.ff.de legibus.in verbo ius, quod exponitur id est consuetudo.vbi hoc not.domi. Paulus de Castro.qui dicit,quòd consuetudo etiam dicitur ius,& in hoc differt à moribus.qui in facto consistunt.¶ Septimò,quia ius & statutum, & consuetudo sunt diuersa,& diuersa significant, quia diuersis nominibus nuncupãtur.l. idem.C. de codicillis.si ergo partes se referunt ad ius, debet intelligi prout verbum sonat,secundum suũ proprium significatum:vt.l.non aliter.ff.de lega. tertio.quia si intellixissent de consuetudine, vel statuto, cum ista sint diuersa nomina diuersa significantia, hoc dixissent per dictam.l.si idem. ¶ Octauò,pro hac decisione adduco, quod not. Baldus in.l.quicunque. in tertia columna.ad fi. versicu .sed pone,statuto cauetur. C. de seruis fugitiuis. vbi dicit, quòd si testator instituit filios in eo,quod sibi de iure tangit, intelligitur

in ea portione, quæ sibi de iure communi tangit, & non de statutaria: quia debemus intelligere, quòd testator intellexerit de iure communi tanquàm digniori in dubio, vt dicto. §. sed quotiens. ¶ Nonò pro hoc facit quod not. Ioan. de Imola. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad. Trebellia. vbi dicit, quòd licet ex forma statuti nepos masculus excludat filiam, vel neptẽ, tamen si testator substituit pluribus coniunctim, videtur se referre potius ad ius commune, quàm ad ius municipale. ideo cum de iure communi filia non excludatur, ita nec excludetur in dicta dispositione testatoris. ¶ Decimò hanc opinionem tenet Guido de Suza. in suo opere maleficiorum, quem sequitur Ioan. Andræas. in addi. Specu. in titu. de arbi. §. excipitur. qui dicit fuisse iudicatum, quòd si compromissum est in arbitrum, nec pronunciet secundum iura, non poterit pronuntiare secundum statuta saltem iuri contraria, quod est singulare, & idem sequitur Cardi. Flo. Zaba. in c. fi. §. j. in quarta columna. extra de consuetudine. Et idem tenet Albe. de Rosate in suo opere statutorum, in prima parte, quæstione. cxxxij. & Dy. in. l. illa institutio. ff. de hære. insti. Et Ange. de Perusio in sua disputatione, quæ incipit: duo adinuicem litigãtes. per dictum. §. sed quoties. institu. de iure naturali gen. & ciui. ¶ In contrarium autem videtur quòd intelligatur secũdum ius municipale, & non secundum ius commune, probatur primo: quia ex quo statuta, seu consuetudines sunt confirmatæ à iure communi. vt. l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. & l. de quibus. ff. de legi.
15 † meritò ius municipale, vel consuetudinariũ sequi debemus in loco, vbi iuri communi derogat: quia illud dicitur ius commune in loco, vbi est quæstio, & hoc vult glo. in. c. j. in principio in verbo, nos Romanorum Imperator. in titu. de pac. Constan. quę dicit, quòd consuetudo in loco, vbi viget, ius commune appellari potest, eo quòd iuris communis authoritate introducitur, vt dicta l. de quibus. ff. de leg. ¶ Secundò, hoc probatur. Nam secundum ius est, quòd iudex, vel arbiter pronunciet secundum statuta loci, & contra ius, vt. l. si fundus. ff. de euictioni. & l. j. C. de emancip. lib. ergo si est compromissum, vt debeat arbitrari secundum ius intelligi debet, id est secundum statuta, vel consuetudines loci, quia ius ita vult. ¶ Tertiò, pro hoc est text. in. c. ad nostrã il terzo, extra de iureiur. vbi iuramentum de seruando ordinem iuris intelligitur secundum quod ius astringit, & dat formam secundum diuersitatẽ, & qualitatem causæ. ¶ Quartò, quia illa verba de iure non sonant in ius constitutionis tantùm, sed etiam in ius partis vndecunque & qualecunque ius videtur inclusum in compromisso. vt. l. & an eandem. §. actiones. ff. de excepti. rei iudicatæ. hoc probatur in simili. Nam si pars se refert ad consuetudinem: tunc stante duplici consuetudine, intelligitur se referre ad consuetudinem posteriorem priori derogantem, vt est casus in. l. Mela. §. sed si alimenta. ff. de alimentis & ciba. lega. & de prębend. c. cum de beneficio libro sexto. ¶ Sic in proposito. cum pars se refert ad ius, intelligitur se referre ad ius, consuetudinarium seu municipale posterius, quod in loco derogat
15 iuri communi priori. Consuetudo † enim est etiam ius ex non scripto resultans, vt prima dist. consuetudo: & in. §. ex non scripto institu. de iure naturali gen & ciuil. ¶ Quintò, nam cum ambiguum est propter sermonis generalitatẽ, quæ ambiguitatem parit, vt dicit glos. in. l. quoties. ff. de verborum obligatio. quid partes senserunt,
17 † credendum est eas sensisse, quòd consuetudo loci, vbi contrahitur, obseruetur. vt. l. semper in stipulationibus. ff. de reg. iuris & c. ex parte extra de censibus: vnde cum in casu nostro intentio partium sit ambigua, propter prolationem verbi ius, generaliter seu indefinitè conceptam, ergo recipere debet declarationem non à iure communi, sed consuetudine, vel statuto. ¶ Sextò, hoc videtur confirmari ex text. iuncta glos. fina. singu-
18 lari in. c. fin. extra † vt lite penden. vbi mandatum superioris, quòd fiat secundum ius non restringitur ad ius commune, quanuis dignius, sed ad ius speciale, & priuilegiatum, quod prætendit altera ex partibus tanquam ius speciale priuilegiatum, posterius deroget iuri communi. ¶ Septimo, pro hoc adduco singulare dictum Bald. in. l. constitutionis in fin. C. de bonis, quę liber. quem sequitur Lodouicus de Roma in rubrica. ff. de recept. arbitris, quòd si patri dãti dotem maritus promisit restituere dotem in omnem casum, & euentum dotis restituendæ secundum ius commune, adueniente casu, mortua vxore, remanentibus filijs seruabitur opinio Martini de consuetudine approbata, in. l. dos à patre. ff. soluto matrimonio. licet rigor iuris sit in contrarium, de subtilitate iuris, vt not. Baldus in. l. illam. C. de collatio. & habetur in. l. post dotem. ff. soluto matrimonio. quia dicta consuetudo generalis interpretatur dubium, quod est de iure communi: & illud, quod interpretatur aliud vnum, & idem est cum illo quod interpretatur, vt in auth. de filijs ante do. istrumẽta nat. de quo vide etiam pleniùs per eundẽ Lod. in. l. si ęstimatis in. vj. carhta in fi. verf. dubitatur, & iiij. ff. solu. matr. ¶ Octauò, pro hoc etiã adducitur, qđ no-
19 tabiliter dixit Bal. in. l. j. C. de cofes. vbi dicit, ꝙ † si accusa

accuſator extrahĕtis bladum, dicit in fine libelli,
quare peto condemnari ſecundum formã iuris
communis, licet iure communi vetitum non ſit
bladum extrahi: nihilominus libellus ſuſtentabi-
tur ex forma iuris municipalis, & hoc etiã ſequi-
tur Lodo. de Roma in dicta. l. ſi æſtimatis, & in
dicta rubrica. ff. de recept. arbit. & Flo. in. l. cum
quidam. C. de impub. & alijs ſubſt. ¶ Nonò, hoc
etiam probatur per ea quæ not. Innocen. in. c. cer
tificari extra de ſepulturis. vbi vult quòd ſiquis
petat quartam ſimpliciter, quæ ſibi debetur de
iure, videtur ſe referre non ſolùm ad illam, quæ
de iure communi debetur, ſed etiam ad illam,
quæ debetur ex conſuetudine, nam in illa conſi-
ſtit ius petentis, & cõſuetudo facit ius, & hoc etiã
ſequitur do. Paulus de Caſtro. in. l. fi. ff. de iuſti. &
iur. ¶ Decimò, ad idem allego quod not. Barto.
in. l. hęredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. vbi vult
quòd teſtator in dubio videtur velle ſe referre
ad id, quod diſponit ius municipale. & non ius
commune. ¶ Vndecimò, hoc etiam probatur,
Nam quando ſtatutũ eſt generale, ſicut eſt ſtatu-
tum, quòd maſculi excludant fœminas, quod eſt
quaſi per totam Italiã, vel ſimile, in dubio omnes
reſcribentes, & etiam teſtantes intelliguntur ſe
referre ad illud, vt eſt gloſ. notabilis in. l. j. de con-
ſtitutio. in. vj. & not. Cy. & Bald. in. l. ij. C. quæ ſit
long. conſuetud. & Ioan. And. in additio. Spec. in
titu. de conſti. ergo in caſu noſtro videtur, quòd
partes ſe retulerint ad illud ſtatutum, & ſic ius
municipale, maxime quando eſt generale. ¶ Vlti
mò, iſtam partã, quòd compromiſſum dum di-
citur de iure intelligatur ſcilicet municipali, vel
conſuetudinario, non communi, tenuit Bald. in
terminis in. l. illa inſtitutio. ff. de hæredibus inſtit.
& in. l. iuſtitia. ff. de iuſti. & iure, & dominus Pau
lus de Caſtro in. l. fi. eo. tit. & Lodo. de Roma. in. l.
ſi æſtimatis in ſexta charta. ff. ſolut. matrimo. qui
dicit, quòd ſemper fuit ſecutus iſtam partem. Et
idem tenet. do. Anto. de But. in. c. Quintauallis in
fi. extra de iureiuran. ¶ Sed Lodo. de Roma. in
rubrica. ff. de recept. arbit. in ſexta col. diſtinguen-
do dixit, quòd fortè poſſet attentari, quòd aut de
iure communi celerius expeditur, quàm de iure
municipali, & tunc intelligatur de iure commu-
ni, per. l. j. ibi ad finiendas. ff. de recept. arbit. & ita
intelligatur Ioan. Andr. & ſic prima opinio: aut
econtra, & intelligetur de iure ſtatutario, & ſic
procedat, quod dicit Bald. & dominus Anto. de
Butr. & ſic ſecunda opinio. & ad hoc facit ſecun-
dum eum, quod not. Barto. in. l. rerum amota-
rum in fin. ff. rerum amo. & Bald. in. l. Gallus in
§. ſi eius. ff. de libe. & poſthu. & in. l. prima. C. de
confeſ. & in. l. ſed & ſiquis. in. §. quęſitum. ff. ſiquis
caut. dum dicunt, quòd ſi peto reum condemna
ri ſecundum formam iuris, & ſtatutorum, quòd
libellans videtur intentare, quod eſt ſibi vtilius.
20 † verba enim pro libellante ſunt interpretanda.
l. ſiquis intentione ambigua. ff. de iudicijs. & not.
Innocen. in. c. licet cauſam. extra de prob. Sic etiã
dicunt, quòd hoc caſu videntur partes ſenſiſſe
per illum modum debere procedi, per quem ma
gis apertius, & expeditius poteſt expediri. Nec
obſtat ſi diceretur, quòd omni caſu ſeruãda ſunt
ſtatuta, cum iudex illa iurauerit ſeruare. omnino
autem iuramentum ſeruandum eſt, quod non
vertitur in diſpendium ſalutis æternæ, extra de
iureiurãdo. c. cum contingat. quia debet intelligi,
dummodo iuſte ſeruetur, non autem iniuſtè. vt
dicit gloſ. elegans in. l. non videtur. §. qui iuſſu. ff.
de regulis iuris. quam ad hoc Bald. ponderat in
21 authē. habita. C. ne filius pro patre. † Item quia
licet iurauit, tamen licet tranſgredi iuramentum
ex emergenti cauſa, vt not. Innoc. in cap. primo.
extra de cõſtit. & Bal. in. l. & ſi ſeuerior. C. de his,
qui not. infami. & in. l. quid ergo. §. pœna grauior
ff. de his, qui not. infami. & tãdem Lod. de Roma
in dicta rubrica dicit. ſuper hoc cogita. ¶ Ego
22 autem † in iſto articulo dubitabili, ſic puto eſſe
diſtinguendum per tres caſus principales, quan-
do eſt factum compromiſſum, vt debeat deter-
minari, vel arbitrari de iure tantùm, vel ſecun-
dum ius. Primus caſus eſt, quando conſtat expreſ
ſe de mente compromittentium, quòd intellexe-
rint de iure communi tantùm, vel de iure muni-
cipali, vel conſuetudinario tantum, quia hoc ex-
preſſum eſt in cõpromiſſo, vel aliter, & tunc res
non habet dubium: quia in certis non locus eſt
coniecturæ. l. continuus. §. cum ita. ff. de verborũ
23 obligatio. cũ ſimilibus. Secundus caſus eſt † quan
do non conſtat expreſsè de mente, ſed per conie-
cturas, & tunc ſtandum eſt menti coniecturatæ.
& coniecturæ poſſunt eſſe plures reſpectu per-
ſonæ, ad quam illud verbum refertur, quando
ratione perſonæ verbum de iure, relatum ad
eam, non poteſt verificari de iure communi.
Nam tunc intelligi debent de iure municipali,
vel conſuetudinario. vt eſt gloſ. notabilis in cap.
Cumana. in verbo de iure competere, circa fi.
extra de electione. & ibi per doct. & not. etiam
Cardina. Zab. in cap. fina. §. primo. in tertia, vel
in. ij. ſolutione. extra de conſue. ¶ Secunda con-
iectura reſpectu affectionis loquentis. exemplum
in alio caſu. Teſtator dicit inſtituo, vel ſubſtituo
mihi hæredes illum, vel illos, qui de iure deberẽt
mihi ſuccedere, & extat filia, quæ de iure com-
muni ſuccedere debet patri. vt. l. maximum vitiũ
C. de libe. præteritis, cũ ſimil. ſed ex forma ſtatuti

est exclusa.& extat agnatus testatoris in quarto gradu,vel vlteriori sibi coniunctus, qui de iure cōmuni excluderetur extante filia,vt in authen. de hæredi.quæ abintest.deferuntur.§.primo col latione octaua.Sed ex forma statuti admitteretur exclusa filia testatoris licet in primo gradu. Nam hoc casu intelligo, quòd videatur vocasse institutione,vel substitutione potius filiā, quàm agnatum:quia cum illud verbum de iure sit dubium,ego ipsum intelligo secundum affectionē personæ loquentis.s.testatoris, qui præsumitur magis diligere filiam,quàm agnatum vlteriorē: quia ista præsumitur ordinata,& naturalis charitas.facit.l.ista quidem in fi.ff.quod metus causa:&.l.liberorum in fin.infra eod.Et pro hoc allego doctrinam notabilem Barto.in.l. Gallus.§. quidam rectè in secunda columna.ff. de libe. & posthu.vbi dicit eleganter quòd appellat ordinatam,& naturalem charitatem versus vnū, quando ab intestato ei successurus esset.

24 † Item quia quando concurrunt causa naturalis & accidentalis,& repugnāt effectus earum,tunc præfertur causa naturalis,quia est potentior,vt.l. qui habebat,& ibi hoc not.Barto.ff.de tutel.& probatur in.l.tutor petitus.§.quæ tutoribus.ff de excu.tuto.& in.c.requisisti.§. si vero relinquatur.extra de testa.vbi dicitur,quòd potius quis videtur respicere ad causam sanguinis, & sic ad naturalē, quàm ad accidentalem:& idem not.Bald. in authen.similiter.C.ad.l.falcidiam & non.in l.si infanti.in secunda quæstione.C. de iure delibe.vbi dicit quòd causa naturalis est potentior accidentali,& ei præferri debet.& vide etiam Bartol.ad hoc in.l.si minoris.in sexta columna.ff.qui petūt tut.& Bald.in.l.fin.C.de his.qui veni. ætatis impe.vbi dicit per illud exemplum, quòd verba in dubio intelliguntur de causa naturali, non accidentali:& ad prædicta vide doc.in.c.per venerabilem.extra qui filij sint legi. ¶ Tertia coniectura est respectu verborum præcedentium, quia ex præcedentibus sequentia intelligentur.vt.l.si seruus plurium.§.fina in fi.ff.de leg.primo exemplum dicitur in compromisso,quòd arbitri possunt procedere de iure,& de facto, sed pronuntiare de iure.Nam illa verba de iure tantum intelliguntur,& non de facto,propter verba præcedentia.quarta coniectura est respectu loci,quando scilicet ex relatione facta ad locum non potest intelligi de iure communi, sed municipali, vel consuetudinario tantum: quia tunc de iure communi non intelligeretur.vt not.Cardi.Zab. in.c.fi.§.primo.in secunda solutione.extra de cōsuetudine.facit glos.in.c. Cumana. extra de electione. ¶ Quinta coniectura est respectu personæ loquentis,exemplum princeps comittit, vel delegat causam alicui,vt sententiet de iure.Nam tūc credo,quòd intellexit de iure municipali per eum condito,vel confirmato: quia ad illud potius videtur se retulisse, quàm ad ius commune,ne in dubio videatur venisse contra factum suū.iuxta not.in.c.diuersis fallacijs,extra clericis coniuga.& in.l.iubemus.§.sanè.C. de sacrosanctis ecclesijs cum simılib. ¶ Sexta coniectura respectu subiectæ materiæ.Nam si causa prius fuit decisa de iure & de facto secundum formam statuti,vel compromissum partium,ita quòd non posit peti reductio ad arbitrium boni viri.iuxta not. in.l.ne in arbitris.C.de recept.arbi.& in.l.si societatem.§.arbitrorū.ff.pro soc.& in.c. Quintauallis extra.de iureiur an.et princeps faceret gratiam,quòd posit de nouo cognosci si est bene iudicatum,cum hoc quòd de iure deberet cognosci,& iudicari,credo quòd intelligatur de iure sic, quòd non vtatur de facto iuxta arbitrium datū arbitris,vel ex forma statuti,vel ex conuentione partium:quia sine euidenti & rationabili causa non præsumitur princeps velle dispensare, facit l.cum hi.§.in causa.ff.de transac.&.l.si.ff.de consti.princip.& quod not.in.c.veniens extra.de fil. presby.& in.l. quidam consulebant.ff.de re iudic. sed bene debet de iure, scilicet cōmuni iudicare, vel de iure municipali,sic in decisorijs contra dicit iuri communi.quia causa ista reductionis est loco appellationis,vt.l.non distinguemus.§.cum quidam.ff.de recep.arbi.Et ideo illud ius,in causa principali in decisorijs debebat obseruari, debet etiam obseruari in causa appellationis,seu reductionis ad arbitrium boni viri.vt not.Bald.in titu.de pa constant.in vndecima col. & Inn.in.c. Raynutius in vltima col.extra de testamē.& vide ad hoc.c.sæpe.& quod ibi not.extra de appella. & quod not.glos.xij.dist.illud. & Archidiaco.j. distin.consuetudo.& doc.in rubrica.extra de cōsuetudine,& quod not.Bald.in.l.prima.in secunda columna.C.de his quæ pœnæ nomine.& Cardi.Zaba.in.c.fi. in quadragesimanona questione. extra de consuetud.vbi loquitur de iudice delegato. ¶ Septima coniectura est respectu communis vsus loquendi, & intelligendi, quia si partes compromittentes,vel alij loquentes de quibus agitur communiter,& ex cōmuni vsu loquendi. dum dicunt de iure, intelligunt de iure municipali, vel consuetudinario illi standum est, vt.l.librorum.§.quod tamen Cassius.ff.de legat.iij. & ibi Barto.&.l.Labeo.& ibi de hoc plenissimè per Bartolum.ff.de supellect.lega. Aliæ etiam similes coniecturæ excogitari possent, quæ breuitatis causa omittuntur. Tertius casus principalis est, quando

25 † quãdo non constat expresse de mente partium, vel loquentis, neque per coniecturas, & sumus in dubio, & tunc aut ius municipale est præter ius commune, & non contradicit iuri communi, & tunc sine dubio in his, in quibus loquitur dictum ius municipale præter ius commune, de eo præsumendum est partes intellexisse, quia ius commune est in ciuitate, vel loco in quo viget magis præcipuum, vt.l.omnes populi.ff.de iusti.& iure. aut ius municipale est contra ius commune, & tunc in dubio puto, quòd partes intellexerint de iure communi, potius quàm municipali. per.§. sed quoties, instit.de iure natura.gen.& ciuil.cum similibus.& isto modo intelligatur prima opinio, de qua suprà. Et hæc sint dicta salua meliori deliberatione iuxta.l.Claudius.in fi.ff.qui pot. in pig. habe.quia articulus iste est valde dubius.

26 QVAERO octauò, pone, certũ est † quòd statutum debet intelligi secundum ius commune, vt not.glos.in.l.fina.§.in computatione.C.de iure deliberan.& in.l.ij.C.de noxa.& in cap.cum dilectus. extra de consuetud. ius autem ciuile dicit vnum, & ius canonicum dicit aliud, & vtrunque dicitur ius commune, secundum quod istorum debent intelligi verba? dicit Bal. in.l.si nondum.C.de furt.quòd si sint statuta ciuitatũ: quia sunt de iure ciuili, vt.l.omnes populi.ff.de iustitia & iure.eorum verba debent intelligi secundum ius ciuile, à quo confirmantur, & habent authoritatem.vt.l.ij.C.de noxal. Si sint statuta, vel constitutiones episcopi, tunc intelligerentur secundum ius canonicum, à quo dependẽt. ad idem vide Baldum, in.l.fina.C.de success.edic. & quod dixi de statuto ciuitatis, vel loci, quod intelligitur secundum ius ciuile, intellige secundum dominum Paulum de Castr. in.l.fina.ff.de iustitia, & iure. nisi materia repugnet: & si loquerentur de gradibus in materia matrimonij: quia intelligeretur de iure canonico, non ciuili, quod corrigitur à iure canonico in hoc, scilicet si materia successionis intelligeretur, vt dixi, secundum ius ciuile, vt not.in dicta.l.fina.C.de success. edict. & ad hoc vide textum.xxxv.quæstione.v.ad sedem apostolicam.

27 QVAERO nonò, † vtrum ille, qui renuntiat omni iuris beneficio, intelligatur renuntiare beneficio statuti? videtur, quòd sic: quia appellatione iuris venit etiam ius municipale, vt plenè dixi suprà in septima quæstione. Bald. tamen in.l.sed & si quis.§.quæsitum.ante finem.ff. si quis cau.dicit, quòd credit, quòd non: quia nomen iuris hîc est restringendum ad ius commune.vt instit.de iure naturali.§.quoties. Sicut econtrario ille, qui renuntiat priuilegio, non perdit beneficium iuris communis, vt colligitur in casu.l. miles.§.sexaginta.in vltimo responso.ff.de adulter.& tenet Bald.in dicto.§.quæsitum. in penultima quæstione. Credo tamen, quòd si quis renuntiasset omni iuri, quòd intelligeretur tam de iure communi, quàm municipali: quia qui omne dicit, nihil excludit, vt.l.à procuratore.C.mandati.& xix.dist.si Romanorum.cum simi.

QVAERO decimò, & vltimò. Nunquid econtrà appellatione statuti comprehendatur 2
etiam ius commune? & sic an rescriptum tollens statuta contraria, tollat etiam ius commune, licet expresse non dicat de iure communi? domi. Dominicus de sancto Geminia.in.c.statutum.in princi.de rescript.in sexto.format istam quæstionem, & decidit, ꝙ sic, ex quo statutum est aptum includere etiam ius cõmune, per illum tex.quod not. Barptholomæus Cæpola.

SVMMAE.

1 *Duplex intellectus, in quo duplex est summarium. numero 2.*
3 *Sponsio quid? & nu.4.& 5.*
6 *Sponsor, fideiussor, & mandator differunt.*
7 *Sponsionis, promissionis, & pollicitationis differẽtia.*
8 *Promissio tria significat.*
9 *Dictum quid sit, & quod non obliget dicentem.*
10 *Pollicitatio quid.*
11 *Pactum quid?*
12 *Stipulatio quid.*
13 *Sponte & voluntariè differunt.*
14 *Spontaneus actus quis.*
15 *Non sponte & coactè idem.*
16 *Sponte confiteri prodest.*
17 *Stipulatio hodie per quæcunque verba (habilia tamen) fieri potest.*
18 *A & B, vel similia, (tametsi repræsentarent promittis, & promitto) non sunt (inquit) habilia ad celebrandam stipulationem. ego verò contrarium puto, si per hypothesim ita significent.*

LEX SEPTIMA.

SPONSIO. Ista.l.legitur duobus modis. in gloss.

1 ¶ Vno † modo, quòd tota ista.l.loquatur de sponsione, quæ fit per stipulationem, & dubitatio fuit an sponsio sit solùm illa, quæ fit per sponsum, an verò etiam illa quæ fit per quoscunque contrahentes: & oritur dubitatio ex verbo sponsi. Et ista lectura conuenit literæ secundum Dyn. & Alberic. hîc

¶ Alio modo legitur, quòd ista.l.in principio loquatur de sponsione, quæ fit cum interrogatione præcedente. secus de illa, quæ fit nulla interrogatione præcedente, & oritur dubitatio ex verbo interrogatione hîc posito. hæc secunda lectura non conuenit literæ, quia etiam in fine loquitur de stipulatione, quam constat non procedere, nisi præcedat interrogatio. vt.l.j.in princip. ff.de verborum obligatio. secundum Dy. & Al-
2 beric. hîc. Et hoc dicit † in summa secundum primam lecturam glo. Sponsio non tantum pertinet ad spõsum, qui sponsæ promittit, sed etiam ad quoscunque contrahentes, seu promittentes. hoc dicit. vel sic secundum secundam lecturam: sponsio non tantùm dicitur illa, quæ fit interrogatione præcedente, sed etiam illa, quæ fit sine vlla interrogatione. hoc dicit. ¶ In tex. in fine. ibi, promissioque, subaudi secundum Dyn. inter quascunque personas, vt dixi secundum primam
3 lecturam. ¶ Nota primò † secundum primam lecturam, quòd appellatione spõsionis, venit non solum illa promissio, quæ fit per sponsum, sed etiam illa, quæ fit inter quoscunque contrahentes: & sic iste text. parificat personas contrahentes, reducendo ad identitatem obligationis ex quacunque personarum contrahentium conuentione descendat. vnde & sponsi dicti sunt à spondendo, id est à sponsione, quã faciũt in spon
4 salibus.l.j.ij.& iij.ff.de sponsa. ¶ Nota † secundò secundum aliam lecturam, quòd sponsio non solùm dicitur illa, quæ fit cum interrogatione, sed etiam illa, quę fit nulla interrogatione præcedente, & sic comprehendit diuersos modos contrahendi, sed istud non conuenit literæ. vt suprà dixi: & ex hoc not. quòd sponsio idem significat, quòd pollicitatio, & nuda promissio.

QVAERO primò, quid sit sponsio? dic cõ
5 prehẽdendo vtranque lecturam, quòd † est non solùm illa, quæ fit per sponsum cum interrogatione, sed etiam illa, quæ fit per quoscunque contrahentes etiam nulla interrogatione præcedente. ¶ Ex qua not. quòd sponsio etiam ad stipulationem refertur. vt.l.sciendum.§.dictum cum gloss.in verbo ad sponsionem.ff.de ędi.edic.& sic est verbum generalissimum.vt.l.j. & ibi hoc not. Bald.C.de suffrag. Sicut etiam dicitur de promissione, quæ non tantùm refertur ad nudam pollicitationem, sed etiam ad stipulationem, vt dicto §.dictum.& vide quod dicam statim.

6 QVAERO † secundò, quæ sit differentia inter fideiussorem, mandatorem, & sponsorem? Dic, quòd fideiussor, & ante obligationem, & post, accipi potest. vt insti.de fideiusso.§.ij.mãdator tantùm ante, nisi in casu. vt.ff.mand.l.si verò non remunerandi.§.cum quis. Sponsor, qui sponte, & sine rogamine pro alio intercedit: quia & ipse habet actionem mandati. vt.ff.manda.l.qui pro te. licet Martinus dixerit sponsorem pro constituente se debere, positum esse. ita dicit gloss. notabilis in authen.de fideiusso.§.si quis. collatio.ij. quæ incipit no. differentiam.

7 QVAERO tertiò, quæ sit † differẽtia inter spõsionem, promissionẽ, pollicitationem, dictum, pactum, & stipulationem. ¶ Dic, quòd sponsio est nuda promissio, & etiam nomen generalissimum, quod comprehendit etiam stipulationem. vt est casus hîc, & not. Bald. in dicta.l.j.
8 C.de suffrag. † ¶ Promissio significat tria: primò pactum nudum à solennitate, de quo in toto tit. ff.&.C.de pact. vt si dico, promitto tibi dare decem, & tu dicis, sum contentus, non præcedente alia interrogatione, vel solennitate verborum. vt probatur in.l.sciendum.§.dictum in verbo nudam promissionem.ff.de ædi. edicto. ¶ Secundò significat pollicitationem, id est vnius solius offerentis promissionem, quæ dicitur pollicitatio. vt est text. de vtroque. in.l.pactum. in princip.ff.de pollicit.& probatur in dicto.§.dictum in verbo pollicitationem. ¶ Tertiò significat solennem stipulationem. vt.l.j.in princip.ff.de verborum obligatio. de quo dic, vt dixi in dicto.§.dictum. in secundo notabili. vbi etiam posui, an istud verbum promissio, si est prolatum à notario, vel teste, intelligatur per stipulationem. de quo dic, vt ibi dixi, vbi etiam per Ange. & per docto. & maximè Lodo. de Roma in.l.sciendum.ff.de verbo. obligatio.& per gloss.& doct.& maximè Alberic. de Rosa. plenè in.l.j.C.de vsu.& not.in.l.j.§.cõuentionis.& in.l.iuris gẽtium.§.quod ferè.ff.de pact.
9 Dictum † propriè dicitur, quando quis dicit aliquid, sed non promittit, putà dicit venditor. Iste æquus nõ est bulsus, vel est bonus. sed hoc tamen non promittit, & sic dictum dicentem non obligat. vt.l.sciendum. in princ. ibi dixi.ff.de ædi.edic. & huiusmodi dictum dicitur assertio, vnde facit ad quæstionem, quãdo quis promittit stare dicto alicuius. de qua vide per Bart. in.l.Theopompus.
10 ff.de dot.præleg. ¶ Pollicitatio † est solius offerentis promissio. vt est text. in.l.pactum. in princip. in secundo responso.ff.de pollicit. ¶ Pactum
11 † est duorum consensus, atque conuentio, vt dicta.l.pactum.in princip.& habetur in.l.j.in princi.
12 ci.ff.de pact. Stipulatio † est verborum conceptio, quibus is, qui interrogatur daturum, facturùmve se, id quod interrogatus est, respondet: vt est text. in.l.v.§.stipulatio.ff.de verborum obligatio.& not.in.l.j.in princip. eodem titu.

QVAERO quartò, an sit differentia inter sponte

13 sponte,& voluntariè? † dic quòd sic. Nam sponte non dicitur fieri,quando metu tormentorum facit:vt probatur in.l.ij.cum gloss.in verbo propria.C.quorum appel.non recipi.& Bar. in.l.j.§.fina.in fine.ff.de quæstioni. Sed bene dicitur voluntariè fieri per ea,quę not.in.c.velle non creditur.de regul.iur.in sexto.quod est not. contra tabelliones,qui scribunt confessionem accusati,vel inquisiti in tormẽtis. Nam si dicunt sponte confessus est, instrumentum est falsum,secus si dicat voluntariè, vt singulariter not. Bald. in cap.j.§.iniuria. in penulti. col.in titu.de pace iur.firman. in vsibus feud. & ibi dicit, quòd hoc est nouum dictum: & idem ad literã voluit Flo in.l.de ætate.§.j.ff.de interroga.actio. Sed prædicta limita, nisi perseuerasset in sua confessione, quia tũc bene posset notarius scribere, quòd sponte confessus fuisset:vt not.Bartol. in dicta.l.prima. in fine. ff.de quæstionib.

14 QVAERO quintò, quando † dicitur actus spontaneus,vel sponte factus? dic,quãdo est talis in quo nullus metus,vel vis coëgit agẽtem: vt in.c.accepta. & in cap. sollicitè. extra de restitutio.spolia. & hoc vult Guiliel. in.l.ij. in.j.quæstio. & ibi per doct.C.quod met. cau. intantum. quòd solutio facta, quando præcessit metus, licet interueniat postea spatium vnius diei,tamen non dicitur spontanea. vt not.Cy.in dicta.l.ij.in

15 ij.quæstio.quod est notabile. Et ideo † hæc prępositio, non sponte renuntiauit, includit in se hoc,id est coactè renuntiauit.vt not.glos. in verbo. negat, in.c.super hoc.extra de renuntiatione. Item errans non dicitur sponte soluere: vt not. Cyn. in dicta.l.ij.in prima quæstio.C.quod metus causa. Adde etiam, quòd sponte aliquando exponitur,id est cũ desiderio: vt probatur.xxiij. q.v.c.cum minister.

16 QVAERO † sextò, an prosit alicui in criminibus sponte confiteri? dic, quòd sic, quia mitius agitur cum sponte confesso in iure timore probationum,licet ei non parcatur.vt est glo. notabilis.in.c.de hoc, in verbo confessi fuerint in iure.extra de simon.& not.gloss.v.q.j.in summa.& not.gloss.ij.q.j.imprimis.in verbo sponte,quæ dicit, quòd mitius debet agi cum sponte confesso, quàm cum conuicto.facit.l.j.C.ne tut. vel curat. vectig.conduc.& not.hoc Ioan.Andr. in.c.qualiter & quando.extra de accus.quod bene not.quia facit pro statutis,quę communiter sunt in Italia, quòd confessi crimen condemnentur in dimidia eius, in quo deberent condemnari conuicti. Itẽ not.maximè in arbitrarijs, quòd semper mitius punitur sponte confitens,quàm conuictus testibus, vel alijs probationibus, quod in practica semper vidi obseruari,& bene.Et de materia huiusmodi confessionis,vide plenè per Ang.de Aretio.suo tractatu maleficiorum in gloss. in verbo, comparent inquisiti.& confitentur totum, & in gloss.sequenti.

QVAERO septimò, & vltimò. An verbum spondeo spondes,debeat interuenire in stipulationẽ? dic,quòd olim fiebat stipulatio per verbum spondeo,spondes, promitto, promittis, vel

17 per similia verba solẽnia.† Hodie verò potest fieri per quæcunque verba.vt instit.de verb.obligatio.in princip.dummodo sint habilia ad stipulandum,aliâs secus.Vnde si dicã A. & velim repræsentare promittis:& tu dicis B.& velis re præsentare promitto,non valeret, arg.l.quod autem.§.fi.cum.l.sequenti.ff.de consti.pecu. ita dicit gloss. notabilis.instit.de verbo.obliga.§.j.in verbo quibuscunque. ¶ In contrarium tamen facit glos. in simili in.l.sed cum patrono.§.fina.ff.de bon.poss. quæ dicit,quòd notarij Romani (adde tu,& etiã hodie nostri)nomen suum in signo suo, quod apponunt:in instrumẽtis per vnam literam habentem multos ramos denotant, sed dic, quòd ibi verba non sunt de substantia illius signi: secus in stipulatione. vt.l.j.in princip.ff. de verborum obligatio.

SVMMAE.

☞

1 *Oportebit,& dabo,estò quòd sint futuri temporis interdum tamen significant præsens.*

2 *Stipulatio iudicatum solui,& dolum absuturum, licet sint futuri temporis,trahuntur ad præsens.*

3 *Verba futuri temporis, etiam in legatis, ad præsens trahuntur.*

4 *Verbum futuri temporis ad præteritum trahi.*

5 *Præteritorum acceptio multiplex.*

6 *Oportebit an propriè significet tempus præsens, an impropriè.*

7 *Futurum tempus, neque præteritum, neque præsens regulariter continet.*

8 *Præsens tempus,quando futurum comprehendat, & præteritum.nu.12.& 13.*

9 *Verba contractus,in dubio ad tempus præsens referuntur.*

10 *Participium secundum tempus verbi cui coniunctum est, significat.*

11 *Pontifex eximens monasterium cum ecclesijs suis, intelligit de præsentibus non de futuris.*

14 *Verbum concedo,habet vim pacti obligatorij.*

15 *Præteritum tempus,quando præsens,& futurum contineat.*

16 *Ne dispositio reddatur inutilis, præteritum tempus trahitur ad præsens.*

17 *Præteritum quod, vt tale, verificari non potest, verificatur in præsenti, vel futuro.*

LEX OCTAVA.

VERBVM † OPORTEBIT. Verbum futuri temporis trahitur etiam ad presens. hoc dicit. concordat tex. cum gloss. in verbo docuit. quinquagesima distinctio. ponderet. Vnde illa verba, quæ dixit Christus Petro, dabo tibi claues regni cœlorum, ponuntur etiam pro præsenti. vt dicit ibi gloss. Item concordat de consecratio. distinctio. ij. in Christo. & xxj. distinctio. in nono. & est gloss. ordina. xxxij. quæstio. v. si Paulus, in verbo non est. ¶ Opponitur, primò contra istum text. & prædicta, de. l. nouissima. ff. iudi. solui. vbi probatur, quòd ista verba, quæ ponuntur in stipulatione iudicatum solui, & dolum malum abfuturum, quæ sunt futuri temporis, non trahuntur ad præsens, vel præteritum, sed solùm ad tempus futurum post stipulationem. gloss. hîc
2 soluit duobus modis. † Primò, quòd speciale sit in prædicta stipulatione. ista sol. non videtur vera: quia non apparet ratio specialitatis. ¶ Ideo gl. secundò soluit, quòd ideo illa verba futuri temporis non comprehēdunt præsens: quia ibi etiam erat tempus presens: quia dicebatur in stipulatione dolum malum abesse, abfuturumque esse, & ideo non oportebit claudi per futurū: & est optima solutio. ¶ Opponitur secundò de. l. Stichum, qui meus erit. ff. de legatis. j. vbi habetur, quòd præsens tempus differt à futuro: quia presens inducit demonstrationem, futurum vero conditionem. Solu. hîc dicit Dyn. & Alber. quòd aliud est in legatis, vt ibi. ista solutio videtur velle, quòd
3 ista. l. non habeat locum in legatis. † Sed ego credo contrarium, ex quo loquitur indistinctè. xix. distinctio. si Romanorum. cum similibus. Non obstat dicta. l. Stichum, qui meus erit: quia ibi non loquitur, in verbo oportebit. sicut hîc.

QVAERO primò de exemplo huius legis? Gloss. hîc dicit, verbi gratia. promittis mihi quicquid te dare, facere oportebit? & sic verbum futuri temporis significat, siue continet etiā præsens. vt hîc, & præteritum. vt. l. verbum erit. infrà eodem. Et licet ista glo. ponat exemplum in contractibus, tamen ego credo, quòd idem sit in vltimis voluntatibus, cum sit eadem ratio, vt dixi. ¶ Sed inquantum dixi, quòd verbum futuri temporis trahitur ad præteritum, opponitur. Nam si hoc esset verum, sequeretur, quòd omnes leges futuris verbis compositæ, traherētur ad præteritos actus, quod non est verum: quia leges, & constitutiones certum est futuris dare formam negotijs: non autem ad facta præterita reuocare debemus: disponunt enim de futuris: vt. l. leges. & constitutiones. C. de legib. & cap. cum cognoscentes. in fine. & cap. fina. extra de constitu. cum simi
5 libus. Sol. dicit Dyn. Alberi. & Barto. hîc. † quoddam est præteritum perfectum, & finitum, & ad id futurum non extenditur: vt dicta. l. leges. & in authenti. vt cum de appellatio. cogno. in princip. & in authent. de fil. ante dota. instrumen. nat. §. j. collatio. iij. quoddam est præteritum non futurum, sed extensum in futurum, sicut est obligatio contracta, & non dissoluta, & tūc est verum, quod hîc dicitur. videlicet, quòd futurum extenditur ad illud præteritum. vt. l. si stipulatus fuerim. §. cum stipulamur. ff. de verborum obliga. Quoddam est præteritum pro parte finitum, & pro parte non finitum: vel est præteritum, cuius executio partim in præteritum cessit, & partim extenditur in futurum: & tunc quatenus est pro parte finitum, vel in præteritum cessit, non continet: sed quatenus extēditur in futurum, vel pro parte non finitum est, continet: vt est casus in. l. penultima. C. de vsur. & in. l. verbum erit. infrà eodem. & l. Plotiam. ff. de iure codicil. & l. cum tale. §. falsam. & ibi Bartol. & docto. ff. de conditio. & demonstratio. Sed contra istud vltimum videtur esse casus. in cap. cum tu. extra de vsur. vbi decretum factum, quòd vsuræ ex contractibus non præstentur, trahitur etiam ad vsuras, quæ euenerunt antequam illud decretum fuisset factum. Sed solue secundum glos. ibi. & bene: quòd ibi ideo. retrotrahitur illa constitutio: quia illud crimen vsurarum etiam ante dictam constitutionem erat prohibitum vtroque testamēto, veteri, & nouo: vt in cap. super eo. & in ca. in omnibus. eodem titu. de vsur. ex quo not. quòd constitutio iuris antiqui declaratoria trahitur etiam ad præterita: vt not. etiam in cap. final. extra de constitu. quod est verum, nisi illud ius habuit consuetudinem diu in oppositum seruatam: vt est gloss. in capitulo primo. de postulatio. prælato. libro sexto.

6 QVAERO secundò, † an illud, quod dicitur hîc, quòd verbum, oportebit, quod est futuri temporis etiam præsens tempus significat, an istud sit ex propria significatione? an verò ex interpretatione? & videtur quòd ex propria significatione: quia text. hîc dicit significat, quod verbum videtur denotare propriam significationē, vt probatur suprà in rubrica. ¶ Item cum dicit significat, & duo reperiantur significatus proprius, & improprius: vt dixi in rubri. videtur

quòd

quòd in dubio intelligendum ſit de proprio, & verò, & ſic in potiori ſignificatu. argumen.l.j.§. qui in perpetuum.ff.ſi ager vectigal.vel emphyt. petatur.coniuncta.l.quæritur Hermafroditus.ff. de ſtatu.homi.cum ſimilibus. ſed gloſſ. hîc ſentit contrarium.videlicet, quòd imò hoc ſit ex impropria ſignificatione: quia attentis verbis, & propria eorum ſignificatione,& importantia futurum non eſt præſens, nec econtrà: imò non poſſunt ſimul ſtare, vt de ſe patet. Sed ex mente legiſlatoris comprehenditur,& gloſſ. ſemper intellexit,dum dixit ex mente,ſcilicet per interpretationem: licet quando fit ex mente, poſsit dici, quòd ſit etiam ex propria ſignificatione, vt dixi ſuprà in rubri.in prima quæſtione ſextæ, & vltimæ partis principalis,& in.l.j.in ſecunda queſtione,primæ partis principalis.verſic.ſed quæro pro declaratione.ſuprà eodem. Et teneo, quòd iſtud ſit verum, quòd interpretatione, & ſic impropriè, verbum futurum ſignificat etiam vel præſens, vel præteritum: & ideo dixi in ſummario, trahitur etiam ad præſens. ¶ Nec obſtat, quòd hîc dicit ſignificat,quod debet intelligi per interpretationem,& non verè, & propriè: quia iſtud eſt contra propriam naturam ſuæ ſignificationis:& ideo licet verbum debeat in dubio intelligi in propria ſignificatione, vt dixi, tamen illud eſt verum,quando poteſt,ſed hîc non poteſt, vt dixi,ergo facit quod ſtatim dicam in quæſtione ſequenti.

7 QVAERO tertiò, an † futurum contineat præteritum regulariter? dicas, quòd non regulariter,ſed aliquando ſic:vt probatur notabiliter in.l.verbum,erit.infrà eodem.vbi dicit bis interdum,videlicet in princip.ibi,interdum etiam, & in.§.quemadmodum.ibi,ſed interdum etiam præteritum:quaſi dicat,caſualiter futurum continet præteritum,ſed non ſemper, ſecundum Alberic.hîc.facit quod dixi in quæſtione præcedenti, & etiam in prima quæſtione. ¶ Ex quo not. quòd regulariter verbum futuri temporis continet futurum tantùm, & nõ præteritum:& idem credo de præſenti,ſcilicet quòd regulariter futurum præſens non contineat, quod eſt vtile ſcire per ea, quæ habentur per gloſſ. & quod ibi dicam, in.l.omnis diffinitio.ff.de regulis iuris. Sed contra iſtam regulam opponitur, & videtur, quòd imò futurum contineat præteritum regulariter, & ſimpliciter,ſi enim ſemel fuit: ergo videtur impoſsibilẽ non eſſe, vt.l.verbum erit. infrà eodem. & quia facta non poſſunt haberi pro infectis.l.in bello.§.factæ.ff.de capti. & quinquageſima diſtinctio. ferrum. Sed ad hoc dic, ſecundum Albericum,quòd verum eſt, quòd eſt impoſsibile factum non fuiſſe factum,ſed bene poſſibile eſt non eſſe de præſenti: quia ſit ſublatum, vel extinctum:& per conſequens non futurum. argumen.l.ij.§.circa.ff.de doli exceptio. cum ſimilibus. & ideo præteritum non cõprehenditur de neceſsitate ſub futuro, ſed ex accidenti ratione conditionis, vel coniunctionis, vel extenſionis,aut relationis.

8 QVAERO quartò † an, & quando præſens tempus comprehendat præteritum,& futurum, de qua quæſtione, vide textum. & ibi per doct. in.l.ſi ſtipulatus fuerim illud,aut illud.in.§. cum ſtipulamur. & in.l.ſi à colono.ff.de verborum obliga.& per Dynum,Bartol.& docto.hîc, & pleniſsimè per Bartolum, in.l.ſi ita.ff.de auro & argento legato. & in.l.final.C.quæ res pigno. oblig. pot. & per Baldum, in.l.ſi ita ſcripſiſſet.ff. de legatis ſecundo.& per Flo.& docto. in.l.ſi ſeruitus.ff.de ſeruitu.vrban.prædiorum.& per eundem in.l.cum deberem. eodem titulo. & in.l. ſi mihi eodem tempore.ff.de ſeruitu. ruſtic. prædiorum. & per gloſſ. Bartol. & docto. in prima conſtitutione.C.in princip. & per gloſſ. ordinar. xxxij.quæſtione quinta. ſi Paulus: in verbo non eſt.& per Ioannem Andr.in cap.final.ſuper verbo exiſtunt. extra de verborum ſignificatio. in Nouella:& in capit. non poteſt de præbendis. libro ſexto.ſuper verbo recipere in Nouella,& per Canoniſtas in cap.fina.extra de reſcript.& in clemen. eodem titulo. & vide quæ dicam in.l.verbum erit. infrà & in alijs locis, quæ infra allegabuntur. ¶ Circa quem tamen articulum dicas, ſecundum Bartolum hîc. primò, quòd verbum præſentis temporis,primò continet ſeipſum,ſcilicet præſens, & iſtud non habet dubitationem. Sed an contineat præteritum,dicas,quòd non ratione ſui, ſed bene poteſt eſſe, quòd præteritum duret vſque ad præſens,vt Troia,vel Conſtantinopolis capta eſt,id eſt durat capta,vt eſt text. & ibi de hoc dicam in.l.verbum erit. infrà eodem. & in.l. Aurelius.§.Titius.ff.de liber.lega. & ideo quando præteritum durat in præſenti,tunc præſens dicitur continere præteritum, vt Troia capta eſt,id eſt durat capta,vt probatur.ff.quod vi, aut clam. in.l.is qui in puteum.§.quod ait prætor.vbi eſt expreſſum:ſecus ſi non duraret ſecundum Bartolum hîc.¶ Ego autem in hoc articulo aliter puto eſſe dicendum, & latius. Et primò ſuper hoc,an præſens tempus contineat tantùm præſens, an verò etiam præteritum, vel futurum, dicas faciendo primò regulam, quòd verbum præſentis temporis regulariter continet ſolummodo præſens, & ſic ſeipſum, & non aliud: vt dicta.l.ſi ſtipulatus fuerim.§.cum ſtipulamur.

9 &.l.si à colono.ff.de verborum obligatio. † Et ideo verba contractus in dubio referuntur ad tempus præsens,nisi contrarium appareat, vt in dictis iuribus:& hoc vult Bal.in.l.pactum in xvj. quæstio.C.de colla.vbi determinat per dicta iura:quòd licet in instrumento finis factæ cum iuramento de omni,& toto eo & cætera.tamen illa generalitas verborum restringitur ad tempus præsens,imò plus si quis remittit omne ius,quod habet,vel habere sperat,intelligitur de iure,quod habere sperat ex causa de præsenti, vt probatur in.l.quod Seruius.ff.de conditio.ob causam.& ibi hoc not. docto. & Bartol. in.l.qui Romæ.§.duo fratres.in sexta quæstio.ff.de verborum obligatio.& in.l.de rebus.in fine.ff.de recep. arbit. & in l.post emancipationem.§.primo.ff.de liber. lega. & in.l.si vxor.§.diuus.ff.ad legem Iuliam. de adulter.& per Baldum,in cap.j.in tertia colum.ad finem.in titu.Imperator Lotharius in vsibus feudo. Et ista regula, quòd verbum præsentis temporis significet tantùm præsens, & nō futurum, vel præteritum,procedit secūdum Iacobum Butriga.& Flor.in dicta.l.si seruitus.ff.de seruitu.vrba. prædi. quando oratio concipitur suo verbo: quia tunc significat secundum illud verbum. vt dicta.l.si à colono.Idem si concipitur cum parti-
10 cipio descendente à verbo:† quia participium significat secundum tempus verbi,sub quo concipitur:vt.l.si quis stipulatus sit cum gloss.ff.de verborum obligatio.idem etiam quando concipitur sine verbo,vel participio,quando adijcitur pronomen meum,quia tunc restringitur ad tempus præsens,vt est text.& ibi plenè per Bartolum,in l.si ita.ff.de auro & argento lega. ¶ Et proptereà dixit singulariter Innocen. in cap. dudum. extra
11 de priuilegijs:quòd si Papa dicit † eximimus tale monasterium cum talibus ecclesijs suis,intelligendum est, si suæ sunt, & sic de præsenti: quia per hæc verba non intelligitur dare: vel eximere futuras,& ad hoc vide Anto.de Butri. in cap. inter dilectos.in tertia colum.ad finem.extra de fide instrumen.Istud tamen fallit,quando aduersario resultaret modicum præiudicium, vt.l.final. C.quæ res pign.oblig.poss.vbi dicitur, quòd verbum,meum,vel suum,appositum in obligatione generali comprehendit tempus præsens,& futurum,vt ibi not.& not. Flor. in dicta.l.si seruitus. sed ista regula, quòd præsens regulariter significet tempus præsens,& non præteritum, nec futurum fallit in multis casibus.¶ Et primò,quando præteritum durat vsque ad præsens; quia tunc præsens comprehendit etiam præteritum: exemplum. Troia capta est, id est durat capta, vel talis absolutus est, id est durat absolutus, vel alligatus est, id est durat alligatus, vt est text. in.l. verbum,erit.infrà eodem.& hoc vult Dyn.Bartol. & Alberic.hîc, & dicam in dicta.l.verbum,
12 erit. † Et sic in hoc conclude,quòd præsens præteritum continet, quando effectus præteriti adhuc durat, vt ibi, aliâs secus regulariter.

¶ Secundò fallit in literis principis declaratorijs: quia illæ semper trahuntur ad tempus præteritum, vt est glossa singularis in capitulo sicut. de verborum significatio.in sexto.Facit quod dixi suprà. in prima quæstione. in fine. ¶ Tertio fallit, quando lex loquitur per verbum,quod reperitur in tempore præterito perfecto, & in tempore futuro. Nam tunc intelligitur ipsa lex, etiam quoad casum præteritum, & quoad casum futurum, secundum Angelum, in dicta.l.si seruitus. & dicam infrà. in sexta fallentia.

¶ Quartò fallit in his, quæ dependent ex mera voluntate testantis: quia tunc verba præsentis trahuntur etiam ad futurum ex voluntate testatoris,vt est textus, in.l.secunda. & ibi hoc notat Bartolus.ff.de alimentis, & cibar. legat. & idem not. Bartolus, in.l.si ita.ff.de auro & argento legato. & vide in.l. semper acceptum. in vltima cartha. infrà eodem. & quod ibi dicam.

¶ Quintò fallit, quando participium præteriti temporis iunctum est cum verbo præsentis temporis: quia tunc requirit secundum propriam significationem factum: & sic præsens verbum comprehendit etiam præteritum: vt est textus, & ibi Bartolus, in.l.si is qui in puteum. §. quod ait prætor.ff.quod vi, aut clam. Facit, quod dixi in prima fallentia. ¶ Sextò fallit, quando lex vtitur verbo præsentis temporis in puniendo actum: quia intelligitur etiam de tempore plusquam perfecto, vt est textus, cum glossa. & ibi Bartolus, hoc not. in.l.cedere.§.subsecare.ff.ar-
13 borum furtim cæsar. ¶ † Septimò fallit, vt verbum præsens aliquando referatur ad futurum, quando scilicet de præsenti est in potentia, vel in habitu,vt probatur in cap. cum in illis.§.illis. de præbendis, in sexto.Nam ibi Papa dicit, scribimus, & tamen comprehendit id, quod nondum scriptum est. Ex quo not.ibi domi. Dominicus de sancto Geminiano, quòd verbum scribimus, potest verificari in eo, quod nondum est actualiter scriptū,sed est in potētia scribendi, adde tu, vel in habitu,quod dicit esse notādū ad dubiū,quod habuit de facto. Papa cōcesserat gratiā vni,dicēdo,tibi,qui scribis in registro nostro &c. & ipse nondū scripserat,quia ius scribendi nō occurrerat,sed erat deputatus ad hoc per habētem potestatem:quia licet Papa dixerit tibi, qui scribis,debet intelligi quoad habitum scribendi:quia aptus

aptus es scribere, licet actualiter non scribas, vt similiter ponitur in dicto capitulo cum in illis in. §. illis. quod est bene not. ¶ Octauò fallit, quia illa regula non procedit in verbis prolatis à lege, quæ sint temporis præsentis, semper enim trahuntur ad futurum, vt. l. leges, & constitutiones. C. de legibus. &. c. fi. extra de constitu. secundum Angel. in dicta. l. si seruitus. ff. de seruitutibus vrba. prædio. & est ratio huius fallentiæ: quia lex semper loquitur: vt probatur in omnibus legibus, & authenticis, quæ incipiunt hodie, vt not. Barto. in. l. omnes populi. ff. de iustit. & iure, & in l. Arriani. C. de hæreticis. vbi est text. quòd lex semper est in viridi obseruantia: & ideo licet sit per verba præsentis temporis, tamen trahitur ad futura. vt not. Bartol. in. l. si ita. ff. de auro, & argen. lega. Et idem est dicendum de statutis, quæ sunt leges municipales in loco. vt. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. limita tamen istam fallentiam secundum Bartolum, in dicta. l. si ita: vt non habeat locum si lex contineret remissionem delictorum: quia tunc ad futura non traheretur, vt l. tam lex. ff. de legibus. Item secundò limita, nisi lex loqueretur per verbum, quod reperitur in tempore præterito perfecto, & in futuro: quia tunc ipsa lex intelligeretur nedum de casu futuro, sed etiam de præterito: vt dixi supra in tertia. fallentia. ¶ Nonò fallit, quando verbum præsentis temporis profertur ab homine per verbum potest. Nam tunc comprehendit futura: quia extensiuum est: vt est text. in. l. si ita quis testamento in principio. ff. de lega. secundò. & ibi hoc not. Barto. & doc. Et idem not. Bartolus in. l. si ita. ff. de auro, & argento legato & sequitur Baldus, in l. eam quam in ante penulti. columna. ad fin. extra de fideicommissis. vbi hoc limitat singulariter videlicet nisi sit defectus in persona testantis, vt si pater legat filio spurio, cum capere poterit: quia tunc non valet relictum, & legitimatus etiã non caperet: de quo vide ibi per Baldum, & per doc. in. l. in tẽpus in principio. ff. de hæredibus instituu. ¶ Decimò fallit, quando verbum præsentis temporis nihil operaretur, si tantùm præsens comprehenderet: quia tunc comprehenderet etiam futurum. argumento. l. si quando. de lega. primò. &. c. si Papa. de priuilegijs, libro sexto. Et ideo si aliquis promisit quicquid dare, & facere oportet, trahitur etiam ad debitum in diem, vel sub conditione, vt verba aliquid operentur: vt not. Bal. in. l. si ita scripsisset. ff. de legatis secundò. & probatur per glossam notabilem in. l. prima. in fin. ff. ad municipales. de quo vide per doctores Modernos in dicta. l. si stipulatus fuerim. §. cum stipulamur. ff. de verborum obligatio. circa quod adde quod dicam. infrà in sequenti quæstione principali. ¶ Vndecimò fallit, in his, quæ dependent ex mera voluntate defuncti: & variatio cõsistit in futuro circa eandem rem, vel quæ haberetur loco eiusdem rei ex dispositione defuncti. Nam tunc præsens porrigitur etiam ad futura, l. Mela. §. primo. & ibi Barto. ff. de alimentis & cibarijs legatis. &. l. fina. §. fi. & ibi Bartolus. ff. de libe. legat. & notat Bartolus, in. l. si ita. ff. de auro, & argento. lega. & pro hoc vide textum Bartolum, & doc. in. l. si seruus. §. qui quinque. ff. de legatis primò. & text. & Bartolus, in. l. quidam in fin. ff. de vino tritico & oleo legato. facit quod dixi suprà in quarta fallentia. ¶ Duodecimò fallit, quando tractatur de modico præiudicio: quia tunc etiam circa res separatas verbum præsens porigitur ad futura: vt. l. fin. C. quæ res pignori obligari. poss. vnde in obligatione generali veniunt etiam futura, vt ibi. & hoc etiam tenet Bartolus, in dicta. l. si ita. & Florianus in. l. si seruitus in fine principij. ff. de seruitu. vrba. prædio. Et ideo dixit Bartolus, in dicto. §. cum stipulamur, quòd aliquis promisit, vel iurauit seruare statuta in his, quæ sunt modici præiudicij iuranti, seu promittenti, intelligitur tam de præsentibus, quàm de futuris: secus in his, quæ sunt magni præiudicij: quia intelligitur solummodo de præsentibus: de quo dic: vt ibi per doc, & per Canonistas. in capitulo penultimo. extra de iureiurando. ¶ Decimoteriò fallit, quando per testatorem esset apposita dictio tunc: quia verbum præsens referretur ad tempus mortis testatoris. vt est textus, & ibi per Bartolũ, in. l. tutoribus. ff. de testamentaria tutela, & notat Bartolus, in. l. si ita in secunda columna. ff. de auro & argento legato. ¶ Decimoquartò fallit, in rebus accessorijs primarum rerum: quia etiam futura comprehenduntur sub præsenti, sicut si legatur delictũ, veniunt etiam vsuræ, quæ postea debentur. vt est casus. & ibi Bartolus, in. l. fina. §. Caio Seio. ff. de

14 libe. lega. ¶ Decimoquintò fallit † in verbo concedo: quia istud verbũ licet sit præsentis temporis: tamen habet vim pacti obligatorij: & ex eo agitur: & hoc tenuit Azo in summa. C. de dona. circa medium. & Bartolus, in. l. quinta. §. stipulatio. ff. de verborum obligatio. & Flori. in. l. si mihi eodem in principio. ff. de seruitu. rusti. prædio. Et circa istud verbum concedo, vide textum & quod ibi not. in. l. si. ff. de dona.

15 QVAERO † quintò, an & quando preteritum comprehendat, vel extendatur nedũ ad preteritum, sed etiam ad presens, & ad futurũ

& glo.hîc, & Bar.dicunt quòd præteritum non comprehendit futurum,niſi ex extenſione, vel ratione rei, cui adicijtur vt.l. talis ſcriptura in principio, & in fine. ff. de legatis primo. Sed tu dic, pleniùs, quòd aut quæritur, an præteritum contineat ſe ipſum,& non eſt dubium, quòd ſic, ſecundum propriam ſignificationem, aut quæritur,an contineat præſens,vel futurum ex propria ſignificatione,& dicendum eſt, quòd non comprehendit præſens ſecundum propriã ſignificationem,vt probatur in.l.ſi id quod.verſiculo.quòd ſi dum proponitur.de iur. omnium iudicum. Item nec comprehendit futurum ex propia ſignificatione,vt ſentit hîc gloſ.vt dixi ſupra in ſecunda quæſtione:& hoc vult etiam Bartolus hîc in fi.dum dicit,quod non comprehendit,niſi per extenſionem:aut quæritur,an prȩteritum comprehendat præſens,vel futurum per extenſionem,& in hoc diſtingue:aut eſt præteritum imperfectum. exemplum. teſtator legauit mancipia, quæ ibi erant,& tunc ſi retulit ſe ad tempus teſtamenti facti: & tunc iſtud verbum erant,non ſignificat futurum tempus,ſicut alia verba optatiui,& ſubiunctiui modi, vt eſt text. cum gloſ.& ibi Bartolus in.l.ſi mancipia in principio.ff.de fund. inſtruct.aut teſtator non retulit ſe ad tempus teſtamenti, & tunc porrigitur etiam ad futurum:vt eſt text.& ibi Bartolus in.l. cum certus. ff.de vino triti.& oleo lega. & not. Bartolus in dicta.l.ſi mancipia. Et ideo tantum eſt dicere quod natum eſſet,quantum, quod natum erit:vt dicta.l.cum certus. & ibi hoc notat Bartolus.& maximè iſtud procedit,quando verba nihil operarentur,vt dixi in quæſtione præcedẽti in.x.fallentia.Et ideo vbi verbum inſertum contractui eſt dubiũ in ſignificato ſuo:quia verificari poſsit,& effectũ ſortiri in præſenti,& trahi etiã ad futurum,vt in verbo oporteret,quod eſt præteriti imperfecti ſubiunctiui, vel ſimili,ſi de

16 præſenti ſecũdũ † tẽpus quo in diſpoſitione profertur,poteſt operari,nec diſpoſitio redditur inutilis,verificari debet & reſtringi ad tempus prȩſens,& nõ trahi ad futurum, vt probatur in.l.eũ debere columnam.ff.de ſeruitu.vrba. præ. & ibi hoc not.Flor.& idem ſenſit Bartolus in.l.cum ſtipulamur.ff.de verborum obligatio. quod not. pro limitatione eorum quæ not.Bartolus,in.l. ſi ita præallegata,& in.l.prima.in ſeptima quæſtione.ff.de codi.&.in.l.qui Romæ.§.Augerius.ff.de verborum obligatio.& ita conſuluit Flor.vt ipſe refert in dicta.l.eum debere columnam, aut eſt prȩteritum perfectum,& tunc aut apponuntur. iſta verba in inſtrumento,dedit,vendidit,& tradidit,vel ſimilia,ſicut communiter notarij apponunt in inſtrumentis venditionum, & tunc illa verba præteriti temporis intelliguntur etiam de illo tempore præſenti, quo inſtrumentum fuit contractum,& ſic debet intelligi præteritum,ſcilicet in modica præteritione.& ita,quòd in continenti,& non ex interuallo dicatur geſtum: pro hoc eſt text. in.l. fina.C. de apoch. publicis ibi. ſubſcribitur pecuniam ſolutam eſſe, libro decimo.& ita notabiliter voluit Bartolus,in.l.poſt dotem:in verſiculo expeditis lecturis, veniamus ad quæſtiones.ff. ſoluto matrimonio, in principio. ſexta columna.& in.l.ſi ita ſtipulatus.§. Chriſogonus.ff.de verborum obligatio.& in.l.prȩdia.ff. de acquirenda poſſeſsione,licet ibi Rapha. tenuit contrarium,& bene.aut prædicta verba non fuerunt appoſita,ſed ſunt alia verba prȩteriti temporis,& tunc ex voluntate defuncti poſſunt trahi, ad tempus futurum,vt.l.ſecunda.& ibi Bartolus, ff.de alimentis,& cibar.legatis & etiam ad præſens tantùm:vt.l.Mela.§.ſed alimenta:& ibi per gloſſãm & Bartolum,eodem titu. aliàs regulariter nota,quòd præteritum non extenditur ad futurum:& hoc quando poſſet aliquid operari in

17 præterito:aliâs traheretur ad præſens † vel futurum,vt verba aliquid operentur:vt ſtatim ſupra dixi,& in quæſtione præcedenti in decima fallentia. Barptholomæus Cæpola.

SVMMAE.

1 *Actio quid.& numero 7.& quot modis capiatur numero 10.*

2 *Actione denegata,non denegatur exceptio, & cui denegatur exceptio,non denegatur negatio, ergo negatio non eſt exceptio,multominus actio erit.*

3 *Excipiens,agere dicitur,ſaltem impropriè,vel agere dupliciter capitur.*

4 *Creditor perdens actionem,non perdit exceptionẽ.*

5 *Ex pacto nudo, ſi non actio, ſaltem exceptio oritur.*

6 *Actio eſt nomen generale vt eius appellatione comprehendatur omne id,quo nobis ſubuenitur.*

8 *Conceſſa actione, an concedatur exceſsio, diſtingue.*

9 *Actio & exceptio an per omnia differant.*

11 *Actio & officium iudicis an idem.*

: ACTIONIS. appellatione actionis non venit exceptio.hoc dicit mutatis verbis. & eſt ratio:quia ſunt diuerſa. Nam actio eſt † ius perſequẽdi in iudicio quod

cio quod sibi debetur. vt.l. nihil aliud.ff.tit.proximo, & ibi dicā: & insti.de actio.in prin.& ibi per glos.& doc.sed exceptio non est ius persequendi, sed actionis exclusio.vt.l.secunda.in princip.ff.de exceptio.& sic actione persequimur, & exceptione excludimus. Item exceptiones dantur reis, per quas defenduntur, actiones dantur actoribus: & sicut actiones sunt arma actorum, sic & exceptiones sunt arma reorum, vt.l.secunda.in principio §.aliud.ff.de exceptio.& not.glos.Instit. de actio. in principio in verbo persequēdi. Et sic inspectis quibus dātur, & inspecto effectu differūt, licet in onere probādi conueniant, vt dicā infra in tertia quæstione. Et ideo exceptio non continetur sub nomine actionis. Vnde per istum textum dixit Bald.in.l.peremptorias.C.sententiam rescind.nō poss.in principio.ante penultima columna.quòd
2 si statutum dicit, quòd bannito † non detur actio exceptio sibi non denegabitur. vt etiam statim dicam in prima oppo.subdit tamen ibi Bal.quòd si statutum dicit, quòd bannitus non audiatur agendo, nec excipiendo, quòd tamen audietur negando: quia negatio non est actio, neque exceptio: quod est not.facit ad hoc, quod not.glos.in l.prima.in verbo agere videtur.ff.de exceptio. & quod dicam infrà in tertia quæstione. ¶ Opponitur primò contra istum textum & contra prædicta, & videtur quòd imò appellatione actionis contineatur exceptio: quia ille, qui excipit, dicitur agere. Nam reus in exceptione actor est, vt.l. prima.ff.de excep.Sol.gl.in dicta.l.prima.quòd ideo reus dicitur agere, quia factum ponit, vt actor, ex quo petit, & onere probationis grauatur: vt
3 l.in exceptionibus.ff.de probat.vnde dicitur † agere id est actoris officium excercere: quia factum ponitur, & debet probare, sed nō est actor. Idem not.glos.in.l. in exceptionibus.ff. de probationibus vbi dicit, quòd reus agere videtur ex interpretatione, & nō ex propria significatione, quod est verum secundum Barto.in dicta.l.prima qui dicit tene menti propter statuta, quæ debent intelligi verè, & secundum propriam significationem.vt.l.tertia. §.hæc verba.ff.de negotijs gestis cum simil. quia si statutum denegat actionem alicui, non videtur denegare exceptionem, vt statim etiam dixi secundum Bal. ¶ Opponitur secundò.contra istud, & imo videtur, quòd reus excipiendo dicatur propriè agere, vt est text.cū glos.notabili in.l.prima.in principio.C. de iur.& facti igno. ¶ Sol.secundum Barto.in dicta.l. prima.in principio.ff.de exceptionibus quòd agere capitur duobus modis, aliquando prout sumitur.Instit.de actio.in principio, & in.l.nihil aliud. infra titu.proximo, & tūc ille qui excipit impropriè dicitur agere aliquādo sumitur agere prout assumunt logici pro quolibet actu, & tunc excipere est propriè agere: quia propriè actus est capiendo actum in genere. ¶ Opponitur tertiò.& videtur, quòd appellatione actionis contineatur exceptio, vt.l. prima. §. primo.ff. de dolo malo. vbi dicitur, si alia actio non erit, datur actio de dolo.& in. §.ait prætor in ea.l. exponitur id est, actio, vel exceptio non erit. Sol. secundum Bart. in.l.eleganter in principio.ff.de dolo malo quòd in dicta.l.prima fit larga interpretatio. vt excludatur actio dolosa.hîc verò cum similibus actio profertur in materia odiosa scilicet ad excludendum actorem ab actione sua: ideo accipitur strictè.vel dic plenius secundum Bart.in.l.prima. in principio.ff.de exceptio.distinguendo quādoque verbū actio refertur ad id, quod expeditur extra iudicium: & tunc exponitur actio id est actus, vt in auth hoc ius porrectum.C.de sacrosan. eccle. quandoque refertur ad actionem, quæ exercetur in iudicio, & potest exerceri indifferēter in iudicio, & extra, & tūc aut loquimur in materia odiosa, & tunc verbum actio strictè sumitur, vnde licet creditor violentus perdat actionem, vt.l.ex-
4 tat.ff.quod metus causa. † Non tamen perdit exceptionem, vt not.in.l.sed & partus. §.primo.in glos.magna eod.titu. ¶ Idem in.l.siquis in tantā. C.vnde vi & in similibus.vbi licet quis priuetur actione, si tamen aliquid sibi soluatur habet exceptionē, nec ab eo repeti potest.l.si pœnæ in principio.& ibi not.ff.de condi.in debi.idem in legibus quæ dicunt, quòd ex pacto nudo non oritur
5 actio, † Nam per hoc non tollitur exceptio: quia hoc esset odiosum & contra naturalē æquitatē. aut loquimur in materia fauorabili: & tunc appellatione actionis continetur exceptio, exemplū in dicta.l.j. §.ait prætor.ff.de dolo malo.Nam in fauorem rei est introductum, vt non detur actio de dolo, si alia actio competit: ideo intelligitur largè, vt exceptionem comprehendat, & omnem facultatem perueniendi ad suum vt.l.eleganter in principio.ff.de dolo malo sic etiam intelligendum est, quod dicitur, quòd ei, qui agit incumbit onus probandi, quia agere intelligitur, etiam qui excipit. Nam aliàs sequeretur, quòd reo. in his quæ dicit, non incumberet onus probandi, quod esset odiosum & iniquum. ¶ Opponitur
6 quartò, † quòd appellatione actionis continetur nedum exceptio, sed etiam omne remedium quo potest alteri consuli, vt.l.eleganter in principio.ff.de dolo malo. Solutio patet ex his, quæ dixi in præcedenti oppositione.

¶ Opponitur quintò. Nam cui damus actionẽ,
ei multo magis exceptionem.l.inuitus.§.cui da-
mus, infra titu.proximo.&.l. prima.§.quod ait
prætor in fin.ff.de superficieb.solutio secundum
Dy.Ray.& Alb.hìc,aut actio,& exceptio oriun
tur ex eodem facto,& ex eodem iure, & radice
procedunt: & tunc concessa actione, videtur
concessa etiã exceptio,& ita procedit dicta regu-
la, Cui damus actionẽ &c.aut ex diuersis factis
procedunt,& tunc non est dubium,quòd ad cõ
cessionẽ vnius, non sequitur concessio alterius:
vel solue secundò.quòd non sequitur,si mihi da-
tur actio,& propter hoc exceptio,ergo exceptio
est actio.Nam non sequitur, si ad concessionem
primi sequitur secundum,ergo secundum est pri
mum.Sicut non sequitur, si concedo vsumfru-
ctum,videor concedere facultatem vtendi: ergo
facultas vtendi est vsufructus, vt percipi potest.
ff.solu.matrimo.l.vsufructu.&.ff.de iure dot.l.si
vsusfructus.& de vsufructu.l. arboribus.§. vsu-
fructu.Ex prędictis tu potes colligere an,& quã-
do appellatione actionis contineatur exceptio,
vel non.

7 QVAERO primò,quid sit actio?dic,† quod
est ius persequendi in iudicio,quod sibi debetur,
vt est text.& ibi per glo.& doc.instit.de actio. in
principio.& in.l.nihil aliud infrà titu. proximo,
& ibi dicam de ista diffinitione actionis.

QVAERO secundò, de exemplo huius,
quomodo est,quòd actionis verbo non continea
tur exceptio?glos.prima hìc dicit,vt si legas mihi
actionẽ nõ videris legare exceptionẽ.istud exem
plum est ineptum secundum Albe.hìc, quia aut
exceptio,& actio oriuntur ex eodẽ facto,& tunc
8 concessa actione videtur esse cõcessa † exceptio:
quia cui damus actionem &c.aut oriuntur ex di
uersis fractis,& non est mirum,quòd ad conces
sionem vnius,non venit concessio alterius:vt di-
xi suprà,in quinta oppositione.¶ Et ideo tu po-
nis alia exempla:primò secundum Dynum, qui
actionẽ proponit in ea persistere debet,vt in au-
then.qui semel.C.quomodo & quando iud.non
autem in exceptione,vel pone exemplum aper-
tius secundum Albe.actor tenetur eligere actio-
nẽ.l.quod in hæredem.§.eligere.ff.de tribut. hoc
non habet locum in exceptionibus; quia plures
exceptiones contrarias quis proponere potest,vt
l.nemo prohibetur.& ibi plenè per Bar.ff.de ex-
cept.& in.c.nullus pluribus.de regulis iuris.in se-
xto.& not.in.l.si quidem.C.de excep.

9 QVAERO tertiò, †an omni respectu
actio,& exceptio & replicatio sint diuersæ. glos.
secunda hìc dicit,quòd sic regulariter,quia actio
ne prosequimur, & exceptione excludimus, de
quo dic,vt pleniùs supra in principio. ¶ Sed in
onere probandi sunt pares,quia sicut actor tene-
tur probare id,quod intendit in sua actione,vt.l.
actor.C.de probatio.&.c.vt nostrum.extra vt ec
cle.beneficia.ita reus tenetur probare suam ex-
ceptionẽ,& in hoc dicitur esse actor,vt.l.in exce-
ptionibus.ff.de probatio.quod intellige, quando
excipiẽdo aliquid ponit,vel petit,vt quia dicit se
cisse pactũ de nõ petendo,& ita intelligitur.d.l.in
exceptionibus.secus si excipiendo nihil ponit: sed
solùm negat,vt quia dicit,non numerasti pecu-
niam,quia tunc asseueranti, non reo excipienti
incumbit onus probandi.vt not.glos.in.l.prima.
ff.de except.& ibi hoc not.Bart. & idem voluit
hìc Dy.& probatur hoc in.l.asseueratio.C.de nõ
numera.pecu.

QVAERO quartò, quot modis capiatur
10 hoc verbũ,actio.dic pluribus modis: † ¶ Primò
pro iure prosequendi in iudicio,vt dixi supra in
prima quæstione.¶ Secundò ponitur pro actu,
& sic pro facto,vt in authen. de non alienandis.
§.si numus.in fi.coll.secunda.&.ff.de dona. inter
vir.& vxo.l.tertia.§.sciendum circa medium, &
in.l.hæredes palàm.§.fi.ff.de testamen. & in au-
then.hoc ius porrectum.C.de sacro.eccle.& dixi
supra in quarta opposi.¶ Tertiò, ponitur pro
actione criminali,vt.l.prima.& in rubrica.quan-
do ciuilis actio præiud.crimi.¶ Quartò,ponitur
pro administratione, vt in auth.at iud. sine quo-
quo suffra.§.iusiurãdũ,& facit.ff.de admini.tu.l.
actus.¶ Quintò,ponitur pro tractatu habito &
concordia,vel consensu.vt not.glos.fin.in.c.j. ex-
tra.de maio.& obedi.& vide circa hoc glos.insti.
de actio.in prin.in verbo actio in princ. & quod
dicam in.l.pecuniæ.§.actionis verbum infra eo.

11 QVAERO quintò, †an appellatione a-
ctionis veniat officium iudicis?dic,quòd non, vt
not.per glos.insti.de actio.in princ.& ibi vide ple
nè per dominus Angel.de Aretio quod multum
not.pro statutis tollentibus actionem,vt non vi-
deantur tollere officium iudicis. facit quod not.
Bart.in.l.prima.§.secundo.ff.quod vi aut clam.
Et facit hoc ad multa. Cætera circa materiam
huius verbi actio,dicam in.l.actionis verbo, & in
l.pecuniæ.§.actionis verbum infra eo.vbi videre
poteris.

SVMMAE.

1 *Raptum vt quid dicatur, tria necessaria sunt. & numero.3.*

2 *Lex vel statutum de rapiente loquens, habet locum in frangente, & in scindente.*

4 *Qui suasit, non dicitur rapuisse. fallit duobus modis.*

Virgo

5 *Virgo semper præsumitur rapta.*
6 *Virginum raptores capite puniuntur.*
7 *Eripere, & eximere quid.*
8 *Rapere & amouere differunt. item differunt à verbo depredari.*
9 *Raptor & latro differunt.*
10 *Rapere & auferre differunt, vt auferre sit minus quàm rapere.*
11 *Rapina & furtum differunt, vt hoc sit rerum, illa personarum. vel illa genus. hoc species. nu. 14.*
12 *Raptor quis. multorum enim est significatuum numero. 15. 16. & 17.*
13 *Rapere mulierem quis dicatur.*
18 *Rapiens sponsam suam punitur pœna raptus. idem in sponsa sponsum rapiente.*
19 *Sponsalia sunt de futuro, quandoque de præsenti.*
20 *Rapere dicitur etiam, qui concubinam inuitam retinet.*
21 *Rapiens eam, quæ meretrix fuit, punitur pœna raptus quoniam qualitas temporis delicti inspicitur.*
22 *Rapiens vxorem, an pœna raptus sit puniendus, dic quòd non.*
23 *Furtum in vno loco committens, an poßit puniri in altero.*
24 *Raptus pœna quæ.*
25 *Pro rapina datur actio tam publica quàm priuata.*
26 *Agendi forma in materia rapinæ.*
27 *Seducere, auferre, & abducere, non sunt propriè rapere.*

LEX NONA.

MARCELLVS. ista. l. dupliciter habetur in litera secundum glos. hîc, & sic duplicem habet intellectum. vno modo habetur in text. ibi contineri scissum: & est communis litera, & melior, secundum quam. h. d. in summa. verbum rapere continet scissum, fractum, & vi raptum. hoc dicit. ¶ Alio modo habetur in text. contineri se ipsum: & h. d. secundum istam literam, & secun-
1 dum glos. hîc. † ad hoc vt quis dicatur rapuisse, tria debent concurrere, scilicet rapiens, & ille cui rapitur, & res rapta. hoc dicit. & secũdum istum intellectum, verbum scissum secundum glos. hîc, exponitur id est ipsam rem, quæ rapitur, & verbum fractũ, quod sequitur, exponitur, id est eũ, cui rapitur: & aliud verbum vltimum, scilicet vi raptum, exponitur id est eum qui vi rapit aliqui tamen exponunt ista duo verba vltima scilicet fractum & vi raptum, econtra secundum glos. hîc in fin. videlicet fractum pro illo, qui vi rapit: & raptum pro illo, cui rapitur: sed iste intellectus non mihi placet: quia non bene conuenit literæ, tum quia communiter non habet seipsum: tum etiam quia expositiones aliorum verborum non conueniunt, quia iuriscõsultus videtur voluisse, quòd reperiantur tria nomina, fractũ, scissum, & vi raptum: & quòd ista tria contineantur sub verbo rapuisse: & ideo primus intellectus planior, & verior est: & ex his glos. secunda remanet declarata, & vide quod statim dicam in secundo nota
2 bili. † ¶ Nota ex ista. l. secundum primum intellectum, quòd lex, vel statutum loquens de vi rapiente, habet locum etiam in scindente per medium, & in frangẽte: Et per istam. l. fuit terminata quæstio talis: si statutum est in ciuitate, quòd quicunque rapuerit rem aliquam de domo alicuius, puniatur in centum. & quidã frangit hostiũ, vel domum alterius, an teneatur pœna statuti? dictum fuit, quòd sic per istam. l. secundum Dy. &
3 Alb. hîc, & bene, quod not. ¶ Nota. ij. † quòd ad hoc, vt valeat libellus ad restitutionẽ consequendam: quia spoliatus per rapinam debet tria continere in libello. s. rem raptam, raptorem, & rapinã id est ipsum actum, quia neque res, neque persona est maleficium: sed ex re, & persona, & actu fit maleficium, vt est tex. cum glos. singula. hîc secundum Bal. qui ita not. in. c. accedens. ij. extra vt lite non contesta.

QVAERO primò, quid si suasionibus
4 † aliquem abduxit? an dicatur rapuisse, vt puniatur statuto loquente de raptu? dic quòd non regulariter per istum tex. & per. l. iiij. ff. de inoffi. testa. & non. in. l. j. C. siquis aliquẽ testa. prohibue.
5 ¶ Fallit primò, † in raptu virginum. vt. l. j. C. de rapt. virg. vbi lex assumit rapinam pro quacunq; seductione, etiam si virgo rapta diceretur volens iuisse, vt ibi. ¶ Fallit secundò, in rapiente liberũ hominem etiam volentem, sed circunuentum, vel seductum, vel sollicitatum nõ bona, vel probabili ratione. vt est tex. notabilis in. l. iij. §. siquis volentem retineat. ff. de libero ho. exhi. quod nota contra multos abducentes virgines, vel mulie
6 res, etiã volentes: † quia de iure cõmuni capite puniuntur. vt dicta. l. j. C. de raptu virginum. sed in hoc communiter statuta per Italiam aliter dispo nunt, & mitius puniendos: & maxime in ista ciuitate Paduæ. ¶ Item hoc not. contra milites, seu stipendiarios, qui abducunt pueros ad stipẽdium inuitis parentibus, vel consanguineis. Sed de consuetudine iuris militaris, cui standum est, vt. j. di. ius militare. hoc tempore seruatur, quòd volentes possunt abducere, & retinere, etiam inuitis parentibus: & ita aliâs vidi iudicari in ciuitate. Bononiæ per Nicolaum Picininum militũ Imperatorem illustrem.

7 QVAERO secundò, † quid importet verbum eripere, vel eximere? dic, quòd eripere propriè est de manibus auferre per raptum, eximere verò est quoquo modo auferre. vt est text. in.l.sed eximendi in princi.ff.ne quis eum, qui in ius vocat.est vi exi. Ex quo sequitur quòd statutum loquens, de eripiente, non habebit locum in eximente monachum de Abbatia, vel filium de domo patris: & idem si statutum loqueretur de rapiente de manibus. Sed Iaco.Bu. in dicta.l.sed eximendi tenet contrarium. & bene: quia ibi verbum de manibus, exponitur id est de potestate, vt.l.manumissiones.ff.de iusti.& iure. Sed si statutum loqueretur de eximente haberet locum, etiã siquis corpus non eximeret, sed impediret, vel retineret, quominus duceretur, vt dicta.l. sed eximendi post princip.

8 QVAERO tertiò.† in quo differt verbum rapere, à verbo amouere? dic, quòd rapere est vi. amouere potest etiã esse sine vi, vt est text. in.l.ij.§.non solùm.ff.de incen.rui.naufra.

QVAERO quartò, an & in quo differt rapere, à verbo depredari? dic, ꝙ differentia est, vt probatur in.c.j.extra de rapt.& est ista, quia rapina dicitur quoad res mobiles. Depredatio quoad se mouentia qualia sunt bruta, vel ad immobilia, vt not.in dicto.c.j.

QVAERO quintò, quæ sit differentia
9 † inter latronem, & raptorem? dic quòd latro est. qui furtum facit, de quo extra.de fur.per totum. Raptor verò qui rem mobilem rapit.ff.vi bono. rapto.per totum. ita dicit dominus Prosolocimus de Comitibus in.c.ex parte Adæ.in tertia col.extra.de testi. Et quis latro dicatur etiam vide, quæ dixi in authen.sed nouo iure.C.de seruis fugitiuis.

10 QVAERO sextò, quæ sit differẽtia † inter verbum rapuit, & verbum abstulit? Dic, quòd verbum abstulit, non importat robariam: quia potest intelligi de non mandato, sed aliter eo inuito: & sic non puniretur à statuto puniente robariam: & defendit vnum de facto Ang. qui accusatus fuerat, quòd abstulerat ex Titio: & petebatur eum condemnari ex statuto puniente robatorem. Nam ipse Ang. dixit, quòd verbum abstulit, robariam non denotat, cum & sola violentia aliquid auferri possit, dummodo auferatur inuito. vt.l.qui vas in prin.ibi abstulit ei qui subripuerat.ff.de furtis, & probatur in.l.ij.§.non solũ. ff.de incend.rui.naufra.& ibi hoc not. Angel.de Perusio. Et idem not.in dicta.l.qui vas in princi. & in.l.postquam in fin.ff.de peti.hæredi. Et adde quòd robaria dicitur, & intelligitur grosso modo, sicut alia verba intelliguntur secundum vulgus, vt.l.Labeo.ff. de supelec.leg.vt not.Bald. in authen.sed nouo iure.C.de seruis fugi.

QVAERO septimò, in quo differat furtũ
11 † à rapina? dic quòd rapina est in personam, furtum est in rem. vt not.glos.magna in fi.in.l. itaq; fullo.ff.de furt.& vide quod not.Bart.in.l. licitatio.§.quod illicitè.ff. de publi.& quomodo raptor dicatur: & etiam fur, vide tex.cum glos.in.l. si vendidero.§.cum raptor.ff.de fur.& quod habetur instit.de veri.bon.rapt.in princ.

QVAERO octauò, quis dicatur raptor?
12 dic quòd † est ille, qui vi aliquid accipit, quia rapina non potest esse sine vi, vt est tex.in.l.ij §.non solum.ff.de incend.rui.naufra.probat. Instit.de vi bo.rapto.in princip. ¶ Item raptor dicitur inuentarum rerum detentor: vt est tex.xiiij.q.v.si quid inuenisti.facit.l.fi.ibi, omnes autem scire debent. C.vnde vi. Item dicitur rerum ecclesiasticarum detentor & dilapidator.x.q.ij.siquis episcopus, & probatur.xij.q.ij.gloria episcopi. ¶ Item raptor dicitur ille, qui vltra sibi necessaria aliquid retinet, si prælatus est, vt habetur.xlij.dist.§.hospitale. Item dicitur ille, qui alteri detrahit, & sic alterius famę priuator, vt.vj.q.j.detractores. ¶ Item
13 † rapere mulierem dicitur ille, qui de itinere tollit eam, licet non ducat ad locum destinatum, sed si eam in loco, vbi est, detinet, non dicitur rapere vt not.Bald.in.l.sed eximendi.ff.nequis eum, qui in ius vo.vi.exi.per glos.ibi quæ incipit trahendo de itinere, quę vult, quòd ille, qui trahit aliquem de itinere dicitur rapere, quod bene not.propter statuta loquentia de raptu, seu rapina. Itẽ rapere
14 est furari, sed † rapina est genus, & furtum est species: quia sub rapina tanquam sub genere continetur furtum, quòd est eius species: vt est text.cũ glos.xiiij.q.v.pœnale: & not. Ang.in l. duobus. in §.siquis iurauerit.ff.de iureiuran.& magis delinquit raptor, quàm fur. vt insti.de vi. bo. rapto.in princ.& not.per glos.in dicto.c.pœnale: & adde quæ in præcedenti quæstione diximus. Ex quo sequitur, quòd rapinam non promisit, qui furtum prohibuit, vt dicit tex.in dicto.c.pœnale. ¶ Item ille dicitur rapere non tantum, qui rapit rem alterius, qui sit dominus, sed etiam si res nõ sit sua, sed sit tertij, dummodo intersit illius, à quo rapitur, vt probatur in.l.ij.§.in hac actione.ff. vi bo. rapto.& est ratio, quia resultaret iniquitas, & esset contra publicam vtilitatem, si requireretur ꝙ res esset illius, à quo rapitur, quia maleficia remanerent impunita.l.ita vulneratus.ff.ad.l. aquiliã. &.c.vt famæ extra de sententia excommunica. & ita not. Angel.in dict.§.in hac actione, qui ex hoc infert. quòd si statuta puniũt rapientẽ rem alterius, vel occupantem possessionem alterius,

pœna habebit locum etiã si res occupata, vel rapta non erat illius,qui vim passus est,si tamẽ sua intererat non vim pati:quod bene not. ad quod adde not.per Bald.& doct.in rubrica.ff. de noui
15 operis nuntia.Item † raptor dicitur etiam vsurarum acceptor:vt not.Ioan.Calderinus.in.c. pri-
16 mo.extra de raptoribus.¶ Item † raptor dicitur ille,qui florem virginitatis puellæ renitenti violenter eripuit, vt est text.xxxvj.q.j.§.ex hac au-
17 thoritate.¶ Itẽ † raptor potest dici duobus modis.principaliter:quia rapina dupliciter fieri dicitur:aliquando enim res ipsa rapitur: aliquando ipsius rei vsus tantummodo violenter eripitur, Res enim tunc rapitur, cum domino violenter eripitur:vt in perpetuum teneatur:aliquando verò non res ipsa affectatur, sed vsus eius domino prohibente violenter vsurpatur:vt est tex.nota-
18 bilis in dicto.§.ex hac authoritate.¶ Itẽ † ille qui rapit sponsam suam dicitur raptor,& puniri debet pœna raptus:vt est text.notabilis in.l.prima. C.de rapt.virgi.& not.Guilielmus de Cunio, & Bal.in.l.raptores in fi.C.de episcop.& cleri.Idẽ si spõsa rapit sponsum,vt est glos.notab.in dicta.l.j. in verbo sponsam. pro hoc facit.l. Marcellus in principio ibi,siue vxor virũ de domo expulerit ff.rerum amotarum. Et intellige sponsum , vel
19 sponsam per verba de futuro † quia spõsalia propriè sunt per verba de futuro , secundum Ioan. And.in summa sua quarti libri decretalium , in principio.& not.doc. & maximè Abbas Siculus in.c.tertio loco.extra de probatio.quod ego intelligo de futuro matrimonio.Sed quantum ad spõsalia,semper sunt de præsenti , licet largo modo, etiam quando est cõtractum matrimonium per verba tantùm de præsenti,dicantur etiam sponsalia,vt est text.qui ita debet intelligi in dicto.c. tertio loco.in principio.& ibi hoc etiam not.per doc.item est in multis locis,& maximè in ciuitate nostra,Veronæ communis vsus loquendi, videlicet quòd etiam vbi est contractum matrimonium per verba de præsenti dicantur sponsi, donec sponsa sit traducta ad domum,vel copula sit
20 subsecuta.¶ Item † etiam ille dicitur rapere (vt arbitror)qui cõcubinã suam,quam tenebat in lecto,rapuit,postquàm recessit:quia non est licitũ, (saltem iure canonum, cui est standum , vt habetur per glos.& doc.in l.in concubinatu.ff.de concubinis) & est ratio,quia siquis tenuisset mulierem,vt concubinam,& peteret eam sibi restitui,non esset audiendus,imo libellus esset lacerãdus,si peteret restitutionem alicuius mulieris, ex eo,quòd fuit in possessione eius tenendo eam in lecto, sicut si hæreticus peteret restitutionem rerum ecclesię.xxiiij.q.vij.c.ij.& tertio.& argumẽ. c.causam,extra de præscript.vt singulariter not. Innocen.in.c.ex parte.ante medium,extra de restitu.spolia.licet Barto. videatur sentire contrarium in.l.fin.per illum tex.C.de libe.exhiben.vbi dicit quòd si scholaris habuit cõcubinam potest illam petere per interdictum de libe.ho.exhiben. Sed potest saluare Bart.intelligendo de iure ciuili per totũ ti.ff.&.C.de concubi.Sed Inno.loquitur de iure Canonico.Cui est standum , vt dixi. Vel etiã potes intelligere Bar.quòd scholaris volebat eam petere non ex eo,quòd fuisset concubina in lecto,sed tanquam vnus alius,putà dominus,per interdictum de libe.homine exhibendo: vt sentire videtur Bar.dũ dicit,quòd loquitur illa.l.de certa parte rubricę.scilicet de libero homine exhibendo,vnde ibi videtur casus , quòd dominus domus possit capere famulam,vel famulum:& non dicitur cõmittere raptum,quod nota pro capientibus famulos fugientes:Sed dictum Inno.loquitur de eo,qui volebat petere concubinam ex eo,quòd iacuerat in lecto secum,& iterũ eam in lecto retinere volebat,quo casu non posset per iura allegata suprà pro Innocẽtio.facit ad hoc,quod statim dicam de meretrice.¶ Item ille dicitur raptor,& pœna raptus est puniẽdus , qui
21 per vim rapit illam, quæ fuerat meretrix, † sed nunc pœnitet eam,quia inspicitur qualitas, quæ est in tempore delicti,vt not.Guilielmus de Cunio,& Bald.in.l.raptores.C.de episcopis,& cleri. & bene faciunt ea,quę statim dixi de concubina. secus est in rapiente meretricem , quæ perseuerat in illo actu meretricio:vt.l.verũ.ff.de furt.& ibi not.Guiliel.& Bal.in dicta.l.raptores. ¶ Item
22 † secus in rapiente vxorem propriam , quia iste non punitur pœna raptus,quia habet manus iniectionem:quia tenetur sibi reddere debitum, vt l.si cum patronus.ff.de operis liberto. &.l. secũda §.fi.cum.l.sequenti.ff.de libe.ho.exhibẽdo. & ita not.& tenet Guliel.& Bald.in.l.raptores in fine. C.de epis.& cleri.Et intelligo vxorem esse nedũ quãdo est sequuta traductio ad domum,& copula carnalis sequuta,sed etiam quãdo solùmmodo interuenerunt verba de pręsenti:quia illa dicitur etiam vera vxor:quia matrimonium non concubitus,sed consensus facit:vt.l.nuptias infra titu.j. & not.per Ioan.Andr.in summa quarti libri in principio:& pleniùs per do.Nicolaũ abba. Siculũ in.c.tertio loco.extra de pręsump.vbi dicit,quòd propriè,quando interuenerunt verba de præsenti,non dicuntur sponsalia:sed matrimonium , ad quod adde,quæ dixi supra in versiculo,Item, qui rapit sponsam.Et vidi seruari de facto.videlicet maritum ire ad domum vxoris,quæ etiam sponsa dicitur,vt supra dixi,& eam per vim ad domũ

ſuam,ſcilicet mariti traducere: & nullam pœnam impoſitam fuiſſe,quæ omnia ſunt bene notanda,quia vtilia,& quotidiana.

23 QVAERO nonò,aliquis † cum armis fecit rapinam Peruſij,poſteà cum re rapta captus eſt Mediolani,vtrum debeat puniri tanquam latro,an tanquam ſimplex fur,cũ ibi nõ fecerit rapinam,an nullo modo? de iſto vltimo an ſcilicet Mediolani,& ſic in alio loco,quàm in eo, in quo primò rapinam,vel furtum fecit, poſsit puniri, eſt quæſtio Bartoli, quam poſuit in.l.ſi dominũ.ff.de furt.& in.l.qui furere.ff.de ſtatu.ho.& in.l.ſi abducta.C.de furt.& in.l.ſiue manifeſtus.ff.de cõdi.furti.vbi tenuit,quòd ſic, propter quam opi. multi fuerunt ſuſpenſi.Sed Bal.poſtea conſuluit contrarium,& conſilium incipit, Cęci aſſeſſores ſequentes opinionem Bart.&c.Et dum quæſtio facti occurriſſet,doct.Bonon.idem tenuerũt cõtra Barto.& multi etiam alij contra Bart.conſuluerunt:& ita ego etiam ſecundum opi.Bald. iudicaui in ciuitate Veronæ pro quodam,qui abduxerat equam de Vincentia,& Veronam conduxerat:quia opinio Bart.eſt multùm rigoroſa, ſed quia non eſt materia noſtra ſufficiat remiſsio. Nam de dicta quæſtione vide per omnes docto. in dicta.l.ſi abducta,& per Bal.in.c.primo.§.iniuria.in titu.de pac.iuramento firman.& Anto. de But.in.c.fin.extra de furtis, & in.c.primo.extra de rapt.& vide plenè per do.Nelum,in ſuo ſolenni tractatu bannitorum.in ſecunda parte primi temporis,in.v.q.& vide latiſsimè per Angel. de Aretio,in ſuo tractatu maleficiorum, in gl. in verbo, & veſtem Cæleſtinam abſtulit,verſiculo, quæro quid ſit fur,furatus fuit Florentię.& in.§.ex maleficijs.inſti.de actio. ¶ De primo autem dubio poſito,quòd poſsint puniri tanquam latro,ſeu raptor,an tãquam ſimplex fur,vide Bal. in.c.primo in.§.furtum in ſecunda columna.tit. de pac.iuramen.firmã.in vſibus feud.vbi hoc examinat,& teneo,quòd hoc caſu debeat puniri tãquam raptor, & non ſimplex fur, ſi poſt rapinam factam Peruſij immediatè iuit Mediolanum,vel habebat animum eam rem raptam ducendi Mediolanum propter continuationem delicti:ſecus ſi duxiſſet rem raptam ad alium locum,ad quem deſtinauerat, & poſteà duxiſſet Mediolanum,argumento.l.iij.cum duobus legibus ſequentibus.ff.de fur.

24 QVAERO decimò, † quæ ſit pœna raptus? dic,de raptu mulieris,quòd eſt pœna capitis,& amiſsionis omnium bonorum,vt.l. prima. C.de rapt.virgi.Sed de raptu monialium eſt etiã pœna amiſsionis omnium bonorum,vt eſt text. quem omnino vide in.l.raptores.C.de epiſcopis, & cleri.& ibi per Guilielmum,& Bald. & doct. quod intellige, niſi mulier eſſet meretrix perſeuerans in actu meretricio,vt.l.verum.ff.de fur. & dixi ſupra in octaua quæſtione.Item hoc intelligo de iure ciuili,ſecus de iure canonico:vt eſt caſus,tertia,quæſtione quarta. conſanguineorum. & eſt alia pœna,quia cogitur ſeruire mulieri raptæ,vt eſt text.xxxvj. quæſtione prima.c.de raptoribus:quod intelligo,quãdo mulier eſt inops: & cogitur pro tanto tempore,quantum arbitrio iudicis eſſe videbitur,ex quo tempus non eſt determinatum:vt in.c.de cauſis.in fi.extra de offic. delega.&.l.j.§.j.ff.de iure.delib.& ibi not.gloſ.in dicto.c.de raptoribus.¶ Item raptor publica pœna,ſeu pœnitentia mulctãdus eſt:vt eſt tex.xxvij. quæſtione ſecunda.raptor.¶ Item raptor efficitur infamis de iure canonico,vt tertia,quæſtione quarta.conſanguineorum, & quæſtione.v. conſtituimus.¶ Item non poteſt ferre teſtimonium: vt eſt caſus, in dicto capitulo conſtituimus. ¶ Item rapiens rem alterius punitur vi bonorũ raptorum:vt inſti.de vi bono.raptorum in principio.& habetur in.l.ſi vendidero.§.cum raptor. ff.de fur.cum ſimili. ¶ Itẽ rapiens rem immobilẽ,& ſic fundũ punitur pœna dupli.vt eſt text.& ibi hoc not.Bal.in.c.primo.§.ſi duo.in tit.de pac. tenend.& eius viola.Sed iſta nõ eſt per ſe rapina, ſed potius deprædatio,vt dixi.ſ. in quarta quæſtione.& de iſta materia raptus:& qua pœna puniatur raptor,vide omnes Doctores in dicta.l. raptores.C.de epiſcopis,& cleri.& in.l.j.C. de raptu virgi.& xxxvj.q.ij.per totum.

25 QVAERO vndecimò,an pro † rapina poſſit aliqua actio priuata intentari? dic,quòd ſic, & etiam publica,vt eſt gloſ.fi.in fin. & ibi not.in.l. fi.de priua.delictis:& ibi hoc tenet Bar.& allegat. l.ſiquis domo.ff.de furt.& ponitur per Saly.in.l. fin.C.vi bonorum raptorum.& habetur in.l.in famem.ff. de publi.iudi.

QVAERO duodecimò,& vltimò,in pra-
26 ctica qualiter debeat formari libellus,& † articulari,ſeu capitulari in materia rapinæ? dic quòd debet agens deducere rem raptam,& perſonam cui rapta eſt,& perſonam,quæ rapit:vt eſt caſus hîc,& not.etiam Bald.in.c.primo.in.§.ſi duo,circa princ.in titu.de pac.tenend.& dixi ſupra in ſecundo.notabili.Item debet deducere violentiam videlicet quòd per vim res rapta eſt,vt.l.ſecunda §.non ſolùm.ff.de incend.rui.& nauf.& dixi ſupra in tertia quæſtione.& not.Angel.in.l.ſed eximendi.ff.nequis eum,qui in ius voca.vi exi. vnde
27 ſeducens non dicitur propriè † rapinam facere, vt not.ibi Angel.& dixi ſupra in prima quæſtione.¶ Nec abducens dicitur rapinam facere,vt dixi ſupra

xi supra in sexta quæstione. Et ideo dicit Angel. notabiliter in .l. postquam, ante fi. ff. de peti. hære. quòd propter hoc semel liberauit quendam accusatum de rapina, quia testes dicebant rapinæ se fuisse præsentes. & interrogati de causa scientię dixerunt, quia viderunt rem auferri de manibus accusantis. Nam non propterea est rapina, vt est text. in dicta .l. postquam. in verbo accepisset: & ideo cum probatio sit trahibilis ad plures sensus, sicut hîc, contra producentem fit interpretatio: quia probatio debet esse concludens necessariò, & maximè in maleficijs, vt in .c. in præsentia, extra de probatio. & .l. ad probationem. C. de probatio. coniuncta .l. sciant cuncti. eo. ti. quod bene not. Barptholomæus Cæpola Veronensis.

SVMMAE.

1 *Creditorum appellatione qui veniant,*
2 *Delinquentes obligantur ad pœnam.*
3 *Creditor propriè non dicitur is, cui quis obligatus est ex delicto. & nu. 26.*
4 *Agens actione populari, non dicitur creditor ante litem contestatam, post quam pœna illi applicatur. fallit. in dubio tamen applicatur fisco.*
5 *Debitor propriè is est qui conuenitur actione personali largè vero, qui reali.*
6 *Simplicitas loquendi non vitiat libellum.*
7 *In statutis creditor is solus est, cui debetur actione personali, & debitor qui debet.*
8 *Actionis ciuilis appellatione comprehenditur, & venit ea, quæ descendit ex contractu iuris gentium.*
9 *Pendente conditione quis dicitur creditor, & quis debitor. impropriè tamen.*
10 *Creditor etiam dicitur, cui tantum naturaliter debetur, at impropriè. vnde statutum non extenditur ad illum, sed ad eum qui ciuilem & naturalem actionem habet.*
11 *Qui est à iure tutus, tutus est à conscientia.*
12 *Creditor accipitur large, vel stricte ait & largius, & largißime. & sic tribus modis.*
13 *Legatarius non dicitur creditor hæredis respectu legati, nec fur debitor respectu furti, quod intellige proprie.*
14 *Persecutio quid.*
15 *Honorarium & extraordinarium quid significent.*
16 *Debitor, vel creditor in diem vel sub conditione an vere dicantur, distingue, & numero 17. & 18. conclude quod non, vt nu. 20.*
19 *Lege Aelia Sentia debitorem conditionalem comprehendi.*
20 *Creditoris appellatione ceßionarius continetur, ergo comprehenditur sub statuto de creditore loquente. sed distingue, vt nu. 25.*
22 *Ceßionarius ipso iure procurator efficitur ad agendum.*
23 *Procurator in rem suam non est proprie procurator.*
24 *Verba sunt intelligenda per prius.*
27 *Creditoris appellatione, an legatarius, vel alius cui testamento relinquitur, comprehendatur.*
28 *Creditoris nomine, num contineatur, qui rem deponit, aut qui lucratus est aliquid, aut respectu modicæ quantitatis.*
29 *Fideiussor, an debitoris nomine comprehendatur, concludit affirmatiue.*
30 *Pecuniam ad vsuram tradens, creditoris nomine continetur.*
31 *Obligatus ad antidora, hoc est ad beneficij accepti retributionem non dicitur debitor, intellige de obligatione naturali tantum.*

LEX X. XI. & XII.

CREDITORES. Creditores dicuntur omnes, quibus aliquid debetur ex quacũque causa, siue iure ciuili, siue prætorio, siue purè, siue sub conditione, siue ex cõtractu, siue ex delicto, etiã ex causa populari post litem cõtestatam, secus si sit debitũ, cui exceptio perpetuò possit opponi, vel si est debitum naturaliter tantùm. hoc dicit. cum duabus legibus vsque ad. §. Minus soluit. Idem dicit Rofredus Beneuẽtanus in suis libellis iuris ciuilis, in rubrica de officio iudicis, quo petit creditor mitti in possessionem rerum debitoris circa princi. & Ioan. And. in addi. ad Specu. in rubrica de cessione actionis in fin. In text. ibi, accipiendos esse constat, dic largissimè capiendo, vt ex infra dicendis apparebit. ibi debetur, subaudi cum effectu, ita, quòd nõ possit perpetua exceptione repelli: vt sequitur secundum Dynum. & Alber. ibi, prosequutione, dic id est officio iudicis, secundũ Dynum, & Albe. de quo dicam infrà in prima quæstione. ibi natura dic, id est naturaliter, & subaudi tantum: & non ciuiliter.
1 ¶ Nota primò, † quòd appellatione creditorum veniũt omnes illi, quibus debetur ex quacunque actione, vel persecutione, vel iure ciuili, vel pretorio, vel officio iudicis: quod procedit, vt possint dicere in fraudem eorum creditorum datam esse libertatem: vt .l. in fraudem. ff. qui, & à quibus: & vt possint semper impetrare separationem bonorum ab hæredibus: vt. ff. de separatio. bonorum per totũ. Et hæc, & similia voluit exponere hæc .l. cum duabus seq. secundum Iaco. de Are. Dy. Albe. & Barto. hîc. ¶ Nota secũdò, ibi,

ſine vlla exceptionis perpetuæ remotione, quòd creditor ex aliqua cauſa, cui exceptio perpetua poteſt opponi, non propriè dicitur creditor, concordat.l.creditor.in principio infrà eo.in.l.eleganter in.§.ſeruus pactionis.verſ. ego moueor.ff.de dolo malo.& facit.l. nam is,eo.titu. ¶ Nota tertiò,ibi,ſiue in diem, ſiue ſub cõditione,quòd creditor etiam dicitur ille,cui debetur in diem, vel ſub conditione,quod qualiter intelligatur dicam infra. ¶ Nota quartò,ibi, quòd ſi debuerit natura,exponendo natura,id eſt naturaliter tãtùm. vt dixi ſuprà ſuper text.quòd ille nõ dicitur propriè creditor,cui quis tantum eſt naturaliter obligatus.de quo dic,vt dicam infrà in quarta oppoſitione. ¶ Nota quintò,quòd creditor dicitur ille,cui debetur ex quocunque cõtractu,vt hîc in l.creditores,& in ſeq.in principio.& not.in.l. prima.ff.ſi certum petatur.vbi etiam ponitur,an ille,cui debetur ex quaſi contractu,dicatur creditor:de quo dicam infra in quinta oppoſitione. ¶ Nota ſextò,in.l. creditorum infrà eod. quòd appellatione creditorum,continentur non ſolũ illi,qui pecuniam crediderunt, ſed etiam omnes illi,quibus ex quacunque cauſa debetur. ¶ Nota

2 ſeptimò,in.l.ſi cui † ibi,ſed & ſi ex delicto: quòd ille qui deliquit dicitur obligari,facit ad hoc rubrica & nigrum.inſti.de obligationibus, quæ ex delicto naſcuntur:& dic quòd obligatur ad pœnam.Nam quoties quis delinquit,videtur velle pati pœnam,quæ ſequitur ex delicto illo: vt eſt gloſ.notabilis in.l.prima.§.beſtias.in verbo onerari.ff.de poſtu.& in.l.Imperatorijs,ibi,ipſe te huic pœnę ſubdidiſti.ff.de iur.fiſ.& eſt text.in.l. inter claras in principio vltimæ columnę.ibi, alienum ſe ipſum ab eccleſia iudicauit.C.de ſumma trini, & fide catho.& in.l.impuberibus circa medium, ibi ſuſpectus ſua ſentẽtia factus eſt.ff. de ſuſpectis tu.facit ad hoc etiam gloſ.in.l. cum probatio.ff. de proba.& gloſ.in.c.primo.in principio. in titu. de pace tenend.in vſib.feudorũ, & vide ad hoc etiam gloſ.in.l.inde Neratius.§.ſi quis hominẽ.ff. ad.l.Aquiliã.quæ vult,quòd ſicut ex contractibus,ita ex delictis debet oriri naturalis obligatio, & ibi per Flo.Idem ſentit gloſ.in.l.ſi tibi.§. quædam.ff.de pactis:& inſti.de exceptio.§. præterea

3 debitor,in gloſ.ſecunda. ¶ Nota octauò † ibi,creditoris loco accipi,quòd hîc eſt caſus, quòd appellatione creditoris verè, & propriè loquendo non comprehenditur ille,cui quis obligatus eſt ex delicto, vt hîc, dum dicit loco quod verbum ſignificat fictionem, & improprietatem vt.l.qui fundum. §. ſi tutor. ff. pro empt.&.l.interdum.§. qui tutellam .ff.de furtis: & pro hoc facit optimè text.in.l.ſed ſi damnum.§. ſi creditor.ff.de pecul.vbi verba edicti prætoris loquentia de deductione expenſarum facienda per creditores extenduntur per iuriſcõſultum ad eum, cui ex delicto debetur:ſi ergo ille dicitur creditor per extenſionem Iuriſconſulti,ergo non eſt ex propria ſignificatione,ſed impropria,& quòd ille qui tenetur ex delicto dicatur obligatus,& ſic debitor largo modo,tenet Barto.in.l.fin.in fin.ff. de iniurijs. allegat gloſ.ad hoc in.l.reſcriptum, in principio,in verbo hypothecas.ff.de pactis. ¶ Ex quo not.quòd ſtatuta loquentia de creditore,vel debitore,cum ſint ſtricti iuris,& intelligi debeãt in caſu vero,& proprio. vt.l.tertia.§. hæc verba ff.de negotijs geſtis.&.l.prima.§.is qui nauem.ff. de exerci.cum ſimil. non habent locum in creditore,vel debitore ex delicto:& ita tenet etiam Lodo.de Roma.in.l.prima.ff.ſi certum petatur. ¶ Item ex hoc nota vnum aliud ſingulare, quòd ſi aliquis habuit ſaluum conductum ab Imperatore,quòd à nullis creditoribus poſſit vſque ad quinquẽnium conueniri,ſeu moleſtari, nihilominus poterit cõueniri ratione delicti,vt probatur in.l.ſed & ſi ex parte.§.quanquam.ff.quod cum eo.Nam rubrica,& beneficium illud edicti,quod cum eo,generale eſt de omnibus creditoribus: & tamen in dicto.§.quanquam excipitur, quando eſt creditor,ſeu debitor ex delicto: & probatur hoc etiam in.l.ſi rerum amotarum.ff.de re iudi. & ita ſingulariter dixit Guliel.de Cunio in dicto. §.quanquam.quem ſequitur ibi Albe.de Roſate. & Lodouicus de Roma,in ſuo ſingulari. clxxx. quod incipit,quod ſi Titius habuit &c.quod eſt ſingulariter notandum contra debitores impetrantes ſaluos conductus. ¶ Nota nonò, & vltimò,in verſiculo.quòd ſi ex populari, quòd ille

4 † cui competit actio popularis,etiam ſi agat, non dicitur creditor ante litem conteſtatam: quia nõ tractatur de iure ſuo,vt hîc,niſi probaretur proprium damnum,vt.l.creditor infrà eo.& ita no. Rofredus in libellis in ſua rubrica,de officio iudicis,quo petit creditor mitti in poſſeſsionem rerum debitoris circa prin.& Ioan. Andr. in addi. Specu.in rubrica,de ceſsione actionis.Sed poſt litem conteſtatam ſic,quia tunc pœna applicatur parti agenti,vt eſt gloſ.notabilis ſecundum Baldum ibi,in.l.ſiquis id quod,in principio.in verbo quingentorum.ff.de iur.omnium iudi. quod eſt verum,niſi aliter ſit expreſſum in lege,ſcilicet ꝙ detur fiſco,vt eſt text.in.l.lege Cornelia ad finẽ, & ibi hoc tenet Barto.ff.ad Sylanianum. & eſt text.ſecundum vnam lecturam in.l.prima.§. primo.ſecundum Bartol.ibi circa princ.vltimæ columnæ.ff.ſi quis ius di.nõ obtemp.& idem tenet Bartol.in dicta.l.ſi quis id quod,in.§.in ſeruos:&

Rofre

Rofredus in libellis in titu. siquis corruperit album prætoris, quod tamen est verum, quādo à l. introducitur actio. secus si accusatio: quia tūc indistinctè pœna applicatur fisco, nisi aliud dicatur vt in capitulo primo. in titu. quæ sint regalia. in vsibus feudorum, & in. l. mulctarum. C. de modo mulctā. secundum Bartolum, in dicta. l. lege Cornelia, de quo tamen dic, vt per Bartolū, in. l. agraria. ff. de termino mo. ¶ Et quod dixi, quòd pœna in dubio applicatur fisco est verum, nisi imponatur pœna habito respectu ad damnū iniuriā passi: quia tūc queritur iniuriato, vel damnū passo. vt. l. in eum. iuncta. l. quicunque. ff. de in ius vo. & ita videtur sentire. glos. magna hîc ad finem. ¶ Ex quibus sequitur, quòd pœna fraudantium gabellas, vel datia in dubio applicatur fisco, non agenti, secundum Cynum, in. l. creditor per illū textum. ff. de actio. empti. quod sequitur Angel. in d. l. siquis id, quòd. ff. de iurisdictione omnium iudicum, quod intellige, quando agens non prætendebat aliquod suum interesse, vel damnum, aliâs secùs. putà quia esset emptor gabellarum, vel conductor, quo casu per prædicta applicaretur sibi emptori pœna. de hoc tamen dic, vt per Baldum, in. l. prima. C. de fructibus, & litis expensis. ¶ Opponitur primò, contra istos text. & contra id, quod dixi in primo notabili, & videtur quòd non sit verum, quòd appellatione creditoris contineantur omnes illi, quibus ex quacūque actione debetur. Nam imo videtur, quòd non contineātur illi, quibus cōpetit actio realis, quia ille, qui tenetur actione reali, nō est propriè debitor, quia non est propriè obligatus, vt est tex.
5 institutio. de actione. §. j. Glos. prima, hîc † soluit, quòd appellatione debitoris seu debiti strictè loquendo venit ille, qui potest conueniri actione personali, ita loquitur dictus. §. primus. sed largè loquendo cōprehenditur etiam iste, cui debetur actione reali, vt dicatur debitor, vt hîc & l. pecuniæ. §. actionis infrà eodem. ¶ Idem not. glos. in dicto. §. primo. instituta de actio. quæ dicit quòd in stricta significatione verbi, ille, qui tenetur actione reali, nō dicitur obligatus, licet grosso modo realiter sit obligatus. Idem not. etiam glos. in. l. prima. in glo. magna ad fin. ff. de actio. & obligatio. & in. §. æquè. in verbo genus actionis. instituta. de actio. & in. §. prætereà quasdam. in verbo ex arbitrio. eodem titu. & in. l. Pomponius. §. sed & si is, in verbo de rato. ff. de procura. Et idē not. Bald. in. l. fin. post medium primę columnę. C. de compensat. vbi dicit notabiliter, quòd ille qui in libello agit actione reali, & dicit in libello aduersarium sibi obligatum ad restituendum, non agit ineptè: quia grosso modo loquendo po-
6 test substentari libellus. † nec nocet loquēdi simplicitas, vt. l. si cū ante. C. de donatio. ante nupt. & l. filiæ in principio. ff. familiæ herciscundæ. sed in materia statutorum, quibus fit stricta, & propria interpretatio. l. tertia. §. hæc verba. ff. de ne-
7 gotijs gest. cum similibus, † appellatione debitoris, vel creditoris non veniret, qui tenetur, vel cui quis tenetur actione reali tantùm, per prædicta. Et ideo dicit Bald. notabiliter in dicto. §. j. in instituta. de actio. quem sequitur Angelus de Aretio per glossam ibi, statuto ciuitatis Aretij cauetur, ꝙ siquis fuerit negligens in petēdo sibi debitum per spatium sexdecim annorum, quòd posteà petere non possit, quod hoc statutum, cū sit idiosum, non intelligitur, quando agitur actione reali, ex qua quis non petit sibi debitum, sed quod suum est, quod est valde notandum. Ex quo collige vnam conclusionē, quòd appellatione debitoris, vel creditoris in materia vbi fit stricta, & propria interpretatio non continetur ille, qui tenetur actione reali: sed in materia in qua fit larga interpretatio sic, quod not. ad multa. ¶ Opponitur secundò, dum text. dicit siue ciuili vel honorario iure. Nam videtur excludere ius gentium, ex quo, de eo nihil dicit. l. cum prætor. in principio. ff. de iudicijs, & c. nonne. de præsumptio. & tamen etiam ille qui tenetur ex contractu iurisgentium, dicitur debitor: vt. l. ex hoc iure gentium. ff. de iustitia & iure. Glossa secunda. in verbo ciuili. ¶ Soluit dicens, quòd dum dicit tex. ciuili, debet intelligi de stipulatione, vt instituta de actio. §. de constituto, & debet intelligi, idem est de iuregentium, vt de venditione, & locatione. Et sic dicatur, text. nihil dicit de iuregentium, respondetur secūdum glossam quòd imo loquitur, quia etiam comprehēduntur actiones, quæ sunt de iuregentium, sub ciuilibus: quia omnes, quæ non sunt prætoriæ, sunt ciuiles. vt in-
8 stituta de iure naturali. §. ius autē ciuile. Ex † quo nota, quòd appellatione actionis ciuilis, venit etiam actio, quæ descēdit ex contractu iurisgentium, quia tunc capitur ciuilis, non ad differentiam iuris naturalis, vel gentium, sed ad differentiam prætoriarum, maximè cum omnes actiones sint de iure ciuili, & non gentium, vt habetur plenè in dicta. l. ex hoc iuregentium. ff. de iustitia, & iure, & not. plenè per doc. instituta. de actio. in principio. ¶ Opponitur tertiò, contra text. l. creditores, & tertium notabile supra, & videtur quòd appellatione creditoris non veniat ille, qui est creditor sub conditione: quia pendente conditione, nulla est obligatio, vt. l. decem. ff.

de verborum obligatio.&.l.quod si.ff.de conditio. indebiti.Glos.in verbo sub conditione, soluit duobus modis,primò,quòd contraria loquuntur de conditione incerta,quæ se habet ad esse,& non esse,vt si nauis ex Asia venerit: hîc loquitur de conditione certa putà,si morieris.¶ Secundò modo glo.soluit,quòd hîc loquatur de conditione certa & incerta, vt probatur in.l.is, cui sub conditione, in secundo responso, suprà.de actio. & obligatio.& in.l.qui in fraudem in principio. ff.qui,& à quib.manu.Obstat.l.decem suprà, de verborum obligationi.quia ibi loquitur quando deficit conditio:quo casu fingitur,quòd nō fuerit
9 obligatus, sed ea pendente,† bene dicitur obligatus: & sic debitor, & ista est verior opinio, quam tenuit Azo.& Rofredus Beneuentanus in suis libellis in titulo de officio iudicis, quo petit creditor mitti in possessionem rerum debitoris versiculo,sed mirum videtur,& Ioan. Andræas. in addi.ad Specu.in titulo de cessione actionis in rubrica in fine,& est ratio:quia ipsam spem obligationis transmittimus ad hæredes,& quia conditionalis spes venit in collationem.licet in legato conditionali secus.institu.de verbum obligatio.& dicta.l.is cui.&.ff. de collatio. bonorum.l. tertia.§.de illis,& in.l.quæ legata.infrà titu. proximo.Et intellige, quòd pendente conditione, ille cui promittitur est creditor quantùm ad spem,vt dixi,& quoad quædam tantùm, vt not. in dicta.l.is cui,& in iuribus præallegatis, & impropriè,non autem propriè secundum Dynum & Albe.hîc.quod not.quia statuta loquentia de creditoribus,vel debitoribus, non videntur habere locum in illis,qui sunt sub conditione sunt tales, & ita etiam vult Bartolus,in.l.prima.ff.si certum petatur,vbi dicit, quòd creditor sub conditione,& ille,à quo inuito exigi non potest,non dicitur propriè creditor vel debitor, per.l.debitor, infrà eo.& ideo non comprehenditur in statutis loquentibus de creditoribus. Circa quod vide quod pleniùs dicam infrà eodem,in tertia quæstione.¶ Opponitur quartò,contra versiculũ quòd si debeatur natura,& contra id quod dixi.suprà in quartò notabili.& videtur,quòd imò ille etiam dicatur creditor,cui debetur naturaliter tantùm,vt.l.si is cui.§.Flauius.ff.de solu.&.l. fideiussor obligari.§.fideiussor.ff. de solutionib. &.l.etiam.ff. de cōpensat.vbi etiam id,quod natura debetur, compensatur,&.l. naturales.ff. de actionibus & obligatio.cum similibus. ¶ Solu. dic,quòd aut illi,cui naturaliter debetur,competit etiam actio.& tunc dicitur creditor, vt dicta, l.naturales,secundum Bartolum,hîc,aut sibi nō competit actio,sicut est regulariter, quando est tantùm obligatio naturalis,vt habetur in.l.stichũ §.naturalis.ff.de solutio.& not.instituta.de obligatio.in principio,& tunc propriè creditor non est,vt est casus in dicto.§.fideiussor, & dicto.§.
10 Flauius.Sed impropriè,† & largo modo.bene dicitur creditor,& ita vult glos.hîc in verbo natura tantùm,quæ dicit,quòd iste dicitur creditor abusiuè,id est impropriè,& probatur etiam hoc in.l.debitor.infrà eodem.vbi dicitur,quòd debitor dicitur illle,à quo inuito pecunia exigi potest & ita vult Bartolus,in dicto.§.fideiussor. ¶ Ex his not.quòd statutum loquens de debitoribus, vel creditoribus non habet locum in his, in quibus est solùm naturalis obligatio.Sed in his quibus est obligatio ciuilis,& naturalis.Et idem dicas in quacunque materia. in qua verba strictè, & propriè accipiantur.¶ Item ex hoc not. quòd si mādo procuratori meo.vel alicui, quòd soluat pro me creditoribus meis,vel omnibus à me habere debentibus,nō intelligitur de creditoribus, quibus debetur naturaliter tantùm, vt probatur in dicto.§.Flauius, & ibi not. per doctores. imò plus dico secundum Paulum de Castro in dicto.§.Flauius,quòd si testator mandat executoribus sui testamēti,quòd soluat omnia sua debita,non poterunt pro hoc soluere debita præscripta,vel alia in quibus obstaret exceptio, licet prima facie videretur contrarium fauore animę, quasi videatur voluisse dictas exceptiones omittere:quia sint contra conscientiam,sed non est verum,vt dixi,si non commisit dolum,vel fraudē.
11 †non enim in foro conscientiæ tenetur soluere, postquàm iure permittente tutus est.ad quod vide,quod not.in.l.quāquam.de vsuris.libro sexto. & Ange.in.l.prima.C.de iudicijs. in repetitione, & Bald.in.c.siquis per triginta annos in titu.si de feudo fuerit controuer.& per Innocē.& doc.in c.quia pleręque.extra de immuni.ecclesię.¶ Sed contra prædicta videtur esse text.ad literam in.l. quibus diebus.§. dominus.ff. de conditio. & demonstratio.vbi est text.quòd appellatione debiti legati continetur etiam debitum naturale tantum,& illum textum inducit do.Barto.ad quæstionem prędictā Quod si testator reliquit in testamento omnibus debere satisfieri, quibus aliquid debebat, quòd ex hoc illi, quibus debebatur,quorum debitum erat præscriptum,possunt petere,per illum text.vbi videtur esse casus. in contrarium videtur text. pro prima parte in l.si is.§.fina.ff. de præcario. & in dicta.l. is cui. §.Flauius. ff. de solutio. ¶ Sed solue secundum Bartolum, in dicto.§.dominus, aliud est

relin

relinquere centum, quæ debeo, & tunc loquitur dictus. §. dominus. aliud est relinquere simpliciter quicquid debeo quantitate non expressa, quo casu nihil releuat, nisi debitum probetur. l. legaui. in fine. ff. de liber. lega. ¶ Opponitur quintò, contra textum. & contra id, quod dixi supra in quinto, & sexto notabili, & videtur, quòd non sit verum, quòd appellatione creditoris comprehendatur omnis ille, cui ex quocunque contractu, & ex quacunque causa debeatur, imò venit quandoque solùm fœnerator, vt. l. prima, & secunda. C. si aduersus creditorem. & in authenti. vt nullus mutuans agricol. id est, vel is cui debetur ex contractu, vel quasi, vt. l. prima, & secunda. ff. si certum petatur. ¶ Solut. dic, quòd † verbum creditor, vel credendi, sumitur tribus modis, quandoque strictè pro fœneratore, & ita loquitur. l. prima. C. si aduersus creditorem. & ibi de hoc not. maximè per Albericum de Rosate. & ita vult gloss. final. hîc in verbo creditoris.

12

¶ Quandoque, & secundò largius assumitur pro eo, cui debetur ex contractu, vel quasi. & loquitur dicta. l. prima, & secunda. ff. si certum petatur. & ita vult gloss. prima hîc, in. l. creditorum. ¶ Quandoque, & tertiò largissimè pro omni obligatione etiam ex maleficio, vt hîc in. l. si cui. & in authenti. de fideiussoribus. §. penultimo. & absolutè. collatio. prima. ¶ Opponitur sextò contra. l. si cui. & contra id, quod dixi in octauo notabili, & videtur, quòd appellatione creditoris, non continetur ille, cui debetur ex delicto: quia verbum credēdi dicitur à credendo, & confidendo in alium, seu de alio, quando fidem alterius sequimur, vt est text. in. l. prima. ff. si certum petatur. Sed quando aliquis deliquit contra me, putà, quia mihi subtraxit aliquid, vel bona mea destruxit, tunc de eo non habui fidem, & quòd non dicatur creditor ille cui debetur aliquid ex maleficio, vult gloss. & ibi Bald. in. l. rescriptum. in principio. ff. de pactis. Et idem videtur si ex legato aliquis tenetur mihi: quia non possum dici creditor: quia non sum sequutus fidem de eo. Solut. secundum Iacobum Butrigar. in dicta. l. prima. Aut quærimus nunquid dicatur creditor inspecto communi vsu loquendi, secundum quem creditor dicitur respectiuè ad eum, qui est debitor, & tunc talis potest dici creditor, vt in istis legibus, sed respecta allusione, seu significatione vocabuli, non dicitur propriè creditor, vt hîc: sed secundum Bartolum, in dicta. l. secunda. ff. si certum petatur. dicas, quòd quando tractamus de significatione vocabuli, stamus allusioni, seu significationi vocabuli, nisi diffinitio, seu authoritas sit in contrarium: vt. l. secunda. §. appellata. eodem titulo. & not. in. l. Labeo. ff. de supellect. legat. Et ideo in proposito nos habemus, quòd verbum, credere, seu res credita, dicitur à credendo, seu confidendo, & de hoc non habemus authoritatem in contrarium. Vnde

13 est dicendum, quòd licet aliquis teneatur † mihi ad rem mihi subtractam, vel legatam, illa res non potest dici credita: quia repugnaret allusio vocabuli, vt dicta. l. prima. ff. si certum petatur. ¶ Nec obstat ista. l. creditores. & l. si cui. quia fateor, quòd verbum creditor sumitur largiùs respectiuè ad debitorem pro omni eo, cui aliquid debetur, sed verbum creditus, credita, creditum: stat in propria significatione, vt hîc, ibi in dicta. l. prima. Et ideo verba legis, vel statuti sunt diligenter inspicienda, si faciunt mentionem de creditore, vt in titulo. de his quæ in fraudem creditorum, tunc comprehenduntur omnes, quibus aliquid debetur, si verò faciunt mentionem de re credita per istud verbum creditus, credita, creditum, est necesse, quòd præcedat contractus, per quem fidem alterius sequamur, aliâs non diceretur res credita, vt dicta. l. prima. ff. si certum petatur. secundum Bartolum, ibi.

¶ Et ex istis not. quòd latior est significatus istorum verborum, creditor, & debitor: quàm istius verbi creditum, quod perpetuò tene mente pro statutis loquentibus de creditoribus, & debitoribus, vel re credita. ¶ Opponitur septimò, & dico, quòd. l. si cui, dicit idem in effectu, quod. l. præcedens creditores, & sic sit superflua, contra §. quibus. in prima constitutione Codicis. Solut. dicit gloss. hîc in. l. creditorum. quòd illa. l. creditores, loquitur generaliter præterquàm de delicto. sed. l. sequens. si cui, loquitur etiam de obligatione, quæ oritur ex delicto, & sic aliquid addit, & non est superflua.

¶ Opponitur octauò contra. l. si cui. versicul. quòd si ex populari. infrà isto titul. vbi dicitur, quòd in populari causa ante litem contestatam, quis non dicitur esse creditor, dicta. l. licet. in principio. ff. de procurat. Gloss. hîc finalis. in fine. soluit dicens, quòd contrarium procedit, quando competit actio popularis pro damno priuato: quia tunc creditor est, & procuratorem constituere potest ante litem contestatam, vt dicta. l. licet. in principio. facit. l. iniuriarum. ff. de iniurijs. secus si non tractaretur de damno priuato, sed publico tantùm, & ita loquitur hîc. de quo vide hîc gloss. & quod dixi, suprà in nono, & vltimo notabili.

QVAERO primò: quia hîc dicitur in. l.

14 creditores, vel persecutione, † quid est persequutio? & gloss. prima dicit, quòd est extraordinaria, vt subijcit. & infrà eodem. l. pecuniæ. §. actionis. & intellige, sicut est persequutio fideicommissorum, & satisdationis legatorum, & damni infecti, & similes, quæ non habent iuris ordinarij executiones: quia olim officio iudicis, non actione petebantur. vt est text. cum gloss. in dicto. §. actionis. sed hodie petuntur etiam per actiones, vt. l. ij. C. communia delega. & not. gloss. & ibi dicam in dicto. § .actionis in seq. quæstio.

QVAERO secundò, quia dicitur in litera,
15 vel honorario, vel extraordinario, † quid significat ista verba? dic honorario, id est prætorio. vt institu. de iure naturali gent. & ciui. § .prætorum edicta, & cum iure actionis agitur. Extraordinario, id est cum officio iudicis aliquid imploratur, vt in restitutione minorum, vt. l. quòd si minor. § .fina. ff. de minor. & l. prima. suprà de varijs, & extraordinarijs cognitio. & ita vult hîc gloss. in verbo extraordinario. ex qua not. quòd lex dicit, qui extraordinem, vel iure extraordinario procedit, intelligitur officio iudicis: & est text. cum gloss. quæ semper allegatur ad hoc, in. l. cum filiusfamil. viaticum. ff. si certum petatur. & est textus cum gloss. in. l. j. in princip. in verbo extraordinem. ff. de administratio. tutorum. & not. in. l. salarium. ff. mandati. & dixi suprà in præcedenti quæstione. Potest etiam intelligi extraordinario, id est delegato, vt tertia quæstione tertia. § .spatium. in versicul. ei autem. ¶ Et extraordinarium dicemus iudicium, quãdo non proceditur in figura iudicij, sed iudex procedit ex officio suo in modum inquisitionis, vel denunciationis, vt extra de accusatio. inquisitionis, & capitu. super his, & cap. qualiter & quando. ij. & ita not. gloss. in. c. quoniam contra. in verbo, in extraordinario, extra de probat. quibus adde, quæ dicam in. l. pecuniæ. in. § .persecutionis. j. eo.

QVAERO tertiò, † an vbi est facta promissio, vel obligatio in diem, vel sub conditione possit quis dici debitor, vel creditor? Et dicamus primò, quando est facta promissio, vel est obligatio in diem, & text. hîc in. l. creditores, ibi siue purè, siue in diẽ videtur dicere, ꝙ sic, dum æquiparat obligationem in diem obligationi purè, & dic eos accipiendos esse creditores. Item probatur ex eodem text. dum dicit eos esse creditores, qui perpetua exceptione remoueri non possunt, sed creditor in diem remoueri non potest perpetua exceptione, sed temporali tantùm, vt institu. de exceptio. § .temporales. & ita tenet Rofredus in titulo de offic. iudic. quo petit creditor mitti in posses. rerum debitoris. circa principum. & Ioann. Andr. in additio. ad Specul. in rubrica de cessione actionis. in fine. ¶ In contrarium videtur: quia ille dicitur debitor, à quo inuito pecunia exigi potest, vt. l. debitor. infrà eodem. Sed ab obligato in diem, pẽdente die non potest eo inuito exigi, vt in. § .in diem. insti. de verborum obligatio. & in dicto. § .temporales. & l. cedere diem. versicu. vbi in diem. infrà eodem. & l. obligationum ferè. § .primo. ff. de actio. & obligatio.

¶ Item illud dicitur creditum, quando mox recepturi sumus. vt. l. j. ff. si certum petatur. Sed ante diem ille, cui est facta promissio non est mox recepturus: ergo videtur, quòd non sit creditor, nec alter debitor. ¶ Et propterea Bartol. in dicta l. in vltima colum. dicit, quòd propriè loquendo appellatione creditoris, non venit creditor in diem, sed impropriè sic, ex quo maximè ab eo inuito exigi non potest. Ex quo videtur velle, quòd statutum loquens de debitore, vel creditore non comprehendit debitorem, vel creditorem in diem. ¶ Sed domi. Richardus de Saliceto de Bononia, & post domi. Barpthlomæus eius nepos in dicta. l. prima. ff. si certum petatur. distinguunt, quòd aut quærimus de debitore incerto, qui habetur pro conditione, vt. l. dies incertus. ff. de conditio. & demonstratio. & tunc dicendum est idem, quod infra dicam de obligatione conditionali: aut quærimus de obligatione in diem certum, an, & quando putà Calendas Augusti. & tunc quoad essentiam obligationis, & actionis, quæ ante diem certum nata est, vt. l. cedere diem. infrà eodem. & not. Bartol. in. l. ita stipulatus. ff. de verborum obligatio. & per Baldum, in l. prima. C. vt actiones ab hęredibus, & contra hęredes, quòd dicitur debitor, & creditor, etiã propriè. Sed quoad effectum exactionis non dicitur propriè creditor, vt probatur in. l. qui cum hærede. ad finem. ff. de actionibus & obligationibus. Simile potest adduci de donatione causa mortis, quæ in respicientibus formam æquiparatur contractui, & iudicatur vt contractus, sed in respicientibus effectum iudicatur, vt vltima voluntas. vt. l. j. C. de donatio. causa mortis. & habetur per Bartolum, in. l. prima. ff. de dote prælega. & per docto. in. l. senium. C. qui testamenta facere possunt. Ex quo infertur notabiliter, quòd si statutũ disponit, vel respicit modum, vel formam contrahendi, vel circa ius ipsius obligationis, & tunc quando est obligatio in diem certam dicitur creditor, & debitor etiam propriè. exemplum, si statutum dicat, quòd quilibet creditor tenetur de contractu soluere gabellam, vel insinuare

insinuare instrumẽtum, vel similia. ¶ Sed si statutum respicit effectũ exactionis, tũc secus est: quia propriè non potest dici creditor, vel debitor: exemplum, statutum dicit, quòd debitor possit capi ad petitionem creditoris pro debito consequendo, secundum dominum Barptholomęum de Saliceto. in dicta. l. j. ff. si certum petatur. etiam potest esse ratio, quia statutum loquitur de captura debitoris, ergo debet recipere interpretationem passiuam, ne quis damnum indebitè patiatur, vt est gloss. notabilis in. l. fina. in. § . in computatione, & ibi per docto. C. de iure deliberan. Et ideo dixit Bald. notabiliter in authenti. nisi triennalis. C. de bonis maternis. circa principium. quòd si statutum dicit, quòd omnibus currat præscriptio, qui sua debita non exigunt, infra decem annos, non comprehendit creditorem, qui adhuc agere non potest, sicut esset filiusfamiliâs, vel debitũ in diem, quod est valde notãdum, pro limitatione statutorum loquentium de præscriptionibus contra creditores. ¶ Ego autem in isto articulo sic puto esse concludendum vltra omnes, aut quis est creditor, quia mutuauit, vel dedit recepturus incontinenti, & hoc est expressum: & iste propriè non dicitur creditor, ex quo non est secutus fidem, vt probatur in. l. si quasi. ff. de pigno. actio. & ita vult Alberic. de Rosat. in l. j. in fine. ff. si certum petatur. aut est creditor, quia mutuauit purè, & non expressit, quòd statim redderetur, & tunc quia cum aliqua dilatione debitor tenetur, vt. l. promissor. ff. de constitu. pecunia. & tunc dicitur creditor, vt dicta. l. j. ff. si certum petatur. & ibi hoc not. Alberic. in fine, aut est creditor purus, & dat dilationem debitori. Et tunc teneo, quòd sine dubio quoad omnes effectus, præterquàm exactionis, dicitur creditor, vt dicta. l. prima. & hîc. Aut est creditor à principio in diem, & tunc aut in diem incertam, & ista habetur pro conditione, vt. l. dies incertus. ff. de conditio. & demonstratio. Et dicendum est, vt statim dicam de conditione, aut est creditor in diem certam, an, & quando: & tunc aut loquimur quoad ea, quæ respiciunt formam obligationis, & sine dubio dicitur creditor, & ille, qui tenetur, dicitur debitor: & ita potest intelligi iste text. & l. prima. ff. si certum peta. cum similibus, supra allegatis: aut loquimur quoad ea, quæ respiciunt effectum exactionis, exempla sunt supra posita, & tunc propriè loquendo non dicitur creditor, del debitor, ex quo ab inuito exigi non potest: & ita intelligitur. l. debitor. infra. Sed largo modo loquendo potest etiam dici creditor, vel debitor, vt est casus hîc, qui loquitur etiam de creditore sub conditione, qui etiam dicitur creditor, vt statim dicam: aut loquimur in materia indifferenti, quæ non magis respicit formam obligationis, quàm effectum exactionis, exemplum, statutum dicit, quòd debitores, vel creditores non teneantur satisdare in certo casu, vel gaudeant aliquo priuilegio: & tunc quidam in dicta. l. prima. ff. si certum petatur. tenẽt, quòd sub tali statuto non comprehendantur debitores, vel creditores in diem certum, quia Bartol. dicit in dicta. l. j. quòd impropriè tales dicuntur creditores, vel debitores: sed in hoc credo contrarium: quia quoad ea tantùm, quæ respiciunt effectum exactionis, debitor dicitur ille, à quo inuito exigi potest, vt. l. debitor infrà eodem. quę ita debet intelligi: & ideo quoad omnes alios effectus etiam ille dicitur creditor, vel debitor, quando obligatio est in diem certam, vt probatur in l. j. ff. si certum petatur. & hîc in. l. qui cum hærede cum gloss. ff. de actio. & obligatio. cum similibus. & hæc procedunt, quando sumus in materia putà statuti, vel simili, in qua verba capiuntur in proprio significatu. Sed si sumus in materia vbi fit larga, vel largissima interpretatio, non est dubium: quia secundum omnes appellatione creditoris, vel debitoris, quoad omnes effectus, comprehenditur omnis ille, cui debetur, vel qui debet in diem certam, vt est casus hîc cum gloss. quam sequuntur doctores: & ista dicta sint quantum ad debitorem, vel creditorem in diem.

17 ¶ Nunc † dicamus de debitore, vel creditore sub cõditione, & videtur, quòd possint dici propriè creditores per istum textum, in. l. creditores. ibi siue sub conditione. & in. l. conditionales. infrà eodem. In contrarium videtur: quia ille dicitur creditor, à quo inuito pecunia exigi potest, vt. l. debitor. infrà eodem. Et sic quando mox recepturi sumus. vt. l. secunda. ff. si certum petatur. ¶ Item videtur dicendum, quòd idem iuris est, quod dixi statim de debitore, vel creditore in diem, quia creditor conditionalis est similis illi, qui temporalem exceptionem timet, vt. l. credi-
18 tor. infrà eodẽ. Sed in hoc articulo † distinguens, dic, quòd aut loquimur de conditione certa, an non, si de ea quæ est omnino extitura, & sic de certa, sed non quãdo, vt si moriar. vt. l. j. ff. de condi. & demonstra. & tunc est dicendum, sicut dictũ est de obligatione in diem: quia creditor conditionalis, quãdo cõditio est omnino extitura, est similis illi, qui temporalem exceptionem timet, vt est text. cum gloss. fina. in fine. in verbo similis in. l. creditor. §. eo. Aut loquimur de cõditione incerta, an, & quando, sicut est propriè communiter quælibet conditio, quæ se habet ad esse, & non esse. vt. l. conditio. ff. de verborum obligatio.

&.l.cum ad præsens.ff.si certum petatur. & habetur in.l.j.ff.de conditio.& demonstratio. & tunc aut defecit cõditio,& nullo modo potest quis dici creditor,vel debitor,vt est casus in.l.decem.ff. de verborum obligatio.& not.gloss. hîc in verbo sub conditione,aut conditio euenit, quia purificata est,& sine dubio propriè dicitur debitor,&creditor: quia illud quod erat pendente conditione in spe, nunc ea purificata,& eueniente, est in re, vt probatur in.l.is cui.in princi.ibi,pendente conditione, à contrario sensu, & ibi, sed tunc, cum extitit conditio.ff.de actio. & obligatio. & quia tunc exceptione creditor submoueri non potest,vt.l.creditor cum.l.sequenti. infrà eodem. & dicta.l.is cui. in fine. & quia ab inuito tunc pecunia exigi potest,vt.l.debitor.infrà eodem. ¶ Aut conditio pendet,& gloss.hîc in verbo sub conditione videtur velle, quòd etiam tunc quis dicatur debitor,vel creditor:sed tu dic,quòd propriè loquẽdo quis tunc non dicitur propriè debitor, vel creditor,quia ab inuito exigi non potest. vt.l. debitor.infrà eodem. & hoc probatur. institu. de verborum obligatio.in.§.ex conditionali ibi,tantum est spes debitum iri. Nam ibi apparet, quòd essentialiter,& simpliciter, quis tunc non est debitor, vel creditor, sed secundum quid, scilicet quoad spem:ad idem.l.conditionales. ibi: vel qui spem habet.infrà eodem.Et ideo dicit text. notabilis in.l.si cum fideicommissa libertas.§.final.ff.

19 qui, & à quibus, quòd licet † per legem Aeliam Sentiam, quæ prohibet manumittere seruos in fraudem creditorum, vt in toto illo titulo, cum similibus,comprehendatur debitor conditionalis,non tamen sic comprehenditur,vt interim irritetur manumissio, sed comprehenditur sola destinatio. Vnde manumissus est,quẽadmodum statuliber, cui sub conditione relicta est libertas, vt.l.j.ff.de statuliber. & sic illa manumissio pendebit ex futuro euentu: quia si deficiet conditio creditoris, valebit, & firma erit manumissio: si eueniet cõditio:deficiet manumisso,vt vult text. in dicto.§.final. qui hoc modo probat notabiliter,quòd pendente conditione,quis non est propriè debitor,vel creditor,& potest alia ratio assignari: quia pendente conditione, non est nata obligatio,vel actio: vt.l.cedere diem. infrà eodẽ. Sed impropriè, & largo modo loquendo bene potest dici debitor,vel creditor:quia ille creditor conditionalis regulariter secutus est fidem debitoris:ergo potest dici creditor.l.ij.ff.si certum petatur.& quia habet spem,vt dicto.§.ex conditionali,& dicta.l.is cui.& propter istam spem potest dici creditor, & isto modo intelligo istum text. in.l.creditores.cum gloss. in verbo sub conditione,& text.in dicta.l.is cui. in versicu. quamuis.ff. de actio. & obligatio. & omnia iura loquentia, quòd quis dicatur debitor,vel creditor pendente conditione, incerta, an, & quando, & hoc etiam tenet Bartol. Alberic. de Rosat. & communiter docto.in.l.j.in fine.ff.si certum petatur. qui vnico verbo se expediunt, videlicet. Quòd † debitor conditionalis non est propriè debitor, sed largè, & impropriè, quod intellige, vt statim suprà dixi. ¶ Ex quibus nota,& collige,an, & quando statutum, quod intelligitur in casu vero, & non in improprio,& ficto, habeat locum in debitore,vel creditore sub conditione,quæ omnia bene no.quia non reperies istum articulum de debitore in diem,vel sub conditione ita plenè examinatum. ¶ Sed hoc etiam conueniat, nunquid appellatione contractus comprehendatur contractus conditionalis? De quo dic, vt dicam in.l. verba contraxerunt.infrà eodem.vbi melius conueniet. 20

21 QVAERO quartò † an appellatione creditoris contineatur cessionarius? & dicas breuiter, quòd sic per istam.l.creditores. cum duabus legibus sequentibus, & per.l.debitor. &.l.creditor.infrà eodem.& probatur in.l.per diuersas, & in.l.ab Anastasio. & ibi Bald.C. mandati. & in.l. ij.C.de donatio.& probatur in.l.si à creditore,& ibi hoc tenet Salice.C.de actio. & obligatio. & istud tenent communiter doctores in.l.j.ff.si certum petatur.& Ioan.Andr.in additio. ad Specul. in rubric. de cessione actionis, & ita communiter tenetur:circa quod,adde,quod statim dicam. ¶ Sed est dubium, si statutum loquitur de creditore, an habeat locum in cessionario? Exemplum statutum dicit, quòd ad petitionem creditoris possit debitor capi, nunquid habens iura cessa poterit vti beneficio statuti,ita,quòd possit capi facere debitorem:& hæc quæstio fuit disputata subtilissimè,& copiosè per Iacobum Butriga.& quæstio sua incipit.Statuto cauetur, quòd bannitus pro debito possit capi, & ponitur per Ioannem Andræam, in additio.ad Specul.in rubri.de cessione actionis.& per Bal. doct.in.l.j.ff.si certum petatur.& per eundem Bald. in.l.per diuersas in.x.quæstio.C.manda.& in.l.j.in xij.quæstio.C.de actio. & obligatio. & per Salice. in.l.si à creditore.C.de actio.& obligat.& similem quæstionem firmauit dominus Thomas de Firmaginis, quæ incipit,statuto cauetur, quòd si quis. & cætera.de qua dicam infra in fine huius quæstionis:& communis opinio doctorum est, ꝙ sic: quia cessionario habenti iura competit actio, & potest exigere à debitore, ergo dicitur creditor verè. & debet comprehendi in statuto loquente de cre-

de creditore per iura præallegata. ¶ Secũdo non est dubium, quòd creditor cedens posset debitorem capi facere vigore statuti, ergo etiam poterit habens ab eo iura cessa, quia quis potest facere capi debitorem per procuratorem: vt.l.j.ff.de procura.& not.Ioan.And.in dicta rubric.de cessione actionis. Sed eoipso, quòd ceditur alteri a-
22 ctio, † cessionarius ipso iure videtur esse factus procurator quoad exercendas directas actiones, absque eo, quòd aliter mandetur exercitium earum, vt dicit singulariter Specu.in titu.de cessione actionis.§.vltimo.versicu.& not. allegat text. notabilem in.l.si procuratorem.§.vltimo.ff.mãdati.& hoc tenet etiam Bald.licet Specul. non alleget in.l.j.C.de action.& obligation. ¶ Tertiò, quia priuilegium capturæ conceditur causæ, non personæ: quia statutum non habet contemplationem ad personam, sed ad causam, vt facilior sit exactio.ergo transit ad successorem, & sic ad cessionarium.vt.l.in omnibus causis. infrà titulo proximo. ad quod vide ea, quæ plenè not. per Bartolum in.l.final.ff.de dote prælegata. & in.l. quia tale.ff.soluto matrimonio. & per Canonistas in cap. cum venissent. extra de institutionibus. ¶ Quartò, quia cessionarius repræsentat personam cedentis.vt.l.per diuersas.&.l.ab Anastasio.C.manda.ergo debet vti eius iure, per cap. cum quis in ius.de regulis iuris.in sexto.¶ Quintò hoc probatur, debitor, & creditor sunt correlatiua, & vnum non potest esse sine alio regulariter, vt.l.j.C.de cupressis.libro.xj.&.l.fina.ff.de acceptil. & ibi not.facit.l.fina. & quod ibi etiam not.C.de indict.vidui.tollen. Sed ille, qui conuenitur à cessionario dicitur debitor, casus est notabilis in.l.ij.C.de donat.ergo eodem modo cessionarius agens debet dici creditor, cum sint correlatiua, vt dixi. ¶ Sextò probatur hoc etiam sic, cessionarius potest intentare directas nomine domini.vt habetur in.l.j.C.de actio. & obligatio. & in.l.ex legato nominis.C.de legat. Sed dominus per procuratorem posset facere aliquem capi, vt dixi suprà in secundo argumẽto, & in dubio per mandatum generale videtur hoc voluisse, ergo cessionarius hoc facere poterit. ¶ Septimò alia ratione hoc probatur: nam actio iudicati, & remedium executiuum potest cedi: & in dubio videtur cessum, quando ceditur actio. vt est casus notabilis in.l.j. C. de contra. iudic. tutel. ergo in dubio videtur cessa captura, quæ remedium est executiuum, vt est text.cum gloss. in.l.iij.§.tutores qui.ff.de suspec.tuto.& habetur per Bald.in.l. sacrilegij.§. penulti.ff.ad legem Iul. pecul. maximè cum in mandato generali comprehenditur potestas petendi executionem, secundum Barto. in.l.hoc iure.ff.de solut.¶ Sed in contrariũ, quòd prædictum statutum de captura debitoris non habeat locum in habente iura cessa à creditore, probari potest sic: nam si cessionarius intẽtat vtilem actionem ex sua persona, quod potest, vt habetur in.l.j.C.de actio. & obligatio. & in.l.ex legato nominis.C.de legat.tunc videtur, quòd non habeat beneficium statuti, per text.notabilem in l.iij.§.j.ff.rem pupil.sal.for. vbi singulariter probatur, quòd stipulatio, quæ est stricti iuris. vt.l. quicquid adstringendæ.ff.de verbo. obligatio. si competit ex dispositione legis pro vna actione, intelligitur competere pro actione directa, & nõ vtili, quæ competit contra eundem. ¶ Secundò hoc videtur probari per text.in.l.j.§.priuilegium iuncta.l.fina.ff.de magistrat.conuenien. vbi dicitur, quòd magistratus, qui cõuenitur vtili actione tutelæ, tenetur actione vtili ad omnia, quæ actioni directæ competerent ex natura sua cõmuni. Sed non tenetur tacita hypothecaria, quæ cõpetit pro directa actione tutelæ, contra regulam iuris communis, eadem ratione videretur dicendum in casu nostro, quòd cessionarius habebit vnà cum actione cessa omne ius, quod competit iure communi. & ita potest intelligi.l.si à creditore.C.de actio.& obligatio.¶ Tertiò hoc etiam probatur arguendo à sufficienti partium enumeratione. Aut consideramus cessionarium, prout agit ex persona sua actione vtili: & non potest dici creditor etiam largo modo, quia.l.nostra creditores, &.l.creditor.infrà eo. cum similibus. volunt, quòd ille dicatur creditor, saltem largo modo, qui ex aliqua causa præsistenti habet actionem, vel natiuam, vel datiuam: sed nulla causa sufficiens ad pariendum originaliter actionem, est præsistens in cessionario, ergo &c. Vnde videtur, quòd licet succedat in ius creditoris, & in effectu posit consequi idem, quia tamen saltem ex larga vi, seu significatione vocabuli, non comprehenditur appellatione creditoris, non debet fieri extensio ad talem personam, vt est casus notabilis in.l.si quis tutor. in secundo responso.ff. de ritu nupt. Aut consideramus cessionarium prout agit ex persona alterius, scilicet creditoris: & tunc videtur, quòd non potest intentare capturam: quia dato, quòd captura posit fieri per procuratorem, etiam si habeat fieri propria authoritate, vt dicit text. iuncta gloss. in.l.j.C. vbi quis de curiali, vel cohortali. & facit optimus tex. in.l.Titius.ff.de seruis ex pericu. tamẽ in generali mandato non videtur venire captura, quia in ea requiritur speciale mandatum, vt est casus singularis, qui hoc probat iuncta gloss. in.l.Pomponius.in princi.ff.de procurat.& not.Barto. per

illum text. in consilio suo, quod incipit. In causa Statij procuratoris. ¶ Item licet per procuratorem simplicem possit fieri captura personæ: tamen procurator in rem suam: quia capit debitorem ad sui vtilitatem, licet nomine alieno, non dicitur capere tanquam procurator, nec priuilegium, quod competeret sibi agenti nomine alieno, habet locum: casus est notabilis in.l.aliquando.C.ad Velleianum. Et ideo dicit Bald. notabili.in.l.j.C.de actio.& obligatio.quòd si statutum facit mentionem de procuratore, non habet lo-
23 cum in procuratore in rem suam: † quia non est propriè procurator: sicut ecôtrario, priuilegium agentis nomine alieno non consideratur: quando illud esset sibi datum ad vtilitatem propriam, vt est text.notabilis in.l.cum mandato. ad finem. ff.de mino. ¶ Quartò principaliter pro ista parte potest adduci, quod singulariter not.Bartol. in l.Iulianus.§.si fundum.ff.de verbo.obliga. vbi dicit, quòd licet secundus emptor possit denunciare ex iure sibi cesso primo authori, vt.l.si res.ff.de euictio.tamen stipulatio duplæ, quæ est stricti iuris, non potest intentari per primum emptorem, si res reuocatur, vel euincitur à secundo: quia non videtur promissum, vel stipulatio extendi, quando euictio fieret alteri personæ, quàm primò emptori, vt competat actio primo emptori, ex quo videtur, quòd stipulatio interposita in personam emptoris, non extêditur ad aliam personam, quæ succedit loco ipsius, etiam, vt possit sibi ab eo cedi. Hæc tamen doctrina Barto.videtur esse contra tex. & quod ibi not. in.l.si pro re. §.si.ff.de euic.& côtra ea, quę ipse notat in.l.stipulatio ista.§.sicut autem.ff.de verbo. obligatio.

24 ¶ † Quintò adduco aliam rationem, verba in dubio sunt intelligenda per prius, & non per posterius: quãdo sunt prolata in materia indifferenti ponente rationem, vel affectionem, vel in materia priuilegiata, vt.l.qui liberis.§.hæc verba.ff. de vulga.& pupil.& not.Bald.in.l.j.C.de success. edict.& dixi suprà in rubri.in quinta quæstione, quintæ partis principalis: & ideo cum statutum loquatur de creditore eum priuilegiando, vt possit capere, vel capi facere debitorem, debet intelligi de ipso primo creditore per prius, & non de secundo cessionario suo, & sic per posterius.

¶ Sextò, & vltimò probari potest: quia in dubio statutum, quod est côtra ius cômune, debet intelligi, vt minus lædat ius cômune, quàm potest, vt est tex.& ibi not.in.l.si serui nostri.C.de noxal. & gl.notabilis in.l.fi.§.in côputatione.C.de iure deliber. Sed prædictum statutû est contra ius commune, ergo cû iste intellectus, quòd prædictum statutum intelligatur de debitore principali tantùm, minus lædat ius cômune, quàm ꝙ intelligatur etiam de cessionario, ille intellectus est amplectẽdus.

25 ¶ Ego † autẽ in isto articulo sic puto esse distinguendum, aut cessionarius habet speciale mandatum à primo creditore principali de capiendo, vel capi faciendo ipsum debitorẽ, & tunc posset vigore specialis mandati, vt est text. cum glossella in secûdo notabi.in.l.j.C.vbi quis de curiali.vel cohortal.& probatur in.l.Pomponius.in princi.ff.de procura.& dixi suprà in tertia ratione.pro secunda parte, quod intelligo: aut cessionarius non habet speciale mandatum ad capturam: & tunc aut ceditur non solùm actio, sed etiam obligatio, quæ cedi potest, vt.l.si eius. in princi.ff. ad Trebellia.& statutum comprehêdit cessionarium, quia creditor est per successionem obligationis, si intentat vtiles nomine suo.vt dixit Bal. in.l.j.C.de actio.& obligatio.aut ceditur actio, & non obligatio, & tunc non côprehenditur in statuto, si agit nomine suo per rationes, suprà proximè adductas. ¶ Aut agit nomine directarum, & tûc si cessio est facta principaliter gratia cedentis, vel gratia vtriusque: & tunc vera est opinio communis, quòd statutum comprehêdit cessionarium: quia tunc cessionarius agit ad vtilitatem alterius, & nomine alterius. Sed si cessio sit facta gratia cessionarij tantùm, & tunc sit vera secunda opinio contraria, scilicet quòd statutum non comprehendat cessionarium, per tex.in.l.aliquando.ff.ad Velleia. Et per hoc est expedita ista quæstio satis plenè, & sufficiat.

26 QVAERO † quintò, an appellatione creditoris, vel debitoris côtineatur ille, qui est debitor, vel creditor ex delicto? non est dubium, quòd largo modo continetur, vt est casus hîc, in.l.si cui.in versic.sed & si ex delicto.& dixi suprà in.viij.notabili. Sed nunquid strictè, & propriè? dicendum est, quòd non, quia ex propria significatione non comprehenditur: quia non dicitur quis sequi fidem &c.vt.l.j.ff.si cer. pet. Et ideo non comprehenditur in statuto loquente de debitore, vel creditore, vt dixi in dicto.viij.notabili, nisi ratio statuti esset scripta in lege, quę huic debitori, vel creditori ex delicto conueniret, quia tunc fieret extensio per illam rationem.argu.gloss.notabilis in cle.j.in verbo eligatur, de electione.& gloss.notabilis in auten. minoris.C.qui dar.tut.poss. ¶ Sed ex communi consuetudine, & vsu loquendi bene continetur appellatione debitoris, vel creditoris etiam ex delicto, vt.l.omnes actiones.ff.de actio.& obliga.& not.Iaco.Butri. Barto.& doct. in.l.j.ff.si certum peta. Et haberet locum etiam in statuto, si de tali communi consuetudine, vel vsu loquendi probaretur, iuxta not. per Bart. in

l.Labeo.

l.Labeo.ff.de ſupel.lega. & in.l.librorum.§.quod tamen Caſsius.ff.de leg.iij. Cætera circa hæc dic, vt dixi.s.e.in.viij.notabili in ſexta oppoſitione.

27 QVAERO ſextò,† an appellatione creditoris veniat legatarius, vel quilibet alius ex vltima voluntate, ſeu ex quaſi cõtractu?& videtur, quòd ſic per text. notabilẽ, in.l.j.in fi.C.qui manu.non po.vbi dicit, Inter creditores autem etiam eos nu merandos eſſe, quibus fideicommiſſum debetur, placuit.& ibi hoc not.Bald.Sed tu dic, quòd propriè, non dicitur creditor, vt probatur in.l.hæreditariarum.ff.de actio.& obligatio. & ibi dicitur, quòd eſt loco creditoris.ergo non propriè creditor. facit.l.qui fundum.§.ſi tutor.ff.pro emptore.& quòd propriè non dicatur creditor, probatur etiam in authenti. de hæredibus,& fal.§.hinc nobis, verſic.illo edicto ſolo,& per gloſſ.eo.tit. in §.ſi verò non fecerit, in verbo legatarios.colla.j. Et iſtud eſt veriſsimum, de quo dic, vt dixi, ſuprà eo.in.vj.oppoſitione.& per Bartol. & doct.in.l.j. ff.ſi certum petatur.

QVAERO ſeptimò, nunquid appellatione creditoris contineatur ille, qui deponit pecuniam: vel rem?& dic, quòd propriè, & ſtrictè nõ. ſed largè ſic, vt eſt tex. cum gloſſ. notabili, in.l.ſi ventri.§.in bonis. in verbo credere.ff.de priuilegijs creditorum.

QVAERO octauò, an cõtineatur ille, qui debet aliquid ex cauſa lucratiua?dicas, quòd non propriè, ſed largè, & impropriè, vt eſt caſus in.l. ex promiſsione, ibi, ſed quodãmodo creditor.ff. de actio.& obligatio.

QVAERO nonò, an comprehẽdatur ille, qui eſt creditor in modica quantitate?& videtur. quòd non.per gloſ.notabilem in authen.minoris in gloſſ.j.in prin.C.qui dari tuto.poſſ. quæ dicit, quòd pro modico debito non prohibetur quis eſſe tutor.& ibi hoc tenet Cy.Bartol. & doct. & idem tenet Barto.in.l.ſi quis in pignore.in fi.ff.de pign.actione.vbi dicit, quòd debitor, & creditor in modica quantitate non repellitur à tutela, vel cura.Pro quo vide aliam glo.in anthen.vt ij, qui obli.perhib.ſe hab.res mino.in.§.j.in verbo obligatum colla.vj.Item pro hoc videtur gloſſ. notabilis in authen. ſed iam neceſſe.C.de donat. ante nup.in verbo debitor, quę vult, quòd appellatione debitoris, non cõprehendatur debitor in parua quantitate, ſed in magna.Facit ad hoc text. in l.legitimos.circa fi.princi.ibi modica ſit.ff.de legi. tuto.¶ Ex quo ſequitur vnum notabile, quòd ſtatuta loquentia de debitoribus, aut creditoribus, odioſa nunquam extenduntur ad debitores, vel creditores in parua quantitate:& ita tenet Lodo. de Roma in.l.j.ff.ſi cer.peta. Item ſequitur aliud ſimile, quòd ſi ſtatutum dicit, quòd debitor poſſit capi propria authoritate non habet locum in debitore paruæ quantitatis:quia in honeſtũ eſſet, quòd quis pro paruo debito caperetur,& incarceraretur ſecundum Bald. in dicta authen. ſed iam neceſſe.Licet ſecundum Lodo.de Roma.in dicta l.j.ff.ſi cer.pet.ſeruetur contrarium Florentiæ,& malè.Circa quod vide, quæ pleniſsimè dixi in.l.j. §.ſed ſciendum.in xj.notabili.ff.de ædil.edict.vbi pleniſsimè examinaui, an, & quando de modico ſit curandum, de quo per legiſtas in.l.ſi proprietarius.ff.de dam.infec.& per gloſſ. & Canoniſtas in.c.ſi proponente de reſcrip.in vj.& per gloſſ. in prooemio Grego.in verbo, in iudicijs per glo. de conſecra.diſt.iij.re vera.in prin.in verbo mortui.

29 QVAERO decimò, † an appellatione debitoris contineatur fideiuſſor?Et ſic, ſtante ſtatuto, quòd nullus debitor vendat res ſuas immobiles, vel poſsit cõducere publica vectigalia, vel admitti ad officia communia, vel aliud facere non poſsit, nunquid ſub iſta prohibitione ſtatuti contineatur fideiuſſor?Et videtur, quòd non, cũ non ſit obligatus ſuo nomine.arg.ff.de his, qui not.infa.l.furti.§.ſi quis alieno.&.ff.de ritu nup.l.ſi quis tutor.§.j.& de excu.tu.l.ſpadonem.§.ſi quis ciuitatis princeps: & videtur caſus de hoc.C.quibus munerib. excuſa. hi, qui poſt implet. milit.libr.x. l.vnica. ibi, ſuo nomine vectigal. à fiſco conducunt:&c.¶ Petrus,(vt refert Albe.in.l.j.ff.ſi cer. pet.)diſtinguit dicẽs, quòd mens ſtatuti eſt, quòd ideo debitor prohibeatur: quia reputatur minùs idoneus.ff.de iure dot.l.mulier.vnde dicit, aut fideiuſſor eſt talis, qui nõ eſt habiturus regreſſum contra principalem. vt quia intercesſiſſet animo donandi,& planum eſt, quòd tunc eſt debitor,& reputatur pauperior. vt.l.quod dictum eſt.ff.de pact.& ideo continetur ſub prohibitione ſtatuti, aut eſt habiturus regreſſum, & tunc aut principalis non eſt ſoluendo,& idem: quia debitor eſt. ar.ff.de dol.l.nam is.& pro hoc.ff.de leg j.l. ſi cui. in fi.aut principalis eſt ſoluendo, & tunc non intelligitur debitor:quia non eſt pauperior.vt.C.de fideiuſ.auth.præſente.ſed Guiliel.de Cunio, Bart. Alber. & communiter Doct.in dicta.l.j.ff.ſi cer. peta.tenent indiſtinctè, quòd fideiuſſor intelligatur debitor,& dicunt hoc probari in.l.blanditijs. C.de fideiuſſ.& ibi hoc tenet Ange.& doct.& in l.ſi res aliena. in fi.C.ad Trebell. & in.l.Stichum. §.quod vulgò.ff.de ſolu. & in.l.ſtipulationum.ij. §.ſi ſortem.ff.de verbo.obliga. & in.l.Romanius Apulius.ff.de tut. & cura. datis ab his. & Bartol. allegat pro hoc text. in.l.& magis. quæ eſt circa princ.tituli.ff.de ſolu.Item pro hoc facit text.in.l. creditores.cum ſeq. ¶ Item, quia debitor dicitur

2 sibi furatum. ¶ Nota primò, † ꝙ emptio rei suæ nõ valet, & si est facta ab ignorãte, repetit pretiũ solutum: secus si sciuerit. l. rei suæ. ff. de cõtrahen. emp. quod intellige de emptiõe dominij, vel proprietatis. secùs de possessione, vel detentatione, quia illa bene potest emi, vt. l. si rem aliquã, & ibi vide plenè per Bar. & doc. s̃. de acqui. poss. ¶ Nota secũdò, ibi quia videtur, tex. qui semper allegatur, ꝙ pretium in particularibus succedit loco rei, & istud est speciale hîc, & ratio specialitatis potest esse: quia hîc emptor tractat de dãno euitãdo: nec ergo vẽdens locupletetur cum iactura aliena: istud fit cõtra. l. nã natura. ff. de condi. indebiti. facit. l. si me, & Titiũ. ff. si cer. peta. dicit tamẽ hîc Bar. ꝙ istud non bene collligitur hîc, quia si res adest, pretiũ verò abest. vt dicit text. nõ videtur pretiũ esse loco rei: quia non dicit, ꝙ pretium dicatur sicut res. Ex quo not. secundũ Bar. ꝙ tũc dicitur pretium succedere loco rei, quãdo pretiũ datur, & dicitur sicut res, de quo dic, vt dicam. ĩ. in. x. q. Sed imo videtur, ꝙ ista. l. probet econtrà, ꝙ res succedat loco pretij: quia sicut pretiũ abest, ita, & res abesse videtur, quia propter pretium, quod abest, ipsa res dicitur abesse. ¶ Potest dici, ꝙ probet id, ad quod allegatur per gl. & doc. hoc
3 modo: quia pretiũ debetur, sicut res: † Nã sicut quando res mea est apud Titiũ, dicitur mihi abesse, & eã possum petere, & vendicare: ita, idẽ est dicẽdũ in pretio, quod solui emendo rem meam, quę mihi aberat. videbatur cõtrarium: quia loco pretij habeo nũc rem, sed quia res erat mea, nihil dicor ab emptore habere. Et ideo sicut à vẽditore potuissem rem meã vẽdicare. l. in rem. ff. de rei vendic. etiam non soluto sibi aliquo pretio. l. in ciuilẽ. C. de rei vendi. ita, & nunc sibi soluto pretio ipsam possum vendicare: ex quo non dicor pro illo pretio habere rem: ex quo erat mea, imo dicitur abesse, donec abest pretium ad hunc finem: quia possum petere pretium meum, acsi rem nõ haberem: & sicut ipsam rem, quam prius non habebã petere potuissem, & hoc est, quod vult dicere iste text. in effectu. ¶ Opponitur primò contra istum textum, dum vult, sicut ego statim

dixi, quòd in particularibus pretium ſuccedit loco rei. Nam imo videtur contrarium, vt probatur in.l.qui vas.§.fina.ff.de fur.vbi dicitur, q̄ ſi fur vendit rem furtiuam, pretium, quod recipit ex re furtiua, non efficitur furtiuum:& ad idē eſt text.in.l.ſiquis vxori.in.§.ſi Titius.eo.titu.vbi dicitur, quòd ſiquis rem alienam vendidit, &.ab emptore nummos accepit, non videtur nummorum furtum feciſſe, & eſt ratio. quia nummi efficiuntur venditoris, vt.l.ex empto.in principio.in verſi.emptor.ff.de actio.emptio.licet rei venditæ furtum fecerit vt.l.ſi ſeruum, &.l.alienum, & ibi not.C.de ſeruis fugitiuis. Item videtur contra l.venditor ex hæreditate.ff.de hæred.vel actione vendi.quæ ſemper allegatur, quòd in particularibus pretium non ſuccedit loco rei. Timore horum contrariorum gloſ.hîc notabiliter dicit, q̄ generabiliter ſeu regulariter obtinet, quòd pretium non ſuccedit loco rei, vt in contrarijs ſupra allegatis. ¶ Fallit in quibuſdā caſibus. ¶ Primus eſt hîc, & rationem fallentiæ dixi ſupra in ſecundo notabili. ¶ Secundus in actione quod metus cauſa vt.l.ſi ipſa.ſupra quod metus cauſa.dicit hîc Bart.quòd gloſ.in hoc non bene dicit: quia illa actio eſt in rem ſcripta, & datur ad id, quod eſt lucrum vt.l. metum.iij.§.cum autem.ſuprà quod metus cauſa. & not.gloſ.ordi. in.l.iij.§.primo. in verbo perſonalis.ff.ad exhibend.quæ ponit, quæ ſint actiones in rem ſcriptæ, & quare ita dicātur. & ideo ſi pretiū habet, id venit in actione, quod metus cauſa:& ſic non ex eo, quod pretium ſuccedat loco rei, ſed quia in actione, quod metus cauſa venit lucrū, quod quis habet ex ea. ¶ Tertius caſus eſt ſecundum gloſ.in hæreditatis petitione:vt.l.ſi rem, & pretium.ff. de peti. hæredit. ¶ Quartus eſt in hæreditatis reſtitutione, vt.l. Imperator.§.fin.cum.l.ſeq.ff.de leg.ij.dicit Bart. quòd ibi loquitur in vniuerſalibus in quibus ſuccedit pretium loco rei, vt dictis iuribus:& ponūt doc.in.l.mater.C.de rei vendi.Et ratio poteſt aſſignari:quia fructus pretium, & acceſsiones augent vniuerſalia:vt.l. Item veniunt.§.fructus.ff. de petitione hęreditatis.&.l.pecunię.primo §.infrà eo.&.l.grege, &.l.ſi grege. de leg.j.& not.per Barto.& doc.in rubrica.ff.ſol.matri. ¶ Quintus caſus eſt ſecundum Barto.vt refert hîc gloſ.in re data in dotem vt.l.res in dotē data.ff.de iure doti.Et ratio huius eſt:quia etiam dos dicitur ius vniuerſale.vnde ſicut in alijs vniuerſalibus pretium ſuccedit loco rei, ita etiam in dote, ſecundū Barto.in rubrica.ff.ſol.matri.Et quòd dos ſit ius vniuerſale, tenet Bart. in dicta rubrica, vbi hoc examinat:& ibi per omnes docto. & idem tenet ipſe Bart in.l.ſi cum dotem.§.fi.in fi.ff.ſol.matri. & in.l.fructus.circa prin.in.ij.q.eo.tit. in.l.j.in.iij. col.verſi.oppo.quòd nunquam.ff.de pecu.Et idē tenet Angel.in.l.fin.C.de ſen.quæ ſine certa quātitate.& dominus Matthæus Mataſilanus in ſuo notabili.cxxj.quòd incipit.Not.quòd dos dicitur eſſe quoddam.Et idem tenet Barto.in.l.j. in vltima columna.verſi.ſecunda quæſtio eſt, maritus accepit in dotem.C.de bonis mater.& in authē. ei qui.in.xix.col.verſic.quæro mulier eſt miſſa in poſſeſsionem.C.de bon.autho.iudi.poſsi.& idem tenet.d.Anto.de Butr.in.c. Raynutius in.ij.col. in fi.extra de teſtamen.& quod dixi, quòd in dote pretium ſuccedit loco rei, intellige ſecundum Bar.in dicta rubrica.ſolu.matrimo. ſecundum.l. ita conſtante.ff.de iur.dot.vt dicit Bart. in dicta rubrica.ff.ſol.matr. ¶ Sextus, & vltimus caſus eſt ſecundum gloſ.hîc, in re legata empta.vt inſtitu. de legatis.in.§. ſi res.& in.l.planè.la.j.§. quod ſi rem.ff.de leg.j.vbi dicitur.quòd ſi emi rem mihi legatam, res dicitur mihi abeſſe, quatenus ſolui, vel prȩſtaturus ſum:& ratio eſt ſicut eſt hîc in.§. noſtro. ¶ Et adde, quæ dicam in quæſtionibus ſequentibus.

QVAERO primò, an, & quando pretiū ſuccedat loco rei?& dic breuiter faciendo duas regulas.prima eſt affirmatiua, quòd † in vniuerſalibus pretium ſuccedit loco rei, vt probatur in.l.ſi rem, & pretium.ff.de peti.hæreditatis, & ibi de hoc plenè not.&.l.Imperator.§.ſi.cum.l.ſequenti.ff.de leg.ij.& quæ ſit ratio dixi ſuprà, ex quo ſequitur, quòd in hæreditatis petitione, & in reſtitutione hæreditatis pretium ſuccedit loco rei, vt dictis iuribus, & hîc not.in gloſ.Item ex hoc ſequitur, quòd in dote pretium ſuccedit loco rei: quia eſt vniuerſalis.de quo dic, vt dixi.ſuprà in oppoſitione. ¶ Item pretium ſuccedit loco rei etiam in grege, & in peculio, ex quo iſta ſunt vniuerſalia, vt.l.grege.&.l.ſi grege, & ibi Bart.& doc.ff.de le. j.&.l.peculium.de leg.ij.& not.Bar.in rubrica.ff. ſol.matri.& in.l.j.in pe.col.in fi.ff.de leg.j.Et idē dicendū eſt in omnibus vniuerſalibus.vt not.etiā in.l.venditor exhæreditate.ff de hæred.vel actio. ven. ¶ Secūda regula eſt negatiua, quòd † in particularibus pretium non ſuccedit loco rei, vt dicta.l.venditor exhæreditate:&.l.qui vas.§.ſi.&.l. ſiquis vxori.§.ſi Titius.ff.de fur. Sed iſta regula fallit in multis caſibus.primus eſt hîc, & rationē dixi ſuprà in ſecundò, notabili. ¶ Secundus eſt ſimilis, quando quis emit rem ſibi legatam, vt inſtitu.de leg.in.§.ſi res & in.l.planè.§.quòd ſi rem de.leg.j.& ratio eadem eſt, quæ eſt in præcedenti caſu. ¶ Tertius caſus eſt in illa actione, quæ oritur ex contractu, vt ſi cōmodatarius vēdat rem ſuo nomine ignoranter:quia tunc actio depoſiti,

vel

vel commodati datur ad pretium, etiam si res sit salua. Casus est multum notabilis. in. l. j. § .fi. cum l. seq. ff. depos. & ibi hoc not. dominus Paulus de Castro, & in. l. mater. & ibi per doc. C. de rei vendi. & per Bar. & doct. in. l. si cum seruum in fi. ff. si cert. peta. Ex quo not. quòd illa regula quę dicit, quòd in particularibus pretium non succedit loco rei, debet intelligi in singulari actione, quæ nō oritur ex contractu: vt in rei vendicatione: putà si possidens rem meam vendat suo nomine. secus in illa actione, quæ oritur ex contractu. vt dixi per dictum. § .fi. cum. l. seq. qui est valde not. quia limitat omnia iura dicētia in particularibus pretium non succedit loco rei. ¶ Quartus casus est, quando venditio rei meæ esset facta ex necessitate quadam iniuncta à superiore, vt si possidebas rem meam, & superior te cōpulit ad ipsam vendendam, vt daret eam militibus. Nā possum à te petere pretium perceptum: quia non habeo regressum ad rem. vt. l. Item si verberatum. § .j. ff. de rei vendi. & ar. l. qui solidum. § .j. de legat. ij. & ita not. dicit. do. Paul. de Castro. in. l. mater. C. de rei vendi. ¶ Quintus casus est, vbi apparet de cōsensu partiū expressè, vel tacitè: quia tunc pretiū succederet loco rei etiam in particularibus. vt. l. plerunque in fin. & . l. ita constante, & . l. si ex lapidicinis: & . l. fi. ff. de iure. do. & . l. quòties. C. eo. titu. ¶ Sextus casus est in re empta ex vsura rei: quia ita iudicatur, sicut de ipsa vsura. vt not. Inno. in c. cum tu. extra de vsuris, & ibi per doc. Sed dic, quòd in hoc casu pretium rei succedit loco pretij, & vide quod dicam infrà in quinta quæstione. ¶ Septimus casus est in foro animæ. vt not. Specu. in titu. de vsuris. § .pone vsurarius, & Bal. in addi. ad Specu. eo. tit. in princip. & dicam infrà in quinta quęstione. ¶ Octauus casus est, quando res esset perempta, & sic cōtra possessorem non esset mihi succursum, quia tunc contra venditorem possem agere ad pretium: & sic pretium succederet loco rei, ne venditor locupletetur cum iactura mea, vt est casus in. l. si eum seruum. ff. si cer. peta. quam ego sic declaro. Nam licet regulariter in particularibus pretium non succedat loco rei, vt dixi. & sic si debebas mihi Stichum, vel librum, & ipsum alteri vendidisti, non possum te conuenire ad pretium perceptum regulariter, quia illud non est in obligatione, vel quasi: quia mecum non contraxisti, vel quasi, nec deliquisti, vel quasi vendendo bona fide. Idem si rem meā possidebas, & vendidisti, vt tuam tuo nomine, contra te agere non possum ad pretium perceptum: quia illud non est meum. licet sit perceptū ex re mea: & debeo agere contra possessorem ad rem meam, vt. l. mater. C. de rei vēdica. Sed si res esset perempta, ita, quòd contra possessorē mihi non posset esse succursum, vult illa. l. notabilis, si eum seruum. ff. si cer. pet. quòd succurratur mihi contra te ad pretium ex ęquitate: ne locupleteris cum iactura mea. Et hoc ideò: quia teneris mihi ex aliquo contractu, vel quasi, vel ex aliquo delicto, vel quasi, ex quo mecum non contraxisti, vel quasi: & quia nullum delictū, vel quasi cōmisisti bona fide vendendo, & æquitas est, quòd pretiū mihi restituas: ne sim in damno: & tu in lucro cū iactura mea. l. nam natura. ff. de condi. indebi. & cum ex ista æquitate oritur etiam condictio generalis, cum qua etiam concurrat condictio sine causa, vt. l. si & me, & Titiū. ff. si certum. peta. secundum dominum Paulum de Castro in dicta. l. si eum seruum, & etiam actio vtilis negotiorū gestorum mihi competeret: si haberē ratam venditionem in subsidium, vt. l. fi. ff. de nego. gestis. & idem dicas quando res alio modo desineret mihi esse consultum contra possessorem: vt quia res esset vsucapta, vel præscripta, & sic sine facto meo. Et prædicta procedunt, quando ab aliquo nullam causam habuisti, vel habuisti causam lucratiuam: quia tunc certum esset, quòd locupleteris cū iactura mea. Sed si habuisti causam onerosam: quia pro tanto vendidisti, quanto emisti: tunc cessaret hîc æquitas: quia non videreris locupletari pretium retinendo, vt. l. ciuitatibus in fi. de leg. j. ideo tunc standū esset regulæ, quòd in particularibus pretium non succedit loco rei: & sic non possem ipsum pretium petere. Sed si plùs vendidisses, quàm emisses, possem agere ad illud plus: quia in eo habeo causam lucratiuam per ea quæ dicta sunt suprà. & hæc habētur in dicta. l. si eum seruum. ff. si cer. petatur. & in. l. mater. C. de rei vendi. per Cynum Baldum, & doct. Et adde, quòd vbi dicitur, quòd pretium succedit loco rei non procedit, vbi habetur respectus ad singulare interesse, vt not. Bald. in. l. mater. C. de rei vendic. in nona columna. versiculo vlterius quæritur, & in. l. si ex causa. ff. de mino. Et ex istis habes an, & quando pretium succedit loco rei, & etiam in subsidium. Et circa istum articulum, & de eius materia vide remissiones, quas dabo infrà in vltima quæstione.

QVAERO secundò, quid si vendis rem non meam sed mihi debitam, nunquid in subsidium habendo ratum, agam ad pretium? dicas, quòd non: quia aut vendidisti bona fide: & non fuisti in mora tradendi, & tunc per interitum ipsius rei, liberaris ab ipsa re, & per consequens à pretio inde secuto: & propterea pretium peti non potest. vt. l. venditor exhæreditate versi. si ergo hominem. ff. de hæredita. vel actio. venditia.

aut fuisti in mora,& tunc esset agendum primæua actione personali,quæ non esset extincta per interitum:nō autē succederet noua obligatio negotiorum gestorum:quia prima actio ordinaria excludit hanc subsidiariam,& ita tenet Bald.in.l. mater.in non col.in fin.versi. demum quæro.C. de rei vendica.

7 QVAERO tertiò,† nunquid in hypothecaria pretium succedat loco rei exemplum quis vendidit rem mihi pigneratā:vtrum possim agere hypothecaria cōtra venditorem ad pretium, sicut contra ipsam rem?& videtur,quòd sic:quia pignus quādoque loco dominij habetur,vt.l.qui habebat.in princip.ff.de.leg.iij.¶ Sed dicas contrarium:quia idem est in re pignorata vendita, sicut in propria, vt pretium non succedat loco rei,vt est casus singularis coniuncta gl.in.l.j.ff.de distrac.pignor.& ita tenet Bar.in.l.qui à debitore in fi.principij.ff.de his quæ in frau.credit. qui dicit quòd illum tex.nescit alibi:& idē tenet Lodo.de Roma in suo singulari.cccclxxxix.quod incipit Tu habes an personalibus. qui dicit, quòd ibi est casus singularis,quòd in hypothecaria pretium non succedit loco rei,nisi in subsidium, & idem tenet Bal.in.l.mater.C.de rei vendica.in.x. col.in princip.& doc.sequuntur in dicta.l.si eum seruum.ff.si cer.petat.

8 QVAERO † quartò.nūquid in feudo pretium succedat loco rei?exēplum. Vassalus meus vendidit ignoranter rem meam feudalē:an pretium,quod recipit,debeat vassalus tenere, à me nomine feudi,sicut tenebat ipsam rem feudalē. ista quæstio formatur per Iaco.de Belui.& Bald. & dominum Iaco.de Aluaro.in.c.j.in fi.in tit.de feud.non habente propriā naturam feu.& dicūt, quòd non:quia feudum nō consistit in pecunia. vt in.c.fi.de feud.cogni.& quia in particularibus pretium nō succedit loco rei.Sed an dictum pretium debeat conuerti in aliam rem in mobilem, quæ sit loco prioris feudi,& dixit Iaco.de Belui. ꝙ sic verè.c.j.in prin.de inuesti.de re alie.fact.sed Bal.& do.Iaco.de Alua.in dicto.c.j.de feud. non habēte propriam naturam feud. tenēt cōtrariū. dic,vt ibi per eos:quia non est materia nostra.

QVAERO quintò, nunquid econtrario res succedat loco pretij?putà, siquis nomine suo
9 ex pretio,vel pecunia † mea emit rem, an possim illam rem petere,sicut pecuniam meam potuissem?& dicas,quòd nō regulariter:vt est casus in.l. Proculus & ibi not.ff.de iure do.& in.l.si vt proponis.C.de rei vendi.¶ Quod fallit in pupillo, milite,& ecclesia,& alijs,de quibus habetur in dicta.l.sexta pecunia:&.l.si vt proponis.C.de rei vēdi.& vide.l.curator.& ibi doc.C.arb.tute.¶ Fallit etiā in pecunia fœnebri.quia si res sit empta de pecunia fœnebri,& illius,qui soluit vsuras, ille poterit rem vēdicare,vel petere pro vsuris sibi restitui.facit.l.j.ff.de nau.fœno.Sicut posset petere pecuniam fœnebrē:& sic vsuras solutas. vt not. Innocē.in.c.cum tu.extra de vsur.& hoc intellige in subsidium:quādo vsurarius efficeretur nō soluendo.vt not.Spec.in tit.de vsur.versi.pone vsurarius.vbi hoc tenet secundum Alanū per dictū c.cum tu.& hoc in foro animæ.vt ibi not. & sequitur Bal.in addi.ad Spec.in tit.de vsur. in prin. de quo dic,vt per doctores in dicto.c.cum tu.& vide omnino Lapum de Castelano in allegatione sua.lxxix.& nūquid res empta de pecunia mea sit mihi obligata:vide omnino per Ang.de Perusio in.l.licet.C.qui potio.in pign.habe.¶ Sed nunquid in subsidium saltē res succedat loco pretij, ita,quòd cōsumpto pretio,vel perempto possim habere ratam emptionem:& petere rem in subsidium sicut potuissem petere pretiū, & videtur, ꝙ non per.l.Proculus.ff.de iur.do.Item,quia licet pretiū succedat loco rei in subsidiū, tamē nō res succedit loco pecuniæ,vt.ff.de fideiuss.l.si ita fideiussorem.Ratio differentiæ potest assignari, quia pecunia est introducta solùm propter tertiū, & non affert aliam vtilitatem,secus in alijs rebus vt dicit tex.in.l.j.ff.de contrahen.emp.¶ In contrarium videtur per.l.vxor marito.ff.de dona. inter virum,& vxo.vbi dicitur,quòd emptum ex pecunia vxoris reuocatur in subsidiū. vtili actione in rem sed potest secūdum Bal.in.l.mater tua.C. de rei vēdi.responderi,ꝙ ibi emptor habebat ab vxore causam donationis,vnde iuuatur propter Senatusconsultum,meritò res vendicatur,quatenus vir est effectus locupletior. Si vero emptor non habet causam in pecunia ab agente veriùs videtur,ꝙ non possit peti res:licet pecunia sit consumpta,vt.C.siquis alte.vel sibi.l.cū propria.&.l. multum.& istud tenet Bald.in dicta.l.mater.in ante penult.col.in fi.C.de rei vendi.& allegat istā rationem:quia ista pecunia potest condici:cū tanquam genus non videatur deperisse:ar.ff. depo.l. die spō saliorū §.fi.nō videt enim pecunia prorsus deperisse:cum reliquiæ in pecunia inde perempta permanserunt vt.l. idem obseruādū.ff.de leg.ij.¶ Fortè posset dici,aut pecunia nō erat data tibi tanquā species,& de ea emisti.cùm illa pecunia est mixta cum pecunia venditoris dicitur consumpta.l.si alicui numi.ff.de solu.vel etiam si est aliter consumpta,& tunc credo,quòd hoc casu in subsidium posset agi ad rem emptam,arg. l.si eum seruum.cum ibi not.ff. si certum petatur.& per not.per glo.in.l.Proculus.ff.de iur.dot. ¶ Aut pecunia mea est tibi data,non tanquam

species

ſpecies,ſed tanquam genus putà depoſui apud te pecuniam non obſignatam,vt tantundem reddetur,& tunc licet ex illa emeris rem:& pecunia ſit poſteà conſumpta, tamen etiã in ſubſidium non poſſem petere rem:quia habeo actionẽ contra te,vt tãtũdẽ pecuniæ mihi reſtituas:quia nõ tenebaris ad illam in ſpecie reſtituendam,ſed ad tantundem in genere:quod genus perire nõ poteſt.l.incẽdiũ.C.ſi cer.peta.&.l.in ratione.§.incerti.ff.ad.l.Falcid.& iſto modo intelligo text.in.d.l.Proculus.& quod not.Bal.in.d.l.mater.C.de rei vendi.Et circa iſtum articulum vide.Cy.in.l.mater in.vij.q.& ibi per Bal.& omnes docto. & per Bar.& doc.in.d.l.Proculus.ff.de iur.do.& p doc. in.d.l.ſi cum ſeruum.ff.ſi cer.petatur.

10 QVAERO ſextò,† an res empta ex pretio rei venditæ ſuccedat loco pretij, exẽplum. quidã vẽdidit rem meã,& habuit pretium:& ex pretio aliam rem cõparauit,an in vniuerſalibus,putà in petitione hæreditatis veniat illa res empta ex pretio rei hæreditariæ?& videtur,ꝙ ſic:quia in vniuerſalibus &c. vt.l.ſi rem,& pretiũ.ff.da peti.hæredi.dicas contrarium,ꝙ imò non tenetur reſtituere rem,ſed pretium.quatenus eſt factus locupletior.vt.l.ſed ſi lege.§.j.ff.de peti.hæreditatis.& ibi Barto.ſimile eſt in eo,quod emit ex re pupilli: quia efficitur pupilli.ſecus in eo,quod emitur ex pecunia habita de venditione rerum pupilli.vt.l.Titium.aut Mæuiũ.§.altero.ff. de admini.tuto. &.l.ſi patruus.C.cõmunia vtriuſque iudi.& ita eleganter not.Barto.in.l.Imperator.§.fina.ff. ad Trebel.vbi vide plenè per ipſum de iſta materia.

11 QVAERO ſeptimò,† quid vult dicere, an pretium ſuccedat loco rei,vel quòd res ſuccedat loco pretij?Iſtæ ſunt duæ regulæ.Prima eſt, an pretiũ ſuccedat loco rei,& iſta regula vult dicere,ꝙ quãdo pretiũ dicatur ſicut res,vel debeatur ſicut res:& ꝙ ſortiatur eandem naturam,ſicut res:tunc dicitur pretium ſuccedere loco rei: & econtrà.quando pretium non dicitur,nec debetur,nec habet naturam, ſicut res: tunc pretiũ non dicitur ſuccedere loco rei.Exemplum pono affirmatiuè.ſi venditur res hæreditaria, pretium inde perceptum ſuccedit loco rei,id eſt ſicut res vendita erat hæreditaria,ita pecunia inde percepta efficiẽ hæreditaria,& poteſt peti,vt res hæreditaria:& habet eandem naturam.vt.l.ſi rem, & pretium.ff.de peti.hæreditã.&.l.Imperator.in fi. cum.l.ſeq.ff.de lega.ij.¶ Item pono aliud exẽplũ hîc,ſi emi rem meam ignoranter,pretium ſuccedit loco rei,hoc eſt,quòd habet eandem naturã, ſicut res mea,& ita mihi debetur,ſicut res mea. Nam ſicut poteram petere rem meam,ita, & nunc pretium: & ſi opponatur. tu habes rem propter pretium.Replicabitur. res mihi dicitur abeſſe,niſi habeam pretium:Iſte eſt caſus hîc quẽ declaro,vt dixi ſupra in ſecũdo notabili.¶ Idem dicas in ſimilibus,exemplum etiam pono negatiuè,quid vult dicere pretium non ſuccedit rei? quia pretium non debetur ſicut res, nec habet eandem naturam:quia res eſt furtiua, & poteſt peti per conditionem furtiuam.vel actionem furti:vt.l.in re furtiua.ff.de condi.furti.Sed pretium inde receptum non eſt furtiuum,nec poteſt peti vt res furtiua,vt eſt caſus in.l.qui vas.§.fina.&.in l.ſiquis vxori.§.ſi Titius.ff.de furtis:idem in alijs ſimilibus eſt dicendum.¶ Alia regula eſt ecõtra, an res ſuccedat loco pretij?& iſta regula vult dicere affirmatiuè,quòd res dicitur ſuccedere loco pretij,quando res dicatur & debeatur,& habeat eandem naturam ſicut pretium:quia ſicut debebatur pretium & peti poterat, ita etiam debeatur,& peti poſſit res exinde empta,vt.l.ſi ex pecunia.C.de rei vendi.& negatiuè quòd res non dicatur loco pretij ſuccedere, quando non dicitur,nec debetur,neque habet eandem naturam ſicut pretium,vt.l.Proculus.ff.de iur.do.cum ſimilibus.

12 QVAERO octauò,† quo iure ſuccedat pretiũ loco rei dic in ſingulari iudicio ſuccedit officio iudicis in vniuerſali iure actionis, vt not.Bal. in.l.Item ſi verberatum.ff.de rei vendi.

QVAERO nonò,quomodo formetur li-
13 bellus,quando pretium ſuccedit † loco rei,an debeat agi ad rem,vel ad pretiũ?collige ex his, quæ not.Bar.in.l.planè.§.quòd ſi rem,de leg.j.& in.l. ſi ſeruum.§.effectus.ff.de verbo.obliga.& in.l.ſtipulationes non diuiduntur in.xiiij. oppo.ff. de verborum obliga.& in dictis iuribus per doct. & an debeat intentari actio, vel implorari officium iudicis,collige ex his quæ dixi in quæſtione præcedenti.

14 QVAERO decimò,& vltimò,† vbi habetur hæc materia,an pretiũ ſuccedat loco rei,vel res loco pretij?dic ꝙ habetur per tex.glo.& doc. in.l.ſi rem,& pretium.ff.de peti.hæredi.& per gl. ordi.& not.hîc.& per tex.glo.& doc.in.l. venditor ex hæreditate.ff.de hæredi.vel actio.vendi.& p tex.gl.Cy.& omnes doc.in.l.mater.C.de rei vẽdi.& per tex.glo.& doc.in.l.ſi cũ ſeruum.ff.ſi cer. peta.& in.l.Imperator.§.fi.cum.l.ſequẽ.ff.de leg. ſecundo,& ibi per Petrum de Bella pertica, & per Spec.in tit.de vſuris,in verſiculo Pone vſurarius,& ibi Bal.in addi.in principio.& per Bar. in.l.ſi ipſa.ff.quod metus cauſa.& in.l.quem à debitore,in princi.ff.de his quæ in fraud.credi.& in rubrica.ff.ſolut.matri.& in.l.ſed ſi lege.§.j.ff. de peti.hæredi.& vide per text.gloſ.& doc.in.l.ideq;

est.§.fi.ff.qui po.in pigno.habe.& per tex.in.l.j.ff. do naut.fœno.& in.l.ij.ff.quando ex facto tu.& per Bald.in.l.si possessor.§.ait Senatus.ff.de peti. hæredi.& in.l.Item si verberatum.ff.de rei vendi.& in.l.fundus.ff.de iur.do.& per Bald.& doc. in.c.j.de feudo non habente propriam naturam feud.& per Ang.in.l.in fideicommisso.§.nonunquam.ff.de vsuris.&,per Lodo.de Roma in suo singulari ccccclxxxix.& per Flor.in.l.si alienus.§. si seruus.ff.de noxalibus.Barptholomeus Cæpola Veronensis.

SVMMAE.

1 *Res amissa tantum illa dicitur pro qua consequenda nulla actio superest nu.4.5.vsque ad nu.7.*

2 *Quod nostrum non est, amittere non dicimur. nec amissum videtur, quod ab alio non est ablatum.*

3 *Amissum nō dicitur, quod statim recuperatum fuit.*

6 *Amittere nonnunquam dicimur, quod nunquam habuimus. contrarium videtur, cum priuatio præsuponat habitum.*

7 *Amissio rei qui probanda sit, remissiuè.*

8 *Amisso dignitatis instrumento, dignitas non amittitur.*

9 *Probatio quod dolo, vel culpa, aut sine, res fuerit amissa cui incumbat, remissiuè.*

S.REM AMISISSE. Qui nō habet actionem ad rem prosequendam aduersus aliquem, rem ipsam amisisse videtur.h.d. ¶ In tex.ibi amisisse videtur, dic scilicet verè, & in propria significatione secundū Dy.& Albe.sed ista expositio videtur esse cōtra istum tex.dum dicit, videtur, quod verbū de sui natura significat fictionem, & improprietatem vt dixi in.l.præcedenti in.§.res abesse.in prima oppositione. Et pone exemplum, in anulo qui cecidit mihi in mare. Nam licet sit in rerū natura: tamen quia nō est penes me, vt.l. penes.j.eod. nec habeo actionem ad eam prosequendam contra aliquem, dicor eam amisisse.facit.l.interdum. §.j.suprà de aqui.poss. ¶ Nota ex isto text.& ex his quæ statim dixi duo dicta, vnū affirmatiuū, &
1 aliud negatiuū, affirmatiuū ꝙ † res dicitur amissa licet sit in rerum natura: dum modò contra aliquem non possit haberi actio ad eam persequendam, & quando quis dicatur amisisse, vide quod dicam infrà prima quæstione. ¶ Nota secundò, à contrario sensu aliud dictum negatiuum, quòd quis non dicitur rem amisisse: licet non habeat eam penes se: dum tamen habeat actionem ad illam rem: quia, qui actionem habet ad rem, ipsam rem habere videtur, vt.l.qui actionem infrà titulo proximo.& vide, quod ibi dicam: & hoc etiā
2 not.hîc in glos.prima. ¶ Item adde. † quòd ille non videtur rem amittere, cuius propria nō fuit, vt.l.non videtur rem amittere. infrà titulo proximo.& ibi dicam de hoc plenè. ¶ Item nec intelligitur amissum, quod ablatū alteri non est: vt est text.notabilis in.l.nec vtilem, in fin.ff.ex quib. causis maio.vt in litera ablatum, quem text.not. ad.q.de pluribus currentibus ad brauium: quia si duo fuerunt pares in currendo, ita, quòd iterum debeāt currere.iuxta not.in.l.si fuerit.ff.de rebus dubijs.& in.l.hoc articulo quisquis.ff.de hære.instit.& in.l.qui filiabus.§.j.ff.de leg.j.quòd omnes debeant currere, & non illi duo tantùm: & est ratio: quia alij nō dicuntur amisisse, seu perdidisse, ex quo alteri ablatum id est acquisitum non est, vt dicta.l.nec vtilem in fin.& ad hoc allegat illū tex.Albe.de Rosate in dicta.l.si fuerit.ff.de rebus dubijs.quod bene not.Ego tamen vidi in hoc aliquando seruari contrarium videlicet: quòd illi duo, qui fuerunt primi tantùm currant.pro opinione tamen Albe, facit.l.si patroni in principio. ff.ad Treb.l.si stipulatus in fi.ff.de vsuris: &.l.hæc
3 autem iura.ff.de serui.vrba.prędio. ¶ Item † nec illud dicitur amissum, quod statim est recuperatum. Et ideo si minor ludit, & perdit, & in eodē ludo recuperat, non dicitur amisisse, vt not. elegāter Bar.in.l.si minor in principio.ff.de minor. quod est vtile, ad ibi not. per eum. facit ad hoc quod not. Bartol.in.l. inficiando.§.infans.ff. de furtis.

QVAERO primò, quando dicatur quis rem amisisse, vel rem amissam esse.& primò habes tex.hîc, quando non habet actionem ad eam.
4 ¶ Item † amissa dicuntur ea quæ corrupta alicui relinquuntur, scissa forte, vel fracta, vt dicit text. in.l.prætor la secunda.§.loquitur autem.versicu.
5 amissa autem.ff.vi bon.rapt. ¶ Item † ego crederem, quòd si res mea mihi cecidisset in terram etiam in domo mea, vel in camera mea, & facta diligenti inuestigatione, eam non inuenirem, diceretur etiam res amissa: argumento.l.iij.§.filius: & quod ibi not.ff.de acq.poss. quē text.not.ꝓpter nūtios, qui referunt se talē, vel de bonis alicuius non reperisse facta diligenti inquisitione: quia tunc eis creditur vt ibi not. ¶ Item amittere dicitur ille qui perpetuò amittit.vt no.per Host. in capitulo quia nonnulli. extra de cle. non resi. per.c.ex tue.e.titulo & not.Alber.de Rosate in suo primo Alphabeto in verbo amittere, quod dicit esse not. ¶ Itē amittere possessionē dicitur, qui existimat se in alium transferre, licet non trāsferat.l.quod meo.§.si in furioso.ff.de acqui.poss.

& not.

& not. glo.in.l.nec vtilem.in fin.ff.ex quib.causis maio. ¶ Item amisisse dicimur quod aut consequi potuimus, & sic lucrum, aut errogare cogimur, vt.l.in impensas vulnerato seruo.vt est text. in.l.si seruum meum.§.pen.ff.ad.l.Aquil. ¶ Item
6 aliquis dicitur † amittere, quod nũquam habuit vt est tex.cum glos.fi.xxiij.di.quorundam.& tũc potest dici quòd de facto amittitur, quod de facto recipitur.secundum Ioan.de Fan. & Archy. ibi.& similiter not.per glos.ij.q.j.primates.& per glos.in.l.j.§.j.in verbo infirmabitur.ff. de ferijs. ¶ Item amissum dicitur aliquando non quæsitũ, vt.l.pupillorum.C.de admini.tutorum. ¶ Item amitti dicitur actio, quæ nunquam fuit, vt.l.fina. cum glos.ff.de euict.licet regulariter contra vt.l. non potest videri, infrà tit.proximo, & ibi dicã. & not.in.l.non videtur rem amittere.eo.tit.& in l.j.& ibi glos.allegat ad hæc iura.ff. quibus mod. vsusfruc.amit.& in.l.si partem in prin.& ibi etiã not.ff.quemadmo.serui.amittatur.

7 QVAERO secundò, † qualiter probetur amissio rei.videlicet, quòd res sit amissa, & per quos? dic, vt per Cy.& doc.in.l. si creditor.C.de pigno.actione.& per Bar.Ang.& doc.in.l. siquis argentarijs.§.prætor ait.ff.de edend.& per Bar. in.l.si quãdo in fi.C.vnde vi.& in.l.j.§.j.ff.de furtis.& aduer.nau.caup.stabu.& in.l.quoties.C. de naufra.li.x.& vide Bar.& Salic.in.l.lex, quæ tutores.C.de admini.tuto.& Fed.de Senis cõsilio suo cxiiij.& Ang.de Aretio institu.de action.§.sed iste, & per canonistas in.c.fi.extra quod metus causa.

QVAERO tertiò, qualiter probetur amissio instrumenti? vide per gl.& doc.in.l. sicut iniquũ.C.de fide instrumẽtorũ:& per Cy.Bar.Bal. & doc.in.l.testium.C.de testibus, & per Bal.in.c. j.§.j.in tit.quid sit inuesti.in vsibus feudo.& vide glo.ordi.in.c.cum olim.j.& ibi per canonistas ex-
8 tra de priuilegijs. Et adde, quòd † amissio instrumenti dignitatis nõ inducit ipsius dignitatis amissionem.vt.l.statum.C. de fide instrumentorum Et qualiter probetur amissio libri, habetur per Angel.in dicta.l. siquis ex argentarijs.§.prætor ait.ff.de edendo.

9 QVAERO quartò, † si ꝓbãda est amissio, cui incumbit onus probandi quòd dolo, vel culpa, vel sine culpa sit amissa? vide per glos.Cy. & doc.in.l.si creditor.C. de pigno. actione: & per Bar.Ang.& doc.in dicta l.siquis ex agentarijs.§. prætor ait.ff.de edendo.Barpth.Cæpo. Veronẽ.

SVMMAE.

1 *Abusiuè, & abusus, trifariam capiuntur.*
2 *Publica bona ea propriè sunt, quæ ad Romanam pertinent ciuitatem.aliarum impropriè.*
3 *Non sequitur publicum esse, quod non vsucapitur, quod intelligendum est propriè.*
4 *Vnam eandẽ dictionem eadẽ in oratione propriè, & impropriè posse accipi. diuersis autem (quod inquiunt) respectibus.*
5 *Vna lex ad aliam nonnunquam continuatur.*

LEX XV.

BONA CIVITATIS. Bona pu.propriè dicuntur illa, quę sunt Ciuitatis Romanæ: impropriè illa, quæ sunt aliarum ciuitatum hoc dicit, in text.ibi abusiuè: expone id est impropriè.dicam in primo notabili. ¶ In tex.ibi publicè sunt,
1 subaudi propriè. ¶ Nota primò, † ibi abusiuè, ꝙ abusiuè significat idem quod impropriè, vt hîc: & probatur apertè in.l.non aliter.§.j.ff. de lega. iij.& in.l.j.ff.ad municip.& in.l.fideiussor obligari.§.fideiussor.ff.de fideiuss.& in.l.ij.§.testamentum.ff.quemad.testamenta aperi. ¶ Aliquãdo tamen capitur abusiuè id est prauè.vt est text.in.c. penulti.ex parte.extra de consuetud.& in.c. sedes Apostolica in principio.extra de rescrip. & ideo abusus capitur in malã partem.vt.l.sed & siquid. §.j.ff.de vsufruct.&.l plenum.§.j.ff.de vsu, & habi.& propterea dicitur, priuilegiũ meretur amittere, qui concessa sibi abutitur potestate. vt in.c. vt priuilegia.extra de priuilegijs.& in.c.ex tuarũ. eodem titulo & xj.q.iij.priuilegium.&.l. iudæos. C.de iudæis.&.l.Christianos.C.de paga.&.l.siue. ff.de negotijs gestis.cum similibus.quandoque tamen capitur abusus, seu abusio in bonam partẽ, vt.l.hoc senatus.§.j.ff.de vsufruc. earum rerum quæ vsu. consu.&.C.de iur.do.l.vbi, & not.Archy.xj.q.iij.priuilegium in principio. ¶ Nota se-
2 cundò, quòd bona † publica propriè dicuntur illa, quæ sunt populi Romani, & bona aliarum ciuitatum, quàm ciuitatis Romanæ impropriè dicuntur publica: quia loco priuatorum habentur, vt est text.in.l.seq.in fi.de quo dic, vt ibi dicam: & est text.cum glos.in verbo.publicè, in.l.j.§.j.ff.de rerum diuisi.& glos.in.l.sed si prætorem.§.fina. in verbo non absit.ff.ex quibus causis maioris. ¶ Opponitur contra istum textum: & imò videtur, quòd bona etiam aliarum ciuitatum dicantur publica: quia prohibentur vsucapi.sicut bona populi Romani, vt.l.vsucapionem.supra de vsu-
3 capionibus. Sol.dicit hîc glos. † non sequitur, sunt inusucapibilia, ergo sunt publica: quia multa sunt, quæ non sunt publica, quæ sunt inusucapi-

bilia, de quibus dic. vt instit. de vsucap. in. §. sed ali quando. & in. §. furtiuæ. & per Hosti. in Summa in titulo, de præscript. §. quæ res possunt vsu capi. &. §. sequenti. Sed ista so. licet sit in se vera, tamen nõ cõuenit contrario: quia in. l. vsucapionẽ appellantur tam ea, quæ sunt populi Romani, quàm ea, quæ sunt aliarum ciuitatum, vt patet. ibi dum dicit publicis populi Romani, & ciuitatum. Et ideo solue contrarium aliter, videlicet, ꝙ ibi verbum publicis relatum ad populum Romanum stat propriè relatum verò ad alias ciuitates stat abusiuè, & impropriè per istum tex. cum glos. & per text. in. l. sequenti. ¶ Nec est mirandũ
4 de ista expositione: quia etiam alibi † aliquando vnum verbum in vna oratione positũ stat propriè, & impropriè, vt est tex. cum glos. in. l. j. C. de vsufructu in. c. Raynaldus. in verbo legauit. quæ incipit. istud verbum ponitur propriè. extra de testamen. & in. c. capitulum in glo. fi. extra de rescrip. quod facit ad quęstionem. si quis dicat in libello se esse in possessione bonorum, & iurium Titij. Nam illud verbum possesio quantum ad bona stat propriè, quantum ad iura stat impropriè, quia iura sunt incorporalia, & non posiden tur propriè, sed quasi. vt. l. seruus. §. incorporales. ff. de acqui. rerum dominio. Facit etiam ad alias quæstiones, de quibus per Guiliel. de Cunio, & doct. in dicta. l. j. C. de vsufruct. ¶ Cætera circa istud verbum, publica, vel publicæ, & de eius materia, vide quæ dicam in. l. sequenti, quæ huic debet adiungi secundum glos. hîc. ex qua not. quòd
5 etiam † vna lex ad aliam quandoque cõtinuatur. vide similem gl. in. l. rei appellatione in verbo rei quæ dicit, quòd illa continuatur cum pręcedẽti: & de hoc an vna lex ad aliam sit cõtinuanda, vide glos. in. l. Gallus in principio. ff. de libe. & posthu. & ibi doc. & vide quod dixi in dicta. l. rei. in. j. quæstione. & quod plenè scripsi in rubrica. extra de testamen. quia non est materia nostrà. Barpt. Cæpola.

SVMMAE.

1 *Publicanus quis propriè, & quis impropriè dicatur. & numero 4.*
2 *Veneti non recognoscunt superiorem, vnde qui ab il lis vectigal conducit, propriè publicanus est.*
3 *Fideiussores vectigal cõducentis, estò quòd eius sint participes, publicanos non esse.*
5 *Publicanum peccatorem publicum appellari.*
6 *Publicum quid propriè, & impropriè.*
7 *Aliæ ciuitates à Roma cum habeantur loco priuatorum iure priuato vtuntur.*
8 *Publicum quatuor modis dici.*
9 *Publicum & fiscus an idem remißiuè.*
10 *Ciuitates an habeantur pupillorum vel minorum loco, vt restitutione gaudeant, concluditur quod sic indistinctè, dummodo excedãt numerum septem, aut octo domorum.*
11 *Vt minores, ita ciuitates per alios reguntur, quare cõuenit, vt quatenus læduntur, ex æquo restituãtur.*
12 *Ciuitas si non restituatur vt minor, restituetur vt maior per clausulam, si qua mihi iusta causa videbitur.*
13 *Quod de ciuitate dictum est, vt restituatur, idem de castello & villa, cum per alios regitur.*
14 *Ciuitatis consuetudo an sit obseruanda in castello, remißiuè.*
15 *Studens in castello non gaudet priuilegijs, quibus studens in ciuitate, si verò studeat in surburbio ciuitatis gaudet.*
16 *Nulla ciuitas quàm Romana de iure nec fiscum, nec merum aut mixtum imperium habet. de consuetudine vel priuilegio secus.*
17 *Vectigal quid, & quantum præstandum, & quî differat à tributo vel sensu.*
18 *Tributum vnde dicatur.*
19 *An sit peccatum fraudare publicanos, seu gabellarios, vel datiarios, remißiuè.*
20 *Qui vectigalia seu pedagia colligunt debent tenere vias securas à grassatoribus.*
21 *Papa vel Imperator Regem faciens censetur ei ius vectigalia & pedagia imponendi concedere.*

LEX XVI.

EVM, QVI VECTIgal. Publicanus propriè dicitur populi Romani, & hoc nomen, publica. propriè spectat ad populũ Romanũ, & nõ ad alias ciuitates: quia illæ habentur loco priuatorũ. h. d. ¶ Diuiditur in. iij. partes. in prima ponitur vnũ dictũ. in. ij. illud ampliat. in. iij. subijcitur ratio. ij. ibi nã publica. iij. ibi ciuitates enim.
1 ¶ Nota, † ꝙ publicanus dicitur ille, qui habet vectigal cõductũ, sicut erat beat⁹ Matthæus, vt dicitur hîc, in gl. & in. l. j. §. hîc titulus. s. de publica. & vulgò nũc appellãtur datiarij. Et publicani dicti sunt, qui publico fruũtur. Nã inde nomẽ habent, siue fisco vectigal. pendãt, vel etiã tributũ consequãtur: & omnes quicquid à fisco cõducũt, rectè publicani appellãtur, vt dicit text. in. d. §. hîc titulus. Et aduerte: quia propriè publicani dicũtur illi, q cõductũ habent vectigal populi Romani. & impropriè si alteri⁹ ciuitatis, vel municipij, vt est tex. hîc. Et ideo edictũ de publicanis directũ habet locum in publicanis populi Romani, sed vtile

vtile habet locum in publicanis aliarũ ciuitatum, vt est tex.cum glos.in.l.sed & hi.§.prætereà.s.de public.& not.in.l.j.§.j.eo.tit. ¶ Credo tamen, ꝙ
2 dominium † Venetorum non recognoscat superiorem, vt not.Bald.in.l.j.ff.de rerum diui.& do. Iaco.de Alua.in.c.j.in tit. quis dicatur dux, marchio, comes in vsi.feu.illi qui conductum habent vectigal à Venetis, dicuntur etiam propriè publicani, cum ipsi in terris suis sint loco Imperatoris, & funguntur vice populi Romani:& vide in sequenti. ¶ Nota secundò text.ibi, qui conductum
3 habent, † qui videtur probare, quòd ille tantum dicatur publicanus, qui habet conductum vectigal, seu datiũ. Et ideo videtur, quòd fideiussores illius, qui conduxit, & etiam participes, cum quibus datium, seu vectigal participat ille, qui conduxit, non dicuntur publicani, seu datiarij, licet hodie omnes isti participes dicantur, & appellentur de consuetudine publicani, seu datiarij. ¶ Nota
4 tertiò tex.ibi dum dicit † conductũ habent, pro verbo præsentis temporis, quòd hîc videtur casus, quòd ille, qui cõduxit datium, non dicitur publicanus, si de præsenti cõductum non habet: vnde publicani propriè sunt illi, qui habent de præsenti vectigalia conducta, non autem illi, qui iam habuerunt, & nunc non habẽt. ¶ Et adde, quòd
5 publicanus † etiam dicitur ille, qui publicè peccat: vt in Euangelio.ita dicit glo. in dicta.l.j.§.hic titulus.s.de public. de quo Euangelio habetur in c.nouit.circa princi.ibi sit tibi sicut Ethnicus, & publicanus.extra de iud. ¶ Nota quartò, ibi, nam
6 publici, quòd publica appellatio, putà res publica regulariter, & propriè intelligitur de re publica Romanorũ. Sed aliquãdo impropriè res publica dicitur aliarum ciuitatum.& hoc vide glo. hîc in verbo, in compluribus, & est tex.cum glo.in.l.bonis.§.publica res.s.de priuileg.credi.& ita accipitur totus titulus.C.de iure rei publi. lib.xj.& maximè.l.rem publicam.eo.tit.vt ibi not.in gloss.& etiam in rubri. ¶ Ex quo not.quòd illi qui appellant ciuitatẽ suam rem publicam, loquũtur impropriè. Excepta ciuitate Venetorum, quæ non recognoscit superiorem, & alia simili, per ea, quę dixi.s.in primo notabi.in fi. ¶ Not.quintò, & vltimò, in fine, quòd ciuitates alię, quàm Romana
7 loco † priuatorum habentur: & ad hoc semper allegatur.iste tex.& glo.fi.hîc allegat concordantes, & hoc vult etiam glo.in.l.sed & si per prætorem.§.fi.in verbo absit.ff.ex qui.cau.maio.& in.l. nihil interest.ff.ad Macedo. & in.l.j.§.illud.ff.de de ædil.edic.& in.l.res publica.C.ex quibus cau.
8 maio. Et ideo † ciuitates vtuntur regulariter iure priuatorum.vt no.glo.per istum tex. in rubri. C.de iure rei publ.li.xj.quam omnino vide circa hoc. Et an intelligatur de priuatis muneribus, seu pupillis, an maioribus.dic, vt dicam.infrà in.iij.q. ¶ Opponitur contra istum text.& imò videtur, quòd publica appellatio respiciat alias ciuitates, quàm populi Romani, vt.l.mancipia.C.de ser.fugi.& in.l.si aliquam.s.de offi.proconsu. &.l.sed & hi.§.prætereà.s.de publi.&.l.fi.C.de sacrosan.eccle.glo.hîc in verbo in compluribus causis soluit contrarium dicens, quòd in illis legibus res publica dicitur impropriè:& isto modo capitur in toto titu.C.de iure rei publ.lib.xj.secundum gl.ibi, in rubri. ¶ Et sic not.quòd propriè loquendo res publica dicitur Romanorum, vel populorũ, qui non recognoscunt superiorem, sed impropriè dicitur aliarum ciuitatum, vt dixi.s.in primo, & quarto notab. Item not. ex isto tex. cum gloss. in verbo.in compluribus, quòd illud, quod obseruatur in cõpluribus causis, dicitur obseruari regulariter, & propriè. Sed quod obseruatur quandoque, dicitur fieri non regulariter, sed impropriè, quod bene not.

9 QVAERO primò, † quot modis capiatur res publica? dic, ꝙ capitur quatuor modis, vno modo pro vniuersali imperio, vt in auth.de hęredi.& fal.in prin.& in procemio fforũ.in prin. Secundo modo pro ciuitate Romana. Tertio modo pro qualibet alia ciuitate, vt hîc. &.l.sequenti. Quarto modo pro quolibet alio municipio, vt.l. sed & hi.§.prætereà.ff.de publ.& no. gl.notabilis in authen.de hære.& fal.in princ.& no.plenè per Bar.in rubr.C.de iure fisci.lib.x.

QVAERO secũdò, an res publica, & fiscus idem sit? & videtur, ꝙ sic, per tex.in.l.sequenti. in §.j.de quo dic, vt ibi dicam. & plenè per Bart. in rubri.C.de iure fisci.lib.x.

10 QVAERO tertiò, † an ciuitates habeãtur loco minoris, & pupilli? hæc quæstio ponitur per gl.& omnes doct.in.l.res publica.C.ex quib.cau. maio.& per glo.& doct.in.l.rem publicam.C.de iure rei publi.lib.xj.& per glo.& doc.in rubr.eo. titu.& per tex.gloss.& doct.& maximè Alber.in l.j.C.de offi.eius qui vicem alte.obti.& plenè per Specu.in titu.de in integ.restitu.in secunda parte Specu.in.§.j.versic.Idemq; iuris in re publica, & ibi plenè per Io.An.in addi.& per doct.in.l.sed & si per prætorem.§.fi.ff.ex quib.cau. maio. & per Alber.de Rosa.in.l.j.C.de his quib.vt indig. & in l.sed & si imaginem.§.j.si quis tabulas.s.de fur.& in.l.sequenti.& per Ant.de But.& doctores in.c. auditis.extra de in inte.resti.in qua quæstiõe dic, ꝙ de ciuitate Romana non est dubiũ, ꝙ habetur loco minoris, & pupilli.est tex.secundum omnes in dicta.l.rem publicam.& in dicta.l.res publica. & hoc etiam tenet Spe.in titu.de in integ.restitu.

in secunda parte Specu.in.§.j.versi.Idem quoque iuris est in re publica.& Anto.de Bu.& doc.in.c. auditis.extra de in integ.resti.Sed de alijs ciuitatibus est maior dubitatio. Nam glossæ tenuerunt, ꝙ sic. in.d.l.rem publicam. & dicta.l.res publica. per tex.in.l.legatus.& in.l.sed & si per prætorem. §.fi.ff.ex qui.cau.maio.quæ leges loquuntur in legatis ciuitatum.Et istam opi.tenet Spe.in.d.versi. Idem quoq; iuris est,& eam tenet Iac.But.Bar.& Bal.in.d.l.respublica.& doc.cōmuniter citramontani,& probatur ista opinio in.l.rem publicā.C. de iur.rei publ.lib.xj.intelligendo illam.l.& illum titulum,vt loquatur in re publica cuiuslibet ciuitatis.vt vult ibi gl.& in rubr.eo.tit.Nam dicit ibi tex.Rempublicam,vt pupillam extra ordinē iuuari moris est.& probatur etiam in.l.res publica. C.ex qui.cau.maio.eadem ratione.¶ Item hoc videtur probari in.l.sed si imaginem.§.si quis tabulis.ff.de fur.vbi æquiparatur ius rei publicę etiam cuilibet municipio,&omnibus rebus publicis.Itē hoc etiam probatur ratione:quia eadem est ratio: & mens in re publica cuiuslibet ciuitatis,sicut est in Romana,ergo debet esse idem ius.l.à Titio.ff. de verb.obli.&.l.illud.in fi.ff.ad leg.Aquiliā. cum simi.Non enim est aliud lex quàm ratio legis,hominis,& rei.§.verbum ex legibus, & ibi dixi.s̄.e. & habetur in.l.non dubium.C.de legib.Nam ratio legis est:

11 † quia ciuitates reguntur per alios,sicut minores reguntur per tutores, & curatores, quæ ratio habet locū in quacunque ciuitate:Item hoc probatur sic,propter vnumquodque tale, & ipsum multò magis, vt in authen. multò magis. C.de sacrosan.eccle.& l.quantò magis.ff.de iureiur.Sed legati ciuitatū propter ipsas ciuitates habent beneficium restitutionis in integrum:vt.l.legatus.&.l.sed & si per prætorem.§.fin.ff.ex quib. cau.maio.ergo multò magis debēt habere ipsæ ciuitates:quia potentius est ius in sua causa,quàm in causato:Item quia iura loquentia de hoc loquuntur generaliter de re publica,ergo de iure generaliter debent intelligi de quacunque re publica cuiuslibet ciuitatis,cum etiam illa appellatur res publica, vt dixi in.iiij.notabili.& in oppositione.

¶ Item mouet alia ratio, videlicet, quia ciuitates habent minores,& pupillos,& propter istā commistionem minorum,& maiorū, causa est communis,& indiuidua:quando agitur pro iure ciuitatis,ergo sicut si esset causa pupillorum, vel minorum, tamen debet fieri restitutio, vt in toto titu.ff.de mino.ita etiam debet fieri,quādo est minorum,& maiorum simul.ar.l.si causam.in prin. ff.quemad.ser.amit.& quod no. in.l.j.C.si in communi eademq; causa in integ.resti.postu.Et maximè cum in ciuitatibus maior pars sit minorum, pupillorum,& aliorum,qui vice minorū funguntur,quàm sit maiorum.ar.l.quod maior.ff.ad municip.& arg.eius quod not.Barto.de vniuersitate scholarium,clericorum,& laicorum. in.l.fin.ff.de colleg.illici.vbi dicit,quòd si in vniuersitate scholarium sunt plures clerici, quàm laici: rector debet esse clericus: de quo dicendum, vt ibi.& in.l. cum senatus.ff.de rebus dubijs. & per Bal. in authen.habita.C.ne fil.pro pat. Et ista est vera & cōmunis opinio,vt dixi:licet Vltramontani: (vt refert Bar.in dicta.l.res publica.C.ex quibus causis maiores.)tenuerunt contrarium,videlicet, quòd sola respublica Romanorum gaudeat iure minoris,vel pupilli.per dictā.l.res publica. &.l.rem publicam.C.de iure rei public.libr.xj. quas leges dicunt loqui,& intelligi debere in ciuitate Romana tantùm,moti potissimè hac ratione: quia illa iura loquuntur de re publica,sed appellatione rei publicæ propriè comprehenditur ciuitas Romana tantùm.Impropriè aliæ ciuitates, vt hîc, & in l.præcedenti.cum simi.vt suprà dixi, ergo in dubio debemus intelligere leges secūdum propriam significationem.vt.l.j.§.is,qui nauem.ff.de exercito.videtur dicendum,quòd illa iura loquentia de re publica,intelligi debeant de re publica Romanorum tantum,secūdum propriam significationem,& sic non de alijs ciuitatibus secūdum impropriā. Sed ista ratio tollitur per rationē,quam suprà dixi, videlicet,quòd non solum verba legis debemus attendere,sed etiam mentem:quia nihil aliud est,quàm ipsa lex.Sed mens legis, quæ dicit, quòd res publica fungatur vice minoris non est propter aliquam specialitatē priuilegij, quod lex velit dare ciuitati Romanæ propter eius excellentiam.: quia specialitas in dubio non præsumitur, nisi hoc appareat, vt not. in.l.j.ff.soluto matri. & l.filium quem habentem,per gloss.ibi.C.fami.ercis.Sed est,quia subest eadem ratio,quæ est in minore,vel pupillo:quia per alios reguntur, vt dixi, quæ ratio ita habet locū in alijs ciuitatibus, sicut in romana.ergo.Item tollitur etiam ratio Vltramontanorum per rationem, quam supradixi de commistione minorum,qui sunt in ciuitate.Iacobus autem Butrig.in dicta.l.res publica, quem sequitur ibi Barto.& do.Anto.de But.in cap.auditis.extra de in integ.restitu.dicebat, quòd licet aliæ ciuitates,quàm Romanæ non restituerentur tanquam minores vigore dictæ.l.res publica. & l.rem publicam.C.de iure rei publicæ. libro vndecimo. Ex eo, quòd propriè non sint res publicæ per rationem Vltramontanorum, tamen restituerentur ex clausula generali,si qua mihi iusta causa esse videbitur.per.l.j.in fine.C.ex quib. causis maio. & hoc tenuit etiam Guido de Suzaria. & Odofre

& Odofredus.vt refert Ioan.And.in addi. Specu. in dicto titu.de in integrum resti. ad.§.j.& dicit, quòd fuit opinio originalis Odofredi, & eam sequitur ibi.Ioan.And.& eam esse ęquam,maxime propter pupillos, viduas, & alias miserabiles personas,quæ in ciuitatibus læsis læduntur,vt.l.j.§.j. ff.de vent.in poss.mitt. tenendo istam opi. quæ in se est verissima.videlicet,quòd ciuitates restituantur ex clausula generali,non fungerentur vice minoris,sed maioris.&, vt euitentur opi. doctorum
12 ꝙ tutius sit,ꝙ petatur restitutio ex clausula generali,quæ cõpetit maioribus,quàm illa,quæ cõpetit minoribꝰ,qđ no.in practica.¶ Et quod dixi,ꝙ respublica:& per cõsequens vniuersitas potest in integrũ restitui tanquam minor,intellige qñ vniuersitas est magna,quę regatur ꝑ suos administratores,vt.l.municipibus.ff.de cõdi.& demon.cum ibi not. secus si esset vniuersitas parua, vt vnum castellum, vel villa de sex, vel octo hominibus: quia ipsi omnes sciunt facta sua,& per se regunt, & non per administratores particulares.vnde in eis est eadem ratio, sicut in quolibet priuato, qui scit, & gerit facta sua, & non restituitur. ita dicit Iaco.de Are.& Bart. & doct.in.l.respublica.C.ex quibus causis maiores.& hoc sequitur etiam Ange.de Aret. in.l.illud ij.ff.de appel.qui allegat pro hac determinatione glossam valde notabilem, & magistram. in.l.ij.C.de curat.fur.quæ dicit singulariter,quòd omnia priuilegia, & beneficia concessa minoribus.Intelliguntur etiam esse concessa omnibus his,qui per alios reguntur,& non per se,& sunt sub administratione aliena, quam glos. perpetuò tene menti. Sed vniuersitas magna est, sub administratione aliena,& nõ parua,ergo magna,& non parua debet gaudere beneficio minorum, & sic restitutionis in integrum, quod est valde notandum.

13 QVAERO quartò,an castella † & villæ habeant priuilegium, vt æquiparentur minoribus, & quòd possint restitui in integrum tanquam minores,& tanquam ciuitates. Et per consequẽs an priuilegium hmõi cõcessum ciuitatibus extendatur ad castella sua, & villas? & gloss. in dicta l. res publica. dixit, quòd non, & ratio poterat esse secundum eum: quia omnes leges loquuntur de ciuitatibus, & restitutio datur contra ius commune,ergo non debet extendi,nisi ad eos casus,quibus expresè cauetur,vt suprà de legibus.l. quod verò. & reperio, quòd ita fuit iudicatum à sapientibus Bononiæ.¶ Alij dicunt contrarium quia est eadem ratio,vt castella, & villæ restituantur.ergo debet esse idem ius.l.illud.ff.ad le.Aquil. cum simi. Nam ratio, quare cõceditur restitutio in integrum ciuitatibus est:quia reguntur, & defenduntur per suos administratores, & sic per alios,vt dixi in.q.præcedenti.in fi.Item quia in ciuitate sunt pupilli,& minores. vt dixi.s̃.in quæstione præcedenti.Sed eadem est ratio in castellis, & villis,quia communiter reguntur per alios, & in eis sunt pupilli,& viduæ:quia iniquum,quòd tota vniuersitas in iudicio litigaret, imò duo sufficiunt,& est valde notabilis.in.l.fin. in.ij.col.ibi.in his enim causis,ne plures quàm duos &c.C.de re mili.li.xij.Sed in hac quęstiõe distingue,vt dixi in quæstione præcedenti.in fi. secundum Bartol. & doct.in dicta.l.respublica.C.ex qui.cau.maio. Aut castellum,vel villa habẽs solùm tres, vel quatuor homines,qui per se,se reguntur, & tunc sit vera prima opinio,videlicet,ꝙ non restituantur, neq; ęquiparẽtur ciuitatibus,aut habent plures:& per alios puta sindicos reguntur,& tunc procedat secunda opinio.videlicet, quòd restituantur, & ciuitatibus æquiparentur.

14 QVAERO quintò iuxta prędicta,an † consuetudo,quæ est in ciuitatibꝰ debeat obseruari in castellis,& villis sub eis positis?& gl.ord. & notabilis in.l.ex ea.ff.de postuland. dicit, ꝙ sic,per illũ tex.& vide similem gl.in auth.qui.mo.na. effi.sui. §.si quis igitur ex qualibet,quæ incipit,not. villa, & castra ciuitatis.colla.vij.quę dicit,ꝙ castella,& villę sequũtur ius ciuitatis,allegat.l.qui ex vico.ff. ad muni.&.l.nulli.§.ꝙ si in vico.C.de epi.& cleri. Sed vide gl.notabilẽ,quæ aliter dicit in.l.sed re ꝑ Bar.§.fi.in fi.ff.de excu.tu.Et de ista.q.vide plenè per Iac.de Bel.in.d.§.si quis igitur.& per doct. in dicta.l.ex ea.ff.de postul.& plenè per do.Nicol.de Neapol. qui aliter dicit in.l.sed reprobari.§. amplius.in vlti.q.vbi omnino vide.& vide Bart.in.l. ij.& quod ibi dixi,maxime in.v.q.s̃.eo.& Bart.in l.maritus.§.j.in fi.ff.ad leg.Iul.de adult.

15 QVAERO sextò,duo † scholares,vel plures,qui studebant Paduæ cõtulerunt se ad castellum Estrusæ,vel Montagnanæ,quæ sunt castella districtus Padųe,causa de per se studẽdi:quia iam valde ꝑuecti erãt,an isti dicãtur studere Paduæ, adeò, vt priuilegia,& beneficia,quæ dãtur studẽtibus Paduæ habeant?& dicas,ꝙ non.vt est gloss. ord.in solutione decratalium. in verbo cõmorantibus.& ibi per doc.& est alia similis gl.Io.And.in c.cum ex eo.in verbo literarũ,de electione.lib.vj. vbi etiam per doc.& vide omnino aliam gl.notabilem circa hoc, in.d.l.sed reprobari.§.fin.in glo. fina.ff.de excusatio.tuto.& ibi per dominum Nicolaum de Neapoli.

QVAERO septimò,quid si scholares starent extra muros ciuitatis Padųe,vtputa in burgis,an ista dicantur studere Paduæ, & gaudere beneficijs studentium Paduæ? dicas, quòd sic, vt est

tex.in.l.vt Alphenus.cum gloſ.fina.infrà eodem. quod intellige ſecundum ea,quę dixi in.l.ij.ſuprà eo.& dicam in dicta.l.vt Alphenus,& in.l.qui cõtinentibus.ſ.eo.vbi melius conueniet.

QVAERO octauò,quia hîc dicitur,quòd aliæ ciuitates,quàm Romana non dicuntur pu-
16 blicæ,& ſic non habent rem publicam. Sed † an habeant fiſcum,& merum,& mixtũ imperium? dicas, quòd non de re publica, per iſtum text. & per ea,quę dixi.ſ.in primo.iiij.& v.notabili. & de fiſco idẽ.quia aliæ ciuitates quàm Romana, non habẽt fiſcũ,vt.l.j.C.de bo. vac.lib.x.& not.Bal.in l.j.in prima col.in tit.de pace tenen. & in.l.j.C.de iure fiſci.lib.x.Et iſtud eſt de iure. Sed de conſuetudine, vel ex priuilegio, vel de facto quãdoque habent,& quòd habeant fiſcũ ex priuilegio, probatur in extrauaganti de pace Cõſtantiæ, & hoc tenet Bald.in titu.de pace tenenda. in princip. in ſecũda colum.ſuper verbo.in populo publico habentur,qui dicit per illum tex. quòd bona confiſcantur ciuitati, & quia ciuitates non habent fiſcum,vt dicta.l.j.C.de bonis vacan.lib.x.ibi fortè habuit reſpectum ad pacẽ Conſtantiæ, quæ quibuſdam ciuitatibus Lombardiæ fiſcum cõceſsit, vt not.in authẽ.de defenſoribus ciuitatum.§.nulla. ¶ Item, quòd habeat de conſuetudine, vel de facto,patet in ciuitate Venetiarum,& Florentię, & ſimilium. ¶ De mero,&mixto imperio,quòd aliquæ ciuitates ipſum habeãt ex priuilegio, probatur. Nam Federicus primus Imperator conceſſit ciuitatibus Lombardiæ merum ,& mixtum imperium, vt patet ex text. in titu. de pace Cõſtãtiæ,quæ fuit gloſſata per Odofredum,& poſteà elegantiſsimè commentata per Bal. & hoc tenet gloſſ.ordi.in authen.de defenſo. ciui. in.§.nulla.in verbo iuriſditione,quæ dicit ſingulariter, ꝙ quibuſdam ciuitatibus hoc conceſſum eſt à principibus quandoque,vt à Federico Lombardis,& dum dicĩt Federicus conceſsit Lombardis,loquitur de illa pace Conſtantiæ,& ita etiam vult Barto.in.l.j.ff.de damno infecto.& aduerte:quia Bal. in cap.j.in vltima colum.principij.verſic. & not. quòd poteſtates terrarum.in titu. hîc finitur lex. incipiunt conſuetudines regni, in vſibus feudorum,dicit,quòd aliqui dicũt,quòd poteſtates terrarum per pacem Conſtãtiæ habent merum imperium.Sed malè dicunt ſecũdum eum, quia per formam illius pacis requiritur,quòd rectores terrarum confirmentur ab imperatore,quod de facto non ſeruatur,& ibi dicit,quòd ſola conſuetudo patrocinatur huiuſmodi ciuitatibus:imò plus dicit,quòd de cõſuetudine generali poteſtates terrarum habent merum imperium & poſſunt forbannire.Et propterea dicitur,quòd hodie quælibet ciuitas habetur loco prouinciæ, vt not. gloſſ. valde notabilis in.l.fina.C.de præſcript.long.tempor.quæ ſemper allegatur ad hoc pro ſingulari. ¶ Sed tu adde ſimilem gloſſ.in effectu in cap.j.in tit.de inueſtit.inter dominũ,& vaſſal.lis or.in verbo iudicauerit.in vſibus feudorum.& illam gloſ. deduxit primò in lucem domi.Iaco.de Alua.ibi, quæ ante ipſum nunquam fuit ab alijs põderata. dicit enim illud,quod Comes, vtpote loco præſidis,ſtatuerit,ſeruandum eſt:& ſic vult, quòd Comes habeatur loco præſidis,& ſic ſicut præſes habebat imperium,ita,& comes in ſuo Comitatu, & ideo ſicut prouincia habebat merum, & mixtum imperium,vt.l.iij.ff.de officio præſidis, ita etiam quęlibet ciuitas.Et quòd de conſuetudine, vel de facto hodie ciuitates habeant merum, & mixtum imperium,eſt gloſſ. notanda in authen. de defen.ciuita.in.§.nulla præallegata,quæ eſt gl. magna.in fine.ibi,ſed cõtra ſeruatur,tum ex conſuetudine &c.quæ ſemper allegatur ad hoc,& bene. Et de iſta materia an aliæ ciuitates,caſtella, & villæ habeant mirum,& mixtum imperium, vide plenè per Barto.in.l.j.ff.de dam. infecto. & ibi per doct.& per Barto.in authenti. qui ſint rebelles in verbo Lombardiæ,& per Ang. de Aret. in l.illud.ff.de appel.& per Bal.in locis præalleg.

17 QVAERO † nonò,quid ſit vectigal?& gl. j.hîc exponit,id eſt pedagium, quod ſoluitur ex eo,quod vehitur:quod eſt octaua pars eius rei, ex qua præſtatur,vt.C.de vectigalib. & commi.l.ex præſtatione. &.l.à legat. &.l.j.§.hîc titulus.ff.de public. & idem dicit gloſſ. in dicto.§.hic titulus. in verbo pendant,quæ addit,quòd tributum, ſiue annona, vel publica functio, ſiue penſitatio, quæ præſtatur ratione ſoli à poſsidentibus, dicitur etiã cenſus.vt.C.ſine cenſ. vel reliquijs fund. compar.non poſſ.l.ij.&.l.final. &.C. de anno. & tribu.l.j.& ſecunda. libr.x. Quoties enim lex tractat de tributis, ponit de poſſeſsionibus, & poſsidentibus, qui coguntur ea præſtare. Item tributum præſtatur ratione ſoli proprij poſsidentis, ſed vectigal ratione publici ſoli in quo portantur,vel venduntur ea, quæ vehuntur. Et iſta eſt differentia inter vectigal, & tributum,ſecundum gloſſ.in dicta.l.j.§.hîc titulus.in verbo pendant.ff.de publica.Et procedit ſi vectigal aſſumitur,vt ſpecies:ſecus ſi,vt genus:quia tunc capitur impropriè etiam pro tributo,vt eſt tex.cum glo. & ibi Bartolus, in.l.Imperatores.ff.de publica. & not.etiam Bartol. in dicta.l.prima.§.hic titulus: ſed gloſſ.in.l.ſecunda. §.ſi quis publici vectigalis: in verbo tributorum.ff.de hære.vel actione ven. dicit aliter,videlicet,ꝙ tributũ capitibus,vectigal prędio imponitur.Itẽ dicitur prędium vectigale: quod

quod præstat vectigal fisco, vt est text. cum gloss. in. l. etiam. C. de prædijs minorum. & vide etiam rubricam. & text. ff. si ager vectiga. vel emphyt. petat. & l. lex vectigali fundo. ff. de pigno. ¶ Archidiaconus autem. xxiij. quæstione vltima. in capitu. si in morte. §. primo. ecce. aliter exponit. dicit enim tributum esse, quod per regiones soluiuitur. vectigal verò dicitur stipendiũ, quod datur de his, quæ per patrias vehũtur. ¶ Vel dicitur tributum, quod domi soluitur: vectigal autẽ qñ ad domum vehitur. ita dicitur in gl. ad Roma. xiij. & dicitur tributum à tribuo, tribuis, vel secundum
18 Isid. dicitur † tributum à tribu. vnde dic tributa dicuntur eò, ꝙ antea per singulos tribus exhibebantur, sicut nunc per singula territoria, sicut etiam in tres partes diuisum fuisse populũ Romanum constat. vt qui præerant in singulis partibus tribuni dicebantur. vnde & sumptus populi Romani tributa nominauerũt. Hæc ita scribũtur in Poliloquio secundum Archidi. in. d. c. si in morte. xxiij. q. vlti. Et quid sit tributum, & quotuplex, & quid sit annona, & pro quibus imponantur, vel soluantur tributum, & annona vide gl. magist. in rubri. C. de anno. & tribut. lib. x.

QVAERO decimò, & vltimò, an ementes, vel cõducentes à ciuitatibus iuscolligẽdi pedagia,
19 & gabellas licitè emant, vel cõducant? & † an malum sit in foro cõscientiæ istos gabellarios, seu datiarios fraudare? vide plenè per Bal. in. c. j. in titu. quæ sint regalia in vsi. feu. & per Bart. & doc. in. l. vectigalia. ff. de publ. & per Bal. & Ange. in. l. ij. C. de iur. annul. aure. & per eundem Bal. in. l. j. in. ij. col. in fi. ff. de rer. diui. & in. l. veluti. ff. de iust. & iu. & per Host. in Sũma in tit. de censi. §. ex qui. cau. versi. exactiones autẽ pedagiorũ. & versi. sequẽ. & per Pet. de Anchar. in regula possessor in. iiij. q. de reg. iur. li. vj. & sufficiũt remissiones: quia non est materia nostra. Itẽ adde, ꝙ ille, qui soluit pedagiũ non potest capi pro repressalijs. vt no. Odoffre. in auth. habita. C. ne fil. pro pat. & Bal. in. d. c. j. circa
20 prin. in ti. quæ sunt regalia. ¶ Itẽ adde, † & istud est valde no. ꝙ colligentes pedagia debent tenere itinera secura, & tuta. vnde si fiat aliqua robaria in eorũ curia, vel curte, vel territorio: seu districtu ab eis possesso, vbi exigunt à trãseuntib⁹ pedagia, tenẽtur ea restituere, vel malefactorem exhibere. Ita dixit singulariter Arch. xxiiij. q. iij. si quis peregrinos, & Romipetas. allegat xxiij. q. j. dominus. & q. v. administratores. & iij. q. vij. quis me. & in auth. vt differentes iudices. §. pe. & fi. colla. viij. Et idem sequitur Bal. in. c. j. in prin. in pe. col. in ti. qui feudum dare possunt, qui dicit per dictũ Archi. in dicto. c. si quis peregrinos. Quòd comites, & barones tenentur curtes suas, in quibus colligunt pedagia, tenere securas à latronibus. aliâs tenentur emẽdare damna deprędatorum. Et item etiam tenet Bal. in. c. j. in. §. conuenticulas. in. ij. colum. in ti. de pace iur. firman. Et allegat vltra Archi. l. ne quid. ff. de incen. ruina. naufragio. & idem tenuit Odoffredus, in authen. habita. C. ne fil. pro pat. & Host. in Summa de censibus. §. ex quibus. & Flo. idem sequitur in. l. j. §. summa. ff. de his, qui deiec. vel effu. qui subdit, quòd hoc est intelligendum, quãdo dominus colligens pedagium sciuit, & prohibere valuit, per no. per gloss. & Bar. in dicta. l. ne quid. ff. de incend. rui. naufrag. & bene.
21 ¶ Vltimò adde, quòd si † Papa, vel Imperator facit aliquem Regem, videtur sibi cõcedere ius colligendi pedagia, & omnia regalia, quæ habent, vt in. c. j. in ti. quæ sint regalia. vt dixit Bald. in dicto c. ad fi. per illum tex. Et nunquid possit alij concedi ius colligendi pedagium, vel gabellas, vide Archi. xxiiij. q. iij. si quis peregrinos, & Hos. in Summa, in tit. de censibus. §. ex quibus. & not. per Barto. in. l. vectigalia. C. noua vectig. impo. non poss. in sua repetitione, quam pauci habent, vbi ponit materiam vectigalium: cætera circa materiã huius, vide quæ dicam in. l. sequenti. Barpthol omæus Cæpola.

SVMMAE.

1 *Quæ sunt in ciuitatum patrimonijs, nec vsibus publicis destinata, ea publica sunt impropriè.*

2 *Verbum habemus est iuris declaratiuum, tum definitiuum, & nume. 3. Rogati verò interim sunt magistratus Veneti, vulgariter dicti Signori di Pregai, quorum authoritas est amplissima.*

4 *Patrimonia vel publica ciuitatis, num võdi, vsucapi, aut alienari possint. distingue. vt nu. 6.*

5 *Publica quæ dicantur.*

7 *Ciuitates, ac communitates molendina posse habere, vt propria & alia, deq; illis disponere. idem de principe dicendum.*

8 *Ciuitas non recognoscens superiorem potest vendere ea quæ publica sunt, nedum quæ sunt in, patrimonio, & nume. 10.*

9 *Cautela, qua ciuitates recognoscentes superiorem possint vendere ea, quæ sunt vsui publico destinata.*

11 *Molendinorum appellatione an veniant ea, in quibus non sunt molæ.*

12 *Concesso castro, an concedantur molendina. Et alia pulchra hîc aguntur per remissiones de molendinorum materia, quæ vide.*

13 *Pacto vel cõsuetudine potest induci, quod omnes eodem molendino cogantur molere, quod an sit monopolium, remissiuè.*

14 *Dictio publica variè hîc exponitur, & quônam sit in publicis rebus ius ciuitatum, hîc vide.*

LEX XVII.

ITEM PVBLICA. Publica impropriè sunt illa, quę sunt ciuitatũ, non vsibus publicis destinata, nec sacra, nec religiosa. hoc dicit. vsq; ad. §. publica. ¶ In tex. ibi, sunt ciuitatum. dic secundum Oldra. & Alber. in patri-
1 monio ipsarum. ¶ Nota primò, † quòd ea, quæ sunt in patrimonio ciuitatum, quæ non sunt in vsu publico: vt peculia seruorum ciuitatis, dicantur publica, sed strictè, & impropriè secundum gloss. & Dy. & dicam statim. ¶ Nota secundò, ꝙ ea quæ sunt in vsu publico ciuitatum, vt theatra, & Campus Martius, & similia, non dicuntur publica per istum tex. ¶ Nota tertiò, quòd ea quæ sunt sacra, vel religiosa non dicũtur publica, quia non sunt ciuitatum, nec in vsu publico, sed potius in bonis nullius esse dicuntur: vt insti. de rer. diuisi. §. nullius. & not. gloss. hîc in verbo, nec religiosa. ¶ Nota quartò, & tene menti tex. ibi, inter
2 publica habemus, quòd per istud † verbum habemus, continetur iuris diffinitio, & terminatio. Et ideo si esset prolatum in sententia, tantum significaret, ac si diceret, dicimus, vel volumus, aut declaramus, vel terminamus: & pro hoc. l. in summa. in prin. ff. de re iud. & c. in his. extra de ver. sig. ¶ Et per hoc aliâs dicebam corã Illu. D. D. V. in qõne lacus Bena. qui est lacus Gardæ, quæ (prout dicitur) mota fuit de anno M. CCCCLV. per Brixiẽses Veronensibus: quòd hæc quæstio fuerat determinata, & diffinita in contradictorio iudicio per Illu. D. D. V. in suo excelso cõsilio Rogatorum de anno M. CCCCXXXII. In qua dicebatur. Habemus, quòd lacus Gardę sit & esse debeat de territorio & districtu Veronensi. Et dum Brixienses dicerent, quòd illa non erat determinatio, neque sententia, sed quædam tũc opinio: quia Dominium vtebatur hoc verbo habemus, & non verbo sententiamus, vel iudicamus, aut declaramus, allegaui contrà, istum text. dum dicit habemus, quod est iuris diffinitiuum, & declaratiuum, & allegaui etiã dictam. l. in summa. & c. in his præallegatũ. cum simi. Et tandem post multas disputationes, vtrinque septem mensibus factas, per hæc, & alia quamplurima fuit iterum iudicatum per excelsum consilium Rogatorum, quòd totus lacus Gardæ, vsque ad ripas Brixienses esset de districtu, & territorio Veronensi. De significatione huius verbi habemus, vel habetur, vide quod dicam in secunda oppositione in fine. & adde prædictis, quod not. Anto. de But. in cap. prætereà. ij. in vltimo notabili. extra de appel. vbi ponit multa verba per quæ sententia fieri potest. ¶ Opponitur primò contra istum text. & summarium, & primum notabile, & videtur, ꝙ imò bona, quæ sunt in patrimonio ciuitatũ, licet non in vsu publico, non sint publica: quia bona ciuitatum excepta ciuitate Romana non sunt publica, nisi abusiuè, & impropriè. vt. l. bona ciuitatis. & l. præcedenti. s. eo. ¶ Sol. ista. l. debet intelligi secundum illas, videlicet, quòd impropriè bona aliarũ ciuitatum quàm Romanæ, dicuntur publica, etiam si sint in patrimonio ciuitatum, & ita vult hîc gloss. prima. & dum dicit in princi. hæc. l. strictè accipitur, debet intelligi impropriè. ¶ Opponitur secundò, contra tex. & secundum notabile: & imò videtur, quòd ea quæ sunt in vsu publico ciuitatum dicantur esse publica, vt est tex. in. l. sed & Celsus. in princi. ff. de contrahen. emp. imò illa videntur esse magis publica, quæ sunt in vsu publico, quàm alia, quæ sunt in patrimonio ciuitatum, quia illa, quæ sunt in vsu publico vendi non possunt. dicta. l. sed & Celsus. in princip. Nec possunt vsucapi, vt. l. vsucapionem. C. de vsucapi. nec
3 legari, vt. l. apud Iulianum. §. fi. ff. de leg. j. Sed † ea quæ sunt in patrimonio ciuitatis possunt vendi, & vsucapi, & legari: quia sunt res priuatorum. secundum gloss. hîc in verbo destinata, & gloss. notabilem in dicta. l. sed & Celsus. in princi. Sol. dicit gloss. hîc in verbo destinata, quòd strictissimè ea, quæ sunt in patrimonio ciuitatum, dicuntur publica: sed ea, quæ sunt in vsu publico ciuitatum, in alia significatione larga dicuntur magis publica, vt in contrarijs, vel dicit gloss. secundum Burga. solue, quòd ista litera dum dicit, neque publicis vsibus sunt destinata, intelligitur: scilicet vt sint in re publica, vel fisci patrimonio, quasi ea non dicantur hîc publica. & secundum hæc, theatra, & similia, appellantur hîc publica. Sed dicit hîc glo. quòd hæc solutio sibi non placet, & bene: quia illa verba publicis vsibus destinata intelligũtur potius de his, sicut sunt theatra, & similia, quàm de his, quæ sunt in patrimonio reipublicæ, vel fisci, quia illa non possunt dici destinata vsibus publicis. ¶ Et dic, quòd intentio huius literæ fuit dicere, quòd strictissimè loquendo, & impropriè publica sunt illa, quæ sunt ciuitatum, veluti bona, & peculia seruorum ciuitatum: non illa quæ sunt publicis vsibus destinata, quia illa sunt in larga significatione publica, & non in stricta, & hoc importat verbum habemus, & verbum, habentur positum in litera, quasi dicat in larga significatione publica sunt illa, quæ sunt publicis vsibus destinata,

destinata, sed in stricta significatione etiam habemus, quòd illa, quę sunt ciuitatum, & non vsibus
4 publicis destinata habētur. ¶ Ex quo not. † quòd habemus, vel habētur, est verbum improprietatis strictæ significationis: ita probat iste text. coniuncta glos. hîc. Et adde, quòd verbum habeatur, & intelligatur, significat fictionem, quãdo ratione materiæ nõ potest designari veritas: & facit. ff. de iur. fisci. l. eius qui debitorem. & ita not. Bal. in l. quoniam. in sexto notabili in fi. ff. de his qui notantur infamia.

QVAERO primò, pro declaratione hu-
5 ius. l. in princip. quæ dicantur publica, † & dic, ꝙ publica appellatio in vera & propria significatione comprehendit res ciuitatis Romanæ, vt l. bona, & l. eũ qui vectigal. supra eo. & ibi de hoc plenè dixi. in impropria, verò & larga significatione res ciuitatum, quæ sunt in vsu publico, vt sunt theatra, campus Martius, & similia, dicuntur publica, vt. l. sed & Celsus in princip. ff. de cõtrahẽ. emptione. & hîc cum simil. Sed in impropria, & stricta significatione res ciuitatũ, vel vniuersitatum, quæ non sunt in vsu publico, sed in patrimonio, vel in pecunia, dicuntur etiam publica, & iste est casus hîc, & hoc intendit dicere glo. hîc, licet confuse secundum Dy. & Alber. hîc: & vide circa hoc quid contineatur appellatione publici loci. tex. cũ glos. in. ij. §. j. &. §. publici loci. & in. §. hoc interdictum. s. ne quid in loco publico.

QVAERO secundò, an loca publica pos-
6 sint vendi, vel alienari? & dic † quòd aut sunt publicis vsibus destinata, vt est theatrum Veronense. quod arena appellatur, vel campus Martius, & ista non possunt vendi per ciuitatem: quia eorũ commertium non est, vt est tex. in. l. sed & Celsus in principio. ff. de contrahen. empt. nec legari. vt. l. apud Iulianum. §. fina. ff. de leg. j. & ita vult etiam glos. hîc. Nisi essent tales ciuitates quæ non recognoscerent superiorem vt dicam in sequenti quæstione, vel facerent de hoc statutum, vt dicam infrà in quarta quæstione. aut sunt publica non vsibus publicis destinata, sed in patrimonio, vel pecunia ciuitatis, sicut molendina communis Bononiæ, quæ non sunt in vsu publico. sed sunt sicut molendina priuatorum, vt dicit hîc glo. notabilis. vel erant apothecæ communis Bononiæ, sicut erant apothecę, quæ sunt sub palatio ciuitatis Paduæ, quæ erant ciuitatis Paduæ, vel Illu. d. d. v. Et ista possunt vendi, vel alienari per ciuitatem, vt est tex. cum glos. in dicta. l. sed & Celsus in principio, & in. l. pactaconuenta. §. fi. alias est. l. lege vẽditionis eo. tit. & ita etiã sentit gl. hîc, ex qua gl. not. quòd ciuitates, vel cõmunitates, possunt
7 habere molendina, † & alias res, quæ sunt earum quoad proprietatem, & illas possunt vendere, vt sunt apothecæ Bononiæ, quæ sunt in platea cõmunis Bononiæ, quæ venditæ fuerunt à communitate Bononiæ, me ibi tunc studente, & vendi potuerunt, & sic etiam molendina publica Bononiæ fuerunt pignorata, vel vendita iam multis annis Baptistæ de Canetulo, & alijs quibusdã ciuibus cum pacto de retro vendendo pro hoc l. ij. §. hoc interdictũ. ff. ne quid in loco publico. Et idem, quod hîc not. glo. in dicta. l. sed & Celsus in princip. ff. de contrahen. empt. & instit. de rerum diuisi. in. §. vniuersitatis. in verbo si qua: & Bal. in. l. j. in secunda columna. in titu. de capita. qui cur. vend. & pro hoc facit glos. fin. in. l. j. C. de præscriptio. long. tẽporis, quæ loquitur in præscriptione. Et idem dicas in principe, quòd possit habere huiusmodi res tanquã priuatus, vt in titu. de fund. rei priuatæ, & in hoc assimilatur alijs priuatis: & tales res suæ possunt vendi, vt ibi. Et ita videmus quotidie principes vendere res suas proprias, sicut vendidit. illu. d. d. v. iam sunt sex anni, vel circa Apothecas, quæ sunt sub palatio ciuitatis Pad. & multas alias apothecas, quæ sunt in ciuitate Venetiarum, quæ erãt in dominio, & proprietate Illust. D. D. Venetorum de quo dicã etiam in quarta quæstione.

QVAERO tertiò, an illud quod dixi, ꝙ
8 † ea, quæ sunt in vsu publico, vt theatra, campus Martius non possunt vendi per ciuitates, vel dominos, an hoc sit verum in ciuitatibus, vel dominis, qui non recognoscunt superiorem, sicut sunt Veneti, & Florentini, & similes, vt dixi in. l. eum, qui vertigal. suprà eod. dico, quòd non: quia tales possunt etiam prædicta bona publica vendere, vel alienare: quia tales sunt seu ipsius principes, & populus, vel dominus liber. vt. l. non dubito. ff. de capti. & non in. l. hostes eod. titu. & ita videtur velle glos. in. l. cõtinuus. §. cum quis in verbo relictæ sunt. ff. de verbo. oblig. ꝙ ibi per Bart. & doc. & videtur etiam probari in. l. apud Iulianum. §. fi. in fin. ff. de leg. j. ¶ Et ideo ciuitates, quę non recognoscunt superiorem Papam, vel Imperatorẽ, aut alium possunt vendere nedum ea, quæ sunt in patrimonio ciuitatis, vt dicta. l. sed & Celsus in principio. ff. de contrahen. emp. sed etiam ea, quæ sunt vsui publico, & vsibus publicis destinata, vt theatra, & similia.

QVAERO quartò, quia dixi suprà in secunda quæstione, quòd ciuitates, quæ recognoscunt superiorem non possunt vendere, vel alienare ea, quæ sunt publicis vsibus destinata, nunquid sit dare aliquẽ modum, vel cautelam, quòd
9 alienare possint? dic quòd sic. Nam licet † directè non possint alienare: indirectè tamen possunt,

statuendo. Nam primò debent facere legem, vel statutum, quòd talia bona, quæ sunt in vsu publico, non sint in vsu publico, sed in patrimonio ciuitatis, & possint alienari, quod statutū fieri potest. & valet, vt est casus in. l. prohibere. §. planè. & ibi hoc not. Bart. ff. quod vi, aut clam: & probatur in. l. ij. §. viam publicam, suprà nequid in loco publico. & ibi glos. quæ videtur in hoc æquiparare Senatū, & ciuitatem principi in faciendo locum publicum, vel non. ¶ Et ideo nota in practica, si ciuitas Paduæ vellet vendere pratum vallis, quod est vsui publico destinatum, vt ibi possent fieri domus, vel vellet vendere aliquam plateam publicam, facias fieri primò statutum, quòd locus ille prati vallis, vel plateæ publicæ, efficiatur priuatus in patrimonio ciuitatis Paduæ, & desinat esse destinatus vsui publico, & quòd possit alienari. Nam tūc alienari poterit per ciuitatem, dummodo fiat solennitate debita. Et ita not. Barto. singulariter in. l. continuus. §. cum quis, & ibi per omnes docto. ff. de verbo. obliga. & in dicta. l. prohibere. §. planè. ff. quod vi, aut clam: & in. l. j. in prin. ff. nequid in loc. publ. in quibus dicit ita de facto fieri fecisse, videlicet quod fecit fieri statutū, ꝙ talis locus efficiat priuatus. dicit tamen in dicto §. cum quis, quòd sufficeret, quòd fieret statutū, quòd locus publicus possit vendi. & ita tenet in dicta. l. j. in principio. Sed Bal. in rubrica. C. de cōtrahen. emp. in tertia quæstione. dicit, quòd sufficit mandatum de vendēdo talia loca factum per eos, qui non recognoscunt superiorem. Si autem nō habent potestatem statuendi, non valet. Item dicit quòd generalis syndicatus ad vendendum bona communis non sufficeret: subdit, quòd ita de facto consuluit per dictam. l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. Ego autem non dubito,
10 quòd illi qui † non recognoscūt superiorem possunt loca publica alienare, etiam sine alio statuto, ex quo legi ciuili non subiacent, iuxta not. in. l. hostes. ff. de captiuis. Sed in alijs qui recognoscunt superiorē distinguendum est, aut habēt potestatē faciendi statuta, & tunc tene practicam Bartoli, de qua in dicta. l. continuus. §. cum quis. ff. de verbo. oblig. aut non habent potestatem statuendi: & tunc non est dubium: quòd alienari non possunt, vt dicta. l. sed & Celsus. in principio. ff. de cōtrahen. emp. nec etiam statuere possent super huiusmodi communibus alienari prohibitis, iuxta not. in. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. cum similibus. & de ista quæstione. vide etiam Franc. Zab. in. c. cum ecclesia Vulterana in fin. in octaua, & vltima quæstione.

QVAERO quintò, & vltimò, quia hìc in glos. fit mentio de molendinis communis Bononiæ, an possint vendi, an ergo molendina posita in flumine possint alienari per prælatum, vel tutorē? vide Ang. in. l. non solùm. ff. de peti. hæredi.
11 ¶ Item, † an appellatione molendinorum veniant molendina, quibus nondum sunt positę molæ? dic quòd inspiciamus primò communē vsum loquendi, argumento. l. vt Alphenus, & l. anniculus, infra eo. cum simil. aliâs si non est communis vsus, non veniunt, maximè in pœnalibus, vt eleganter not. Bal. in. c. j. in. §. si quis de manso. in vltima columna. in titu. de controuer. inuesti.
12 in vsibus feud. ¶ Item † quid si Imperator concedit mihi aliquod castrum, hoc modo, concedo Titio tale castrum cum pertinentijs suis, an videatur concessisse molēdina castri? vide de hac quæstione plenè per Bald. in. c. j. in secunda columna. cum seq. in titu. de capi. qui curiam vendi. vbi etiā ponit aliam quæstionem disputatam per Iacob. But. videlicet commune Mutinæ per syndicum concessit, & transtulit ciuitatem Mutinę cuidam Marchioni, an per hanc concessionem transeant molendina Mutinæ in dominiū dicti Marchionis? de qua dic, vt ibi plenè per Bal. in. l. ij. in. ij. columna. vbi arguit. pro, & contra. vbi omnino vide. ¶ Item si quis mihi cōcessit, quòd ego possim facere molendinū in territorio suo, posset ne me inuito aliud facere. vide Bald. in. c. j. §. si quis de manso in tit. de controuer. inuesti. ¶ Item si quis concessit mihi, vt faciam molēdinum iuxta suū, non potest agere, vt ipsum destruam, licet non teneat concessio: quia tenet quantum ad personalē obligationem secundum Bal. in. l. ij. de aqua. ff. cōmunia prædiorum. ¶ Itē si molendina ecclesiæ sunt dirupta, an emphiteota teneatur ad pensionem soluendam? vide Albe. de Rosate, in authen. si quas ruinas. C. de sacro. ecclesiæ. ¶ Item an molendinum diruptum teneatur emphiteota reficere? dic vt ibi per eum. facit quod not. Bart. in. l. hoc iure. §. si aquā. ff. de aqua quoti. & ęsti. ¶ Itē an habens molendinum inferius possit prohibere, ne fiat superius, vide glos. & doc. in. l. si manifestè. C. de serui. & aqua. & per Bart. in. l. quominus ff. de fluminibus, & in. l. ij. §. iam autē. ff. ne quid in lo. pub. ¶ Itē si aliquis habet molendinum destructum, & alius velit ędificare in loco, qui ipsi noceat, an possit prohibere? vide per Bar. in. l. fi. ff. de vsucap. ¶ Item si ego incœpi ædificare molendinū, & alius perfecit, cuius debeat esse? vide per Bartol. in. l. naturaliter. §. illud. ff. de acqui. re. do. ¶ Item si in molendino sunt tres rotæ, & pro qualibet soluit, an conductor possit facere aliam rotam? vide Alb. de rosate. in. l. Ruptilia Polla. ff. de contrahend. emptio. ¶ Item molendinarius promisit molere Titio, & familiæ suæ pro certo

pretio

pretio,familia excreuit,an molendinarius teneatur molere pro tota familia eodem pretio?vide Albe.de Rosate in.l.dolia.ff.de contrahen. empt. & fuit quæstio originaliter Pylei, & incipit quidam.Et idem dicit de fornario:de qua quæstione plenè dicam in.l.pronũtiatio.§.familiæ infrà eo. ¶ Item siquis ædificat molendinum in flumine publico,an possit ponere tignum in ripa irrequisito domino prædij vicini?dicas,ꝙ nõ.vt.l. Martius.ff.de acqui.re.do.& ibi hoc not.Bart.per illũ text.Facit.§.riparum.cum ibi not.instit. de rerũ diuisio.¶ Item an dominus superioris molendini possit stagnare aquam in damnum inferioris? vide per glo.& doc.in.l.siquis ex argentarijs.§.si initium tabularum.ff.de ædend.& per Bar.in dicta.l.quominus.de fluminibus. ¶ Item si aliquis habet molendinum in certo loco,& aqua ibi mutat alueum,an possit do. conducere molendinũ in loco,vbi nunc est aqua?vide tex.cum glo.notabili in verbo accesserit.in.l.hoc iur.§.si aquam.ff. de aqua,quo.& æsti.quæ dicit notabiliter, ꝙ nõ & ibi etiam hoc tenet Bart.¶ Item siquis habet molendinum emphyteoticũ in flumine, & illud est destructum,& refectum,an ad canonem teneatur?vide pro hoc tex.in.l.si ita legatum.in fin. de leg.j.an ecclesia,vel alius dominus possit illud in emphyteusim repetere,& videtur ꝙ non per dictum.§.si aqua,& ibi hoc etiam not.Bar.& facit quod dixi suprà secundum Albe.de Rosate.in auth.siquis ruinas.C.de sacro.eccle.¶ Item si aliquid fiat in flumine, propter quod impediatur molendinum,qualiter agatur?vide in Specu. de causa possessionis,& proprieta.§.quia verò.versiculo si quid ergo.¶ Item quid si tres habẽt molendinum, duo inuito tertio locant.xxx. tertius vult plus de parte sua.puta.xv?dic,ꝙ tertius non tenet̃ consentire pretio cõuento per duos.s.ęquo pretio.per.l.per fundum.ff.de serui.ru.prędio.Et si nolet ipse locare,sed molere,possit illud facere pro parte sua,non impediendo tamen in locãdo partem aliorum,vt not.C. de sacro.eccle.l.iubemus nulli,in gl.vt tua pars,aliâs prouocor ad diuisionem,secundum Bal.in.§.si de manso.in tit. de contro.inuesti.¶ Item si iui ad molendinum tuum per longissimum tempus.tu vis postea me compellere,quòd ibi,ego molam : quia interest tua propter redditũ molẽdini. ego nolo amplius accedere,vtrum poteris me cogere, dicas quòd nõ quia illud ire fuit per modum facultatis meę. ergo non præscribitur,vt.l.via publica.ff. de via publica. ¶ Item quia per hoc non est adeptus quasi possessionem alicuius iuris : quia nec etiam cadit seruitus in libero homine,nec quasi possessio,nec obligatio personalis pro præscriptione inducitur.vt.l.obligationũ ferè.§.placet.de actio. & obligatio.& ita tenet Bal.secundum Pet.in.l.j. in tertia columna.C.de seruitutibus.¶ Item num

13 quid possit fieri † per pactum, vel per consuetudinem induci,quòd vicinia,vel villa non possit ire ad mazinandum, nisi ad tale molendinum? dic,quòd sic.Casus est in.c. significante extra de appellatio.& ibi per Inno.& doc.Item an sit monopolium &c? ¶ Itẽ si vnus solus habuisset per mille annos vnum tãtùm molendinum in loco, vel molas certas,non propterea tolleretur alteri facultas faciẽdi molendinum.casus est in dicto.c. significante.¶ Item de molendinis, quæ fiunt super nauiculis,vt illa,quę sunt in Pado,vel Ticino vel alijs fluminibus? vide per Bartol. plenè in.l. quo minus.ff.de fluminibus.¶ Item de molendinis ad ventum,quæ ducuntur à vento,sicut ego vidi prope ciuitatem Neapolis,de quo fit mentio in.c.ex tranmissa.extra de decimis. an de eis, quæ proueniunt ex dictis molendinis,debeat solui decima?dic quòd sic.vt est casus in dicto.c.ex transmissa,& ibi per docto.¶ Et de materia molendinorum vltra prædicta vide plenissimè per Bart. in dicta.l.quo minus.ff.de flumi.& omnino per Ange.in.l.præscript.ff.de vsucap.& in lectura,& in sua repetitione.plenè per Bald.& in.l.lapilli.ff. de rerum diuisi.vbi ponit plures quæstiones, & pulchras de molendinis,& per eundem Bald.in l.siquis ex argentarijs.§.ita tamen.ad fi.ff.de ędẽdo,& in dicto.§.siquis de manso:& vide per Cy. in.l.commissoriæ.C.de pactis inter empt.& ven. & plenè per do.Petrum de Papia in forma libelli de actione confessoria pro seruitute in glo.seruitus aquæ ductus.vbi omnino vide.

QVAERO sextò, quia dicitur hîc,quòd
14 ea,quæ sunt Ciuitatum,vt † molendina,& serui sunt publica, quomodo dicuntur esse publica? & glos.hîc in verbo publica exponit,id est communia ciuitatum.& publica omnium hominũ illarum Ciuitatum,vel publica dicuntur:quia publicis vsibus destinata:vt insti.de rerum diuisi.§. vniuersitatis.Tu dic,quòd quantum ad istũ.text. prima expositio melior est:quia iste text.non loquitur de his,quæ vsibus publicis destinata sunt, vt dixi supra in secunda oppositione.Et intellige publica esse.j.cõmunia ciuitatũ,& earũ hominũ, secundum not.in.l.in tantum.§.vniuersitatis.ff. de rerum diuis.& in dicto.§.vniuersitatis.instit. de rerum diuisione.¶ Secunda expositio glos.in se etiam est vera,videlicet quòd aliqua dicuntur publica,eo,quòd publicis vsibus sint destinata,vt in dicto.§.vniuersitatis,sed de istis non loquitur hîc,vt dixi supra in secunda oppositione.

15 QVAERO † septimò, & vltimò,quid ha

bent iuris publici? istæ res vniuersitatis? respondeo secũdum glos. notabilem hîc in verbo publica habẽtur, quia ciuitas in quibusdam casibus habet ius rei publicæ Romanorũ in talibus rebus, qui casus not. per glos. fi. in. l. præcedenti. Not. bene istam glo. quòd licet appellatio publica, seu rei publicæ, propriè comprehendat ciuitatem Romanam, vt. l. bona ciuitatis: &. l. eum qui suprà eo. tamen in his quæ sunt vniuersitatis, in quibusdã casibus ciuitas habet ius rei publicæ Romanorũ.

SVMMAE.

1 *Vectigal quid hîc & nu. 4. portus autem, remissiuè.*
2 *De rebus tantum venalibus vectigal fisco soluendũ, quod est octaua rerum, quæ venduntur.*
3 *Homo mortuus pro passu, vel portu fluminis nihil debet.*
5 *De metallis soluitur vectigal fisco, idem de piscarijs hîc verò distingue, non enim perpetuum est.*
6 *Salinæ quid, & quid salinaria, & an salinæ repertæ in fundo priuato sint eius cuius fundus, an vero sint in regalijs.*
7 *Fons scaturiens in fundo priuato, an sit eius, cuius fundus.*
8 *An sit vnicuique permissum salem vendere.*
9 *Metallorum appellatione lapidicinas contineri.*
10 *An sicut vnusquisque est dominus sui fundi vsque ad cœlũ, ita sit dominus vsque ad cẽtrum terræ ad proportionem fundi, & consequenter an possit prohibere fodientes cotes in venis, pulchra est & notabilis quæstio.*
11 *Publicus locus, exactor, latro quis. Item publica. via impẽsa, turba, rixa, pœnitentia, mulier, honestas, Item publicum munus, certamẽ & publicum ius quid, remissiuè.*

S. PVBLICA. Publica vectigalia sunt, quę fisco soluuntur ex rebus quæ portantur, vel vehuntur. hoc dicit. ¶ Nota primò, † ibi vectigal portus, quòd redditus portus prouenientes ex mercibus, quæ in eum portantur, atque inde exportantur. iuxta. l. portus infrà eodem, dicuntur esse vectigalia publica, vt hîc: & sunt regalia, vt est text. in capitulo primo. in principio ibi portus. in titulo. quæ sint regal. in vsibus feud. & quid sit portus. vide. l. portus, & quod ibi dicam infrà eodẽ.
10 ¶ Nota † secundò, ibi venalium rerum, quòd de rebus venalibus soluitur vectigal fisco, & soluitur octaua pars. vt. l. ex præstatione & l. à legatis. C. de vectigalibus, & commis. & not. hîc glos. ¶ Et not. bene istum textum dum dicit venalibus, quia præsupponit, quòd de alijs rebus, quæ portantur, vel vehuntur non venalibus, non debet solui vectigal, seu datium, aut gabella: putà si portãtur ad vtilitatem fisci: vel etiam propriam vtilitatem. vt. l. vniuersi. C. de vectigalibus, & cõmis. & nota gl. notabilem in. c. super quibusdam. §. prætereà, in verbo salinaria in fi. extra de verborum signifi. ¶ Item de his quæ portantur, vel vehuntur vsus proprij causa, vt sunt vestimenta, & omnia, quæ esui, & potui proprio destinata sunt, vt est casus notabilis in. l. iiij. in fin. coniuncta glos. in verbo priores. ff. nautæ, caup. stabu. & not. in. l. si publicanus. in principio. ff. de publi. etiam si mutato postea proposito vendantur, vt est text. notabilis, & ibi hoc not. Iaco. de Ar. Bar. & doc. in. l. cætera. §. fi. sed si parauerit. ff. de leg. j.
3 ¶ Itẽ † in passibus, vel portis pro cadauere, id est pro vectura hominis mortui nihil debet solui. vt not. Flori. per illum textum in. l. nec corpora. ff. de religio. & quod etiam ipse not. in. l. binas ædes in fi. ff. de serui. vrb. prædi. licet in contrarium faciat. l. j. ij. & iij. ff. de cadaue. pu. Et istud vectigal dicitur vectigal publicum. ¶ Nota tertiò, ibi itẽ
4 salinarum, † quòd illud, quod fisco soluitur ex salinis, dicitur vectigal publicum. ¶ Item dicitur salinarium, vt est tex. cum glos. in verbo salinaria in. c. super quibusdam. §. prætereà. extra de verborum significatione. de quo dicam infrà in secũda quæstione. ¶ Item dicuntur portoria, vt. l. iij. C. de vectigalibus, & commis. & not. glo. in dicto §. prætereà in verbo. salinaria. Et adde, quòd redditus salinarum dicitur esse de regalibus: vt est text. in dicto. c. j. in verbo salinarum. in titu. quæ sint regalia. quod intelligo non tantum de salinis publicis: quia de illis non est dubitatio, vt. l. j. in principio, in verbo vel salinarum. ff. quod cuius vniuer. nomine: sed etiam de salinis priuatis, quæ sunt priuatorum: quia licet illæ sint priuatorum, tamen vectigal, quod ex eis fisco soluitur, dicitur publicum, & regale: vt est casus hîc, & in dicto. c. j. titu. quæ sint regalia: quia ibi loquitur de redditu salinarum, non autem de ipsis salinis. vt patet in tex. dicti. c. j. ibi piscationum redditus, & salinarum. Nam proprietas omnium salinarũ non spectat ad principem: quia etiam salinæ possunt esse, & sunt quandoque in patrimonio priuatorum: vt est casus in. l. magis puto. in principio. ff. de rebus eo. & sic videtur, quòd etiam priuatus possit vendere salem de iure: quando salinę sunt in eius dominio priuato. Sed in hoc attenditur consuetudo secundum Andream de Isernia, & do. Iaco. de Aluaro. in dicto. c. j. qui dicũt, quòd hoc videmus hodie vsurpatum ad ius terrarum in vendendo salem certo modo eorum subditis: & pro hoc vide tex. & ibi doc. in. c. super quibusdam. §.

dam. §. prætereà. extra de verbo signifi. Et circa istam materiam salinarum. vide quod dicam infra in primis quinq; quęstionibus. ¶ Nota † quartò, ibi, Et metallorum quòd de metallarijs soluitur vectigal fisco, quod appellatur vectigal publicum, vt hîc concordat. l. j. in principio. ibi vectigaliū publicorū coniuncto ibi, vel auri fodinarū. ff. quod cuiusq; vniuersi. nomine. & est decima pars. vt. l. cūcti. C. de metallarijs libro vndecimo. & hîc not. in glo. ¶ Et idem intelligas de argentarijs. Et ista dicuntur esse regalia, vt est text. in dicto. c. j. in titulo. quæ sint regalia. in verbo argentariæ. Nam in quocunque prædio, etiam priuato fodiatur aurum, vel argentum, vel aliud metallū princeps, & eius fiscus debet habere decimā partem, vt. l. cuncti. C. de metallarijs. li. xj. & soluitur etiam aliud per fodientes, vt. l. j. & l. per annos, & ibi Barto. eo. titu. Nec intelligas, quòd metallariæ & argentariæ sint in patrimonio fisci: quia illud esset verum, quando ex fundis fisci, vel principis perciperentur. Sed si perciperentur metalla, vel aurum, vel argentum ex fundo alicuius priuati, tunc dicerentur esse in dominio eorum, cuius essent fundi, ex quibus perciperentur, vt est casus in. l. iij. §. fi. cum. l. sequenti, & princ. sequentis. ff. de rebus eor. Et hoc casu neque fundus, neque metalla dicuntur esse publica, neque regalia, sed redditus, qui ex eis percipiuntur, sic: & isto modo loquitur iste text. in. c. j. in tit. quæ sint regalia. Et prædicta procedunt, nisi esset consuetudo in contrarium: quia circa talia consuetudo debet attendi: vt. l. venditor. §. si constat. ff. communia prædio. facit quod dixi in præcedenti notabili. de salinis. Et de ista materia metalla. & argē. vide quod dicam infrà in sexta quæstione. cum seq. ¶ Nota quintò, ibi & piscariarum, quòd redditus piscationum, quem exigit fiscus, dicitur vectigal publicum, vt hîc. & est de regalibus, vt est text. in. c. j. ibi redditus piscationum, in titu. quæ sint regalia. ¶ Et aduerte, quia aut loquimur de piscationibus, quæ sunt in patrimonio principis: quia reperiūtur multæ piscariæ, quæ sunt in dominio principis, & non haberet dubium: quia tam ipsę piscariæ, quàm redditus earum dicerētur esse publica. & regalia: vt hîc & dicto. c. j. aut loquimur de alijs piscarijs, quæ sunt in dominio priuatorū: tunc solus redditus, qui ex eis soluitur fisco, dicitur vectigal publicum. & isto modo intelligitur iste text. & illud, quod ex eis soluitur fisco, dicitur regale, vt dicto. c. j. aut loquimur de piscationibus, quæ fiunt in mari, vel in alijs fluminibus publicis, in quibus non sunt piscariæ, quæ sint in dominio principis, vel alicuius priuati: & tunc, quia de iure communi piscationes sunt communes omnibus tam in mari quàm in fluminibus publicis, vt. l. ij. & iiij. ff. de rerum diuisi. & in. §. litorum, institu. eo. de rerum diuisi. ipsæ piscationes non dicuntur publica: vt hac. l. in principio. nec dicuntur esse regalia, sed priuatorū: licet iurisdictio, & protectio maris, & fluminum publicorum spectat ad principem: vt not. in dicta. l. ij. ff. de rerū diuis. & not. do. Iaco. de Aluarot. in dicto. c. j. ¶ Sed si ex eis piscationibus aliquid solueretur fisco, illud diceretur esse vectigal publicū: vt est casus hîc, & diceretur esse de regalibus, vt dicto. c. j. quæ sint regalia. ¶ Aduerte tamen, quòd in istis piscationibus attenditur cōsuetudo, vt. l. si quisquam cum ibi notatis. ff. de diuersis & tempo. præscriptio. facit institu. de rerum diuisione in. §. flumina cum ibi notatis. & hoc tenet Iaco. de aluaro. in. d. c. j. sæpius allegato.

QVAERO primò, quia hîc fit mētio de salinis, quid sint salinæ? & dic, † quòd sunt loca, in
6 quibus sal nascitur, si nascitur ex monte. vel dic, quòd sunt loca in quibus est aqua ex qua fit sal, sicut est Clodiæ, vt probatur in. l. forma. §. salinę. ff. de censibus. & hîc.

QVAERO secundò, quæ dicuntur salinaria, de quibus fit mētio in. c. super quibusdam. §. prætereà extra. de verbo. signifi. & dic secundum Inno. ibi, quòd dicuntur illa, quæ dantur pro sale: id est vt permittat sal vendere, vel emere, & isto modo capitur ibi, vel dic secundum Hosti. & do. Ant. de But. ibi quòd salinaria dicuntur domus, in quibus domini terrarum faciunt poni sal. vt vendi, & emi possit à præpositis illius officij, ita quòd alius ibi non audeat emere, vel vendere, nisi vsque ad certam quantitatem. adde tu. vel alibi nunquam emere liceat, vt dicam infrà in quarta quęstione.

QVAERO tertiò, quid si salinæ reperiuntur in fundo alicuius priuati, sicut reperiuntur in ciuitate Parmæ in quibusdam puteis priuatis, an istæ salinæ sint eorum, in quorum prædijs reperiuntur? & dicas, quòd sic, vt probatur in. l. forma. in. §. salinæ. ff. de censibus, & ibi hoc not. Alb.
7 de Rosate. qui dicit, quòd † idem dici potest de fontibus, de quibus videtur sæpe oriri quæstionem inter habentes prædia conuicina, volentes vti commodo fontis in alieno nascentis pro eorū prædijs irrigandis, de quo vide in. l. siquis diuturno. suprà, si serui. ven. ¶ Sed in contrarium videtur, scilicet quòd salinæ etiam inuētæ in locis priuatis, sint principis: quia sunt regalia, vt videtur esse tex. in. c. j. quę sint regalia, & ita quidam consuluerunt. ¶ Tu autem teneas primam partem, videlicet, quòd imò sint in dominio priuatorū, in quorum locis sunt ipsæ salinæ, vt probatur in

magis puto.in principio.ff.de rebus eo.vbi est tex.singularis de hoc.vt dixi suprà in tertio notabili.& pro hoc est text.cum gloss.in.l.diuortio. in §.si vir in fundo.in verbo alterius.ff.solu. matrimonio.Non obstat dictum.c.j. quæ sint regalia. quia loquitur de salinis publicis,nec etiã iste text. quia loquitur de vectigali.quod fisco ex eis soluitur:vt dixi in dicto tertio notabili. Et istam partem tenet etiam Lodo.de Roma.in dicta.l.diuortio.§.si fundum.in tertia col.in principio.qui dicit se ita consuluisse in ardua quęstione apud Vulteraneos:& subdit,quòd ita fuit obtentũ,ad quod adde quod dixi in dicto.iij.notabili.

8 QVAERO quartò,†nunquid sit licitum vendere salem vnicuique?Et dicas,quòd not.vt.l.si quis.C.de vectigal.& commiss.& in dicto.c.super quibusdam.§.præterea.extra de verbo significa.& ibi hoc not.Innoc.in verbo salinaria, qui dicit,quòd est notandum:quia nusquam alibi inuenies prohibitum esse emere, vel vẽdere salem, vt.l.iij.&.l.vniuersi.C.de vectigal.& commiss.& l.ij.& iij.C.noua vectigal.impo. non posse.nisi si esset consuetudo in contrarium,cuius initij memoria non existit in contrarium,tunc secus esset vt est casus in dicto.§.præterea.Et not.quòd hoc casu quando salaroli emunt,vel conducunt salinas à principe,nullus potest vendere,vel mensurare,aut mensurari facere salem , nisi de licẽtia dictorum salariorum,& si contra fiat,pœna est eis applicanda:vt.l.si quis,& ibi hoc not.Bal.C.de vectigalibus,& commiss.facit,quod dixi supra in secunda quęstione.Sed in hoc attenditur consuetudo,vt dixi suprà,in.ij.notabili.

QVAERO quintò,quia hîc fit mentio de
9 metallis,†nunquid appellatione metallorum cõtineantur lapidicinæ & dicas,quòd sic,vt probatur in.l.ij.§.fin.ibi alia metalla.ff.de rebus eo.qui sub tutel.vel cur.& ibi hoc not.Alber.de Rosate. qui dicit,quòd allegauit illum tex.ad quæstionẽ quam habuit de facto,quidam enim nobiles locauerant quendam montem perpetuò, & exceperant omnia metalla quæ in eo reperirentur: Reperta fuit quędam lapidicina multum vtilis,orta quæstio est,an cederet dominis,vel colonis?& dicit,quòd allegauit illum textũ in dicto.§.fin.pro parte dominorũ licet in contrariũ posset allegari,quòd verbum alia,ibi positum non semper includit, vt not.in.l. non solum.§. quæritur.ff. de procur. & in.l.si fugitiui.C.de seruis fugitiuis.

10 QVAERO sextò,de vna†quæstione vtili, quæ alias fuit de facto Bergami,vbi cotes fodiuntur de montibus in venis subterraneis, quæ sunt sub prædijs priuatarum personarũ.nam quidam foderant per aliquod tempus in vena cotis.illi domini prædiorũ volebant impedire fodiẽtes,& dicebant illas venas esse ipsorũ,quorũ sunt prędia, subter terrã,sicut est suũ,seu in libertate sua vsq; ad cœlũ super solũ,vt.l.altius.C.de seruitutibus, cum ibi not.Nam sicut quis potest impedire volentem impedire aërem,à fundo suo supra terrã, vt ibi,ita etiam volentem impedire sub terram. ¶ Item quia rem alienã inuito domino, quis ingredi non potest.l.per agrum.C.de seruitutibus. l.diuus.ff.de seruitu.vrba.prædiorum.l. iniuriarũ in fi.ff.de iniurijs,cum simi.Sed omnis pars, quæ est sub fundo meo, censetur esse mea, sicut quicquid est supra,vt dicta.l.altius.ergo sicut dominus potest prohibere ingredientem in partẽ superiorem,ita etiam in partẽ inferiorẽ. ¶ Item, quia ad thesaurum inueniendũ non possum alienũ fundum introire,etiam volente domino,vt.l.j.C.de thesau.li.x.ita videtur dicendũ in cotibus. Item pro hoc facit text.in.l.diuortio.§. si vir.in fundo.ff.soluto matrimonio.&.l.vẽditor.§.si cõstat.ff.communia prædiorũ.Item pro hoc.l.si.ff. finium regun.ibi,aut foueam effoderit. Sed dominus Paulus.de Castro, consuluit contrarium. videlicet,ꝙ fodientes non possint impediri,per.l. cuncti.hîc allegatã,in glo.C.de metalla.li.xj.coniuncta.l.j.&.l.quosdã cũ gl.eo.ti.quæ dicit secundũ Pyl.ꝙ propter publicam vtilitatẽ licet marmora,& similia fodere sub fundo alieno, dũmodo dominus nõ habeat damnũ,vt ibi.¶ Nec obstat dictus.§.si vir in fundo,nec.§.si constat.cum simi.quia illa iura loquũtur in lapidicinis,quę capiũtur in fundi superficie,& per hoc lęditur superficies:& ita credo,ꝙ intelligatur dicta.l.j.C.de thesau.lib.xj.attento maximè:quia ibi non est ita publica vtilitas,imò damnum:quia fieret destructio domorum,vel fundorum.Nos verò loquimur in venis cotareis,quæ fodiũtur sub terra sine læsione superficiei. & vbi effodiuntur lapides multum vtiles, qui in paucis locis reperiuntur. Et ideo propter vtilitatem publicam videtur cõcedi cuilibet, vt possit inuenire & fodere: quia hoc fit cum magna impensa,& labore:nec à dominis superioribus prohiberi possunt,si non recipiunt læsionem,vt vult gloss.in dicta.l.quosdam, & in.l.ij.eo.titulo, in verbo fisco.quæ dicit,quòd speciale est in metallo,quod magno paratur agone.hoc habet locum etiam in venis metallorũ, & marmorum,vt ibi:& ita eleganter not.& tenet domi.Paul.de Castro.in dicta.l.diuortio.§. si vir in fundo.ff.solu.matrimo.vbi dicit se ita consuluisse in ciuitate Bergami,& habetur eius consilium in consilijs suis in ordine.clxxviij. cum duobus sequentibus.de quo dic,vt ibi plenè per eũ:& idẽ etiã tenet Lod.de Roma.in suo singul. ccccxcj.

ccccxci.quod incipit, Regula est, quòd rem alienam, per dictas gl.notabiles, quę sunt in.l.quosdã. & in.l.ij.C.de metall.lib.xj. ¶ Sed ego prædicta intelligo vera, quãdo vnus tertius, non dominus fecisset iam impensam in fodiendo, & in reparando venas per supradicta: secus si vnus extraneus vellet incipere fodere, & inuenire venam: & ille, qui haberet fundum supra, vellet etiam incipere fodere: quia tunc dominus fundi deberet præferri, per dictam.l.altius.C.de serui.cum simi.cũ isto casu esset ratio publicæ vtilitatis, ex quo ipse dominus idem faciet, qđ erit vtilitatis publicę: quod bene not. quia istud nõ reperitur in multis locis, & sunt quæstiones magni valoris.

QVAERO septimò, & vltimò: quia hîc dicitur, quid est materia de publico, quis dicatur lo-
11 cus † publicus.dic, vt.l.acceptam. in.ij.respõso. & ibi gl.C.de vsur. & habetur in.l.ij.§.publici loci. ff.ne quid in lo.publ. ¶ Publicus exactor, quis dicatur, vide in authen.de mandatis princ.in.§.coges. ¶ Publicus latro dic, quòd est ille, qui itinera frequẽtata, vel stratas publicas obsidet aggresionis insidijs: vt est text.in.c.inter alia. extra de immuni.eccl.& in.l.capitalium.§.famosos.ff.de poenis.& ego dixi in authen.sed nouo iure.C.de ser.fugi. ¶ Publica via, quæ sit, habetur in.l.ij.§.ait prætor.&.§.viã publi.&.§.viarum.ff.ne quid in lo.publi.& vide dominum Matthæum de Matasselanis in.xciij.notabili.vbi ponit, qualiter probetur via publica. ¶ De publicis expensis, vide tex. C.de nouo Cod.confir.post princi.ibi sine nouis expensis publicis. ¶ Publicæ turbæ, rixę, & contentiones, non quia fiant publica authoritate, sed quia publicę apparent, vt est tex.cum gl.in verbo publicæ turbæ.in auth.vt iud.sine quoquo suffr. §.fugiunt.in.ij.col.in prin.col.ij. ¶ Publicæ pœnitentiæ.xx.q.iij.c.j.& quæ sit publica pœnitẽtia, & qualis habetur.xxxiij.q.ij.admonere.§.fin autem.& Host.& Gofr.in sum.in tit.de pœnitẽtijs. ¶ Publicæ mulieres quæ sint, habetur in.c.inter opera.extra de spon.& dixi in.l.mulieres. in prin. in.v.q.s̃.eo. ¶ Publicę honestatis iustitia, quid sit, no.per Archi.& doc.in.c.j.de spon.lib.vj.& habetur in arbore affinitatis. ¶ Publicum munus habetur insti.de excu.tu.in prin. ¶ Publicum certamẽ, quid sit, habetur in.l.qua actione.§.si quis in colluctatione.ff.ad leg.Aquil. ¶ Publicum ius dicitur duobus modis, vt habeť. in.l.fi.C.de sacrosan.eccl. ¶ Cætera circa hanc materiam publici, vide quæ dixi.s̃.in.l.bona ciuitatis. & in.l.cũ qui. & in hac.l.in prin. Barpthol.Cæpola.

Hucusq; ordinariè: nunc per modum Apostillarum.

SVMMAE.

1 *Munus tria significat, differt autẽ à dono, hoc enim generis, illud speciei rationem habet.*
2 *Onus interdum sine honore est, interdum cum honore.*
3 *Munus ergo, quoddam reale, quoddam personale.*
4 *Municipes qui dicantur. municeps enim nomen multorum significatiuum est: de quibus hîc.*
5 *Colonia quid, & vnde dicatur. à colonia verò dicuntur coloni, de quo poeta. Veteres migrate coloni.*

LEX XVIII.

MVNVS. Munus significat donum, & onus, & officium. hoc dicit. Not. quòd munus capitur
1 tribus † modis, vt dixi in summario: & primò ponitur pro dono, licet tamen inter munus, & donum sit differentia: nam donũ est nomen magis generale: & sic est, vt genus, munus verò strictè accipiẽdo est, vt species. Item donum dicitur à dando subaudi gratis, & sine causa. munus vero cum causa: vt natalium, vel nuptiarum.l.inter donum, & ibi dicam.ĩ.eo. Vnde versus.

Est donum dantis, sed munera sunt capientis.
Dona dare est gratis, at munera, si mereantur.

Sed aliquando verbum munus capitur largo modo: & tũc poniť, vt genus: & tunc donũ ponitur, vt species.l.munus.in fi.ĩ.eo. Sed munus propriè capiẽdo dicitur illud, quod necesse habemus subire, vel lege, vel imperio, vel alio modo. vt dicta l.munus. in principio. & ibi dicam. infrà eodem. & vide tex. in clemen.j.quæ incipit, si dominum in.§.ò mirabile, nobilissimũ.ibi donum, vel munus.de reliquijs, & venerat.sanctorũ.qui pulchrè dicit: quia cuius donum, vel munus frequentiùs aspicitur, eiusmodi memoria strictius retinetur. ¶ An autem appellatione doni, vel muneris contineantur xenia, dic, quòd non per interpretationem.l.solet.§.final. ad finem. suprà de officio proconsul.& leg. Sed ex verbi significatione bene continetur.l.Plebiscito.suprà de officio præsidis.ita dixit notabiliter gloss.in dicta.l.solet. in fine. ¶ Secundo modo ponitur munus pro onere subaudi sine aliquo honore, vt dicam super textu. ¶ Tertio modo ponitur pro officio, & sic pro dignitate, quæ est cum honore. Cætera vide in.l.inter donum. &.l.munus. infrà eodem. ¶ In tex.ibi altero, dic ibi secundo, scilicet modo.
2 ¶ In tex. ibi onus, † dic sine honore, vt differat à versicu.sequen. vbi capitur pro honore, etiam si sit onus annexum, vt dicit ibi glossa,

& bene. ¶ In tex. ibi militiæ. dic secundum gloss.
& bene, quæ sit sine honore, ne sit cõtra versicu-
lum seq. vbi appellat militiam officium, & digni-
tatem, quæ licet habeat adiunctum onus, tamen
est etiam cum honore: hîc autẽ accipitur pro mi-
litia, quæ nõ est dignitas, nec cum honore, sed tan
tum cũ onere, & potest exponi militiæ, id est mu
neris, & oneris, quod imponitur causa militiæ: &
potest poni exemplum, & exemplificari, vt quan
do aliquis rusticus, vel villa, vel castrum conde-
mnatur, vel grauatur ad mittẽdum tot plaustra
frumenti, vel bladi ad bellum pro militibus, vel
etiã si simpliciter grauaretur in opera, vt in con-
ducendo cum plaustris suis tantum frumenti, vt
videmus quotidie, & similia, & sic ista sunt mune
ra realia. ¶ In text. ibi muneris. dic. s. personalis,
3 † vt differat à præcedenti. Et pone exemplum,
quãdo villa, vel castrum grauatur mittere decem
viros, vel plures ad bellum, & similia. ¶ In tex. ibi
immunitatem, appellat secũdum prædicta, quòd
si alicui castro, vel villæ cõceditur immunitas ge-
neraliter, videtur esse exempta à mittendo plau-
stra, vel homines, vel similia ad bellum. quod no-
ta perpetuò. ¶ In tex. ibi officium: dic, id est digni
tatem, vt sunt illi, qui habent describere, & solue-
re pecuniam militibus, qui habent honorem, &
lucrum: licet habeant etiã aliquod onus, & labo-
rem. ¶ In tex. ibi munera ciuilia expone secundũ
4 gloss. id est officia ciuilia: & sic nota, quòd † mu-
nicipes dicuntur illi, qui habent officia, vel digni-
tates ciuiles, id est, quæ ciuibus præstari solent: a-
lio modo dicitur municeps, qui in municipio li-
ber natus est. l. municeps. ff. eo. vel qui in munici-
pio est à domino suo manumissus, id est à seruitu
te liberatus: & isto casu iste dicitur municeps il-
lius municipij, in quo originem, vel domicilium
habet ille patronus, qui manumisit l. assumptio.
§. fi. l. eius, qui in princi. ad municipal. ¶ Item ille,
qui est adoptatus ab aliquo efficitur municeps
municipij patris adoptantis. l. ordine. §. fi. eo. titu.
Sed propriè municeps appellatur muneris parti-
ceps, vt sunt illi, qui ex alijs ciuitatibus in ciuitate
Romana, vel alia recipiuntur, vt munera, id est
onera subeant: nec tamen dignitatem cõsequi po
terant: & ideo, propriè illi, qui stant in municipio
non dicuntur municipes, nisi subeant munera.
¶ Sed largo modo municipes dicũtur cuiuscun-
que ciuitatis ciues, de his omnibus est text. cum
gloss. & ibi Barto. in. l. j. ff. ad municipal. & hoc e-
tiam tenet Festus Pompeius in suis vocabulis. No
ta tamen ex eo, quòd dixi municipes dici cuiusc-
cunque ciuitatis ciues, quòd municipium dicitur
ciuitas: ita not. gloss. in verbo propriè, in dicta. l. j.
probatur in. l. sacra. §. fina. ff. de rerum diui. Item,
quòd ciuitas appellatur oppidum, probatur. ff. in
procemio. ff. §. hoc autem. &. §. illud aũt. ¶ Colo
6 nia autem dicitur villa † à colendo dicta, vt est
tex. & glos. in dicta. l. eius. §. j. ad municip. & l. si in
l. §. colonus. ff. locati. Aduertas tamen, quòd muni
ceps est nomen generis ciuitatis, & incola est no-
men speciei. vt not. gloss. in. l. ciues. C. de incolis. li.
x. & hoc tenet Bart. in dicta. l. j. circa princip. licet
Dy. ibi dixerit contrarium: & quæ sit differentia
inter municipẽ, ciuem, & incolam: & aduenam,
vide per gl. in dicta. l. ciues. C. de incolis. & in. l. ci-
ues. C. de appella.

SVMMAE.

1 *Agere, contrahere, & gerere differunt.*
2 *Contractus propriè, vltrocitroq; obligatio est, & nu-*
mero 3.
4 *Statutum de contractu loquens, non intelligit de dona*
tione, quia non est propriè contractus.
5 *Anima cunctis rebus est anteponenda.*
6 *Aliud est esse talem, aliud haberi pro tali. differunt*
ergo esse, & haberi.

LEX XIX.

LABEO LIBRO PRI
1 mo. ¶ In ista. l. ponitur † diffe
rentia inter agere, contrahe-
re, & gerere: nec potest con-
gruè summari. ¶ Not, quòd ver
bum agere, vel actus est gene
rale, & comprehendit omnem actum factũ ver-
bis, vt per stipulationem, vel re, vt numeratione.
2 ¶ Nota † secundo. in. §. contractum, quòd pro-
priè contractus dicitur obligatio vltrocitroq;: &
ad hoc semper allegatur, de quo dicam cum glos.
& iste text. facit apertè contra Irnerium glossa-
torem, in. l. proxima. infrà, vbi dixit, quòd verbũ
contractus spectat ad ius testandi. ¶ Nam in te-
stamento non contrahitur obligatio, vltroci-
troq;: ergo non est contractus, dic, vt ibi dicam.
¶ Nota tertiò. in fine. quòd gerere, vel gestus fit
per factum, non per verba: vnde res dicitur pro-
priè gesta, quæ est facta: non quæ est dicta, vel scri
pta. facit. l. penultima. suprà, ob falsorum instru-
mentorum. Sed ex larga interpretatione, vel ex-
tensione iurisconsultorum significat etiam o-
mnem contractum, vel quasi: & omnem obliga-
tionem. l. ait prætor. in princip. suprà de mino. &
hîc dicitur in vltima gloss. ¶ In gloss. tertia, ibi:
aliàs strictè accipitur, dic, quòd imò ibi etiam po
test accipi largè, & non strictè. Nam dum ibi di
citur eum actum exponitur, id est rationem eius
actus,

actus,& sic cuiuscunque:& ita voluit gl.ibi. ¶ In
gloss. vltrocitroq;. ibi: sed in illis impropriè:tene
3 † mēti istam gl.secundum Bart.hîc,quæ dicit, ꝙ
ille propriè dicitur contractus, quando vltroci-
troq; nascitur obligatio:impropriè quādo ex vna
parte tantum nascitur obligatio, quod nota pro
statutis,quæ propriè debent intelligi.l.j.§.is, qui
nauem.s̄.de exercito. cum simi. ¶ Vnde statutū
4 loquens de cōtractu † non habet locum in dona-
tione:quia donatio est cōtractus largo modo sum
ptus,& ita intelligatur tex. in.l.si donatiōis. & ibi
hoc vult Bar.C.quod me.cau.&.l.iubemus nulli.
circa prin.ibi sine cōtractu venditionis,siue dona
tionis.C.de sacrosan.eccle.& tex.cum gloss.in.l.si
quis emptionis.in prin.C.de præscrip.xxx.anno.
& gl.in authē.sacramēta puberum,& in corpore
vnde sumitur.C.si aduer.ven.quia illa auth.secū-
5 dum Bar.ibi est † fauorabilis respectu animę,quę
cunctis rebus est anteponenda.l.fi.C.de sacrosan.
eccl.ergo cōprehendit etiam donationē, quæ est
contractus, vt dixi, ex larga interpretatione. &
quòd in.l.omnē.s̄.de iudi.hîc allegata in gl. sum-
matur cōtractus impropriè,probatur in text.ibi,
dum dicit pro cōtractu habendā,aliud est esse ta-
lem,& aliud haberi pro tali.vt not.gl.in.l.mercis.
la.ij.j̄.eo.ibi dicam,facit tex. in.l.codicillis.§.fi. ibi
pro iure legitimo haberi. de lega.ij. & quod not.
Bart.in.l.si maritus.§.lege vel.ff.de adulte. vbi o-
mnino vide. Cætera circa hoc dic, vt dicam.j̄.l.
proxima.¶ In gl.fi.ibi,quædam subtilis differen-
tia.dic,quæ colligitur ex ista.l.Nam gestū est sine
verbis.Factum potest esse cum verbis,vt stipula-
ri est factum,& tamen non est gestum propriè,
quæ differentia tamē videtur esse nulla.vt.l.licet.
infrà eo.dic,vt ibi dicam.

SVMMAE.

1 *Nomen contractus tam innominatos, quàm nominatos significat.*
2 *Hæreditatis aditio,non est contractus.*
3 *Recognitio de tenendo rem ab aliquo est contractus.*
4 *Contractus appellatione,an veniant statuta ciuitatis.*
5 *Contractus in testamento celebratus,an vitiet testamentum.& nume.7.*
6 *Assignationem non esse legatum.*

LEX XX.

VERBA, CONTRAXE
runt.Verbum contrahere, vel ver-
bum gerere, non significat propriè
actum testandi.hoc dicit.secundum
intellectū,quē puto verū:& adde, ꝙ appellatione
1 cōtractus venit † omnis cōtractus,siue nomina-
tus,siue innominatus. Ideo si statutū dicat, ꝙ de
cōtractibus soluatur gabella sub hac generali prę
dicatiōe omnes cōtractus cōtinētur:itē etiā adde
ꝙ quodlibet pactū dādi, vel faciēdi est cōtractus,
vt no.in.l.j in gl.magna.s̄.de act.& obl.& sic facit
ad auth.sacramēta puberū.qualiter intelligatur il
lud verbū super cōtractibus.ita dicit Bal.in.l.iuris
gentiū.in prin.in.ij.col.s̄.de pac.Itē adde ꝙ datio
insolutū dicitur esse contractus,vt est casus in.l.si
prædiū ibi.Nam hmōi cōtractus.C.de euic. & in
l.cū dominā ibi,dominæ cōtractus &c.C.de pig.
Item adde,ꝙ precariū dicitur etiam cōtractus,vt
est tex.in.l.cōtractus.j̄.ti.j.ibi,depositū, & preca-
rium.An appellatione cōtractus veniat testamen
tum,vide Bal.qui allegat ad hoc istā legē in.l.testa
2 mentū.C.de testa.† Sed nūquid appellatione con
tractus veniat hæreditatis aditio.dic,ꝙ nō. vt.l.a-
pud Iulianū.§.fi.s̄.ex quib.cau.maio.ex quo dixit
Bar.ꝙ si dicit statutū,ꝙ mulier non possit cōtra-
here sine cōsensu proximorū cōsanguineorū, ꝙ
poterit adire hæreditatē sine cōsensu ipsorū,quia
adire non est propriè contrahere,sed quasi con-
trahere,& statuta debēt accipi in propria signifi-
catione.Itē adde,ꝙ appellatione cōtractus:potest
3 cōprehendi † cōfessio,seu recognitio,quā quis fa-
cit de tenēdo rem ab aliquo,quod not. pro statu-
tis,quę disponūt,ꝙ de quolibet cōtractu soluatur
gabella,quia videtur includere tales recognitio-
nes:ita dicit per illū text.d.Dominicus in.c.ij.hoc
cōsultissimo.§.j.de reb.eccl.nō alie.Adde, ꝙ ver-
bum agere, & facere, & creare non dicuntur de
Deo,secūdum eam rationē:quia dicūtur de crea
turis, vt not. Magister sentētiarum in.c.ij.ij.libri
4 vbi vide,& hîc adde.Sed an † appellatione cōtra-
ctus cōprehendatur statutū ciuitatis?dubiū facit:
quia ecōtrario appellatione statutorū, quæ fiunt
cū ciuitate,veniūt contractus:quia hi contractus
possunt in iudicio allegari tanquā statuta, secun-
dum Bar.in.l.ciuitas.circa prin.ff.si cer.pet.cogi-
tatu,&vide etiā Bar.in.l.iij.§.actor.ante fi.ff.de re
iud.Sed an appellatione cōtract⁹ veniat cōtractus
cōditionalis?vide quod sing.ponit Bar. in.l.sanci-
mus.C.de cōsul.li.xij.& quod ipse notabiliter po-
suit in.l.j.versus fi.de nūdinis.& in.l.j.C.de peric.
& cōmo.rei vē.& in.l.necessario.§.quod si pēden
te.ff.eo.ti.vide quod dixi in.l.creditores.in fi.iij.q.
s̄.e.& ꝑ Sali.in.l.j.ff.si cer.pet.Itē nūquid statutū,
qđ loquit̄ de cōtractu cōprehēdat fideiussorē?dic,
ꝙ sic.vt no.Bal.in.l.j.ff.si cer.pe.¶ Not.in tex.ibi:
nō ꝑtinet ad ius testādi,casum rotūdum cōtra gl.
5 † in.l.hæredes palā.§.fi.in fi.s̄.de test. quę voluit,
ꝙ si ī testō dico vēdo,vel dono tibi talē rē.s.cētū,
& tu cōsentis,ꝙ tenet venditio, & per consequēs
testamentum.dum dicit,ꝙ in testamēto hoc po-

test fieri:& sic loquitur de testaměto valido. ar.l. ij.in prin.C.quemad.testa.aper.& allegat pro se.l. asignare.s̄.de asig.lib.& idem videtur tenere gl. in.l.ijs consequenter.§.sed & cũ monumentũ,& ibi Flo.s̄.fami.erciſc.Nam si hîc dicitur, ꝙ verba cõtraxerũt,& verba gesserũt non pertinẽt ad ius testādi, si nõ ꝑtinẽt,ergo sunt impertinẽtia,sed si fiat aliq̄d impertinẽs in testō,vitiatur testamẽtũ, vt dicta.l.hæredes palam.§.fi.ibi aliquid pertinẽs ergo. ¶ Nec obstat quod dixit Hirnerius.gl. hîc, ꝙ iste tex.nihil facit:quia debet intelligi,quòd verba contraxerunt, & gesserunt simul iuncta non pertinent ad ius testādi,non autem separata:quia contractus est vltrocitroq; obligatorius, vt.s̄.l. proxima.§.contractum, & ibi dixi. Sed inter testatorem,& legatarios,vel hæredes nõ cadit obligatio vltrocitroq; : quia ante mortem testatoris ex parte nullius oritur obligatio:quia potest semper testator reuocare testamentum vsq; ad mortem.l.iiij.in fi.s̄.de adimen.leg.&.l.si quis.in prin. testamenti.de leg.ij.cum simi.post mortem verò licet bona sint obligata,vel effectu legatarij, reuocabiliter tamẽ.l.si tibi homo.§.cum seruus.de lega.j.vel hæredis, nullo modo ante aditam hæreditatem,vt.l.vnica.§.in nouissimo.C.de cad.toll. tamen legatarius non est obligatus testatori, vel alij , antequàm acceptet , vel hæres antequàm adeat:quia possunt repudiare.vt dicto.§.cum seruus.& in toto tit.de repud.hæred.ff.licet post acceptationem,vel aditionem sit secus, videlicet ꝙ videatur,quasi contrahere.l.apud Iulianum.§.fi. s̄.ex quibus cau.in pos.e. & ita loquitur dictus.§. sed cum monumentum cum sua gl.¶ Nec obst. l.asignare.de asigna.liber.quam glo. allegat:quia
6 dico,quòd illa.l.non probat opi.glos.Nam† asignatio non est propriè legatum , vel fideicõmissum,vt ibi.nec etiã est cõtractus, sed est quædam testificatio,seu declaratio, cuius ex liberis testator velit testator esse,vt est casus in.l.asignare.j̄.eod. quia nisi istã declarationẽ faceret testator, liberti efficerẽtur æqualiter liberorũ, non vnius tantũ. vt insti.de asig.lib.in prin.Nec obst.text. quẽ aliqui allegãt in.l.si auia.C.de iure delib.vbi testator instituendo hæredem de eo,quo ipse fuerat ab alio institutus videtur adire illam hæreditatem, & sic contrahere per.l.apud Iulianum.§.fi.s̄.ex qui. cau.in pos.& idem not.gloss.in.l.cogi.§.sed si miles, in verbo transeant.s̄.ad Treb. quia respõdeo, & fateor,ꝙ adeũdo quis dicitur:quasi cõtrahere, non autẽ propriè cõtrahere. vt.l.ex maleficijs.§. hæres.s̄.de act.& obli.cum si.& ita debet intelligi d.l.apud Iulianũ. §.fi. Nam ibi dicitur, videt impubes cõtrahere:& sic per fictionem,& ita intelligit ibi gl.& bene. Nos autẽ loquimur in proprio cõtractu:qui est vltrocitroq; obligatorius.¶ Nec ob.l.ex sentẽtia.s̄.de testa.tu.quia ibi dicitur, ꝙ videt promisisse:&c. non autẽ dicit,ꝙ ꝓmiserit, & dato,ꝙ promisisset illa promissio facta etiam per stipulationẽ:non dicitur propriè cõtractus:cũ stipulatio non sit vltrocitroq; obligatoria. ¶ Nec ob.tertiũ exẽplũ,quod ponit Bal.& Pau.de Cast. in.d.l.hæredes palam.§.fi.in quo dicunt posse saluari gl.videlicet,si testator dicat instituo te hæredem,& si non valet iure testamẽti valeat iure donationis:quã facio tibi nunc præsenti,& acceptãti,in quo casu dicũt testamentum non vitiari,vel valebit testamẽtum aut donatio:quia dato,ꝙ vitiatur alterũ ipsorũ,& ꝙ dictum eorũ sit verũ,tamen per hoc non saluatur gl.quia glo.præsupponit,ꝙ simul,& eodem tẽporevaleat cõtractus,& testamentũ.vt dixi.s̄.in prin.& tñ hoc est falsum: quia cõtractus vitiaret testamentũ. vt dixi suprà.
7 ¶ Et sic ex prędictis potest elici vna cõclusio† substẽtabilis,videlicet,ꝙ nõ valet testamẽtũ si fiat cõtract⁹ in illo etiã inter testatorẽ,& legatarios,etiã super cõtentis in illo testamẽto,licet cõtractus bene possit valere.¶ In glos.ibi.§.neq;.dic,ꝙ ibi est verbũ agi secũdum gl.hîc,& bene,quod verbũ est generale.vt hac.l.in prin.¶ In.e.gl.ibi.l.testamentum.dic,ꝙ ibi dictio cõtractus nõ refertur ad testamentũ:quia text.ibi, primo præmittit regulã, ꝙ abũdans cautela non nocet.Posteà in spe, dicit econtrario necessaria prætermissa in cõtractu bene vitiant:quasi dicat,sicut prætermissa vitiãt cõtractum,ita testamẽtum.¶ In ea.gl.ibi.C.de sent. pas.l.fi.dic in gl. quæ incipit quid de testamentis. ¶ In ea.gl.in fi.dic istud nõ estverũ.vt dixi.s̄.latè.

SVMMAE.

1 *Simplici bonorũ appellatione obligationes, & actiones, nedum res corporales, continentur, an verò hoc perpetuum sit. vide nu.40.*

2 *Num solus Imperator sit princeps, remißiue.*

3 *Restitutio simplex ad personam, nõ ad bona refertur, in his ergo specialis restitutio est necessaria, distingue tamen, vt hîc.*

5 *Confiscatis bonis, confiscãtur actiones.*

6 *An tacita bonorum obligatiõe veniãt iura, vide hîc.*

7 *Quotam hæreditatis relinquere, & partem differũt, illa enim est cum onere, hæc sine.*

8 *Restitutus ad bona, an censeatur restitutus ad famã, hoc est, an desinat esse infamis per restitutionem distingue.*

9 *Restitutus ad bona non ad ea censetur restitutus, quæ iam per fiscum vendita sunt.*

10 *Beneficio, vel indulgentia principis ad vitam restitutus, an censeatur restitutus ad feudũ, remißiuè.*

LEX XXI.

PRINCEPS. Appellatione
bonorum continentur etiam
obligationes, & actiones. hoc
dicit secundum gloss. & pone
casum, vt in ea. concordat e-
tiam.l.j.C.de vsufructu, quod
1 tamen est verum, † quando verbum bonorum
profertur simpliciter: secus si cum hac dictione
mobilium, vel immobilium: quia tunc secus: de
quo tamen dic, vt latè dixi in.l.mouentium.ĩ.eo.
Ex hoc not. cautelã tu notarius, vt in fine instru-
mentorum apponas clausulam obligationis gene
ralis omnium bonorum simpliciter presentium,
& futurorum, quia comprehendentur iura, & a-
ctiones, vt hîc. Et nõ dicatur bonorũ mobilium,
& immobilium, quia non comprehenderet iura,
& actiones. de quo vide in.l.mouẽtium.ĩ.eodem.
2 ¶ Quis autẽ † dicatur princeps, & an alius, quàm
Imperator appelletur princeps. vide omnino latè
per Bal. in prima constitutione Codicis. in tertia
col. ibi, & not. quòd imperator dicitur princeps.
¶ In glos. ibi, restituebat princeps concedendo ei
bona. Dic hoc ideo dicit glos. quia si solummodo
fuisset damnatus fortè in metallum, vel alio mo-
3 do, & bona eius essent publicatas, † sola indulgen
tia restitutionis non sufficeret: quia illa restitutio
solummodo remittit pœnã, vt.l.si in metallum.
C. de bonis proscrip. requiritur ergo speciale be-
neficium, & indulgentia super restitutione bono-
rum, vt est casus in.l.j.& ibi Bar. in.l.si debitor. &
in.l.si ademptis. C. de sentẽtiam passis. de hoc per
Bal. in.l.rescripta. C. de preci. impe. offe. & no. Bar
to. in.l.si. post medium. C. de sen. pas. vbi omnino
vide. Sed tamen circa hoc aliter dic, vt disputãdo
dixit do. Iac. de Bel. in ti. Hîc finitur lex, incipiunt
consuet. regni. & ibi Bal. in.v.col. in princ. vbi di-
cunt, quòd quædã sunt bona, quæ immediatè ve
niunt in fiscum, vt per authen. bona damnatorũ.
& ad illa intelligitur esse facta restitutio, quædam
sunt bona, quę veniunt mediatè per alium cõtra-
ctum: & tũc secus est. ar. c. ne fiscus rem, quã ven.
l.j.li.x.& in.c.quãuis. de repre. li.vj. ¶ In ea.gl. ibi.l.
subsignatum. §.bona. no. gl. quæ sentit, quòd licet
in vltimis voluntatibus, vel priuilegijs, aut benefi
cijs appellatione bonorum veniant etiam obliga
tiones, & sic non deducatur æs alienum, tamẽ in
cõtractibus intelligiť, deducto ære alieno, vt.l.mu
lier bona. de iur. do. in.d.§.bona. Sed cõtra hoc, ꝙ
etiam in cõtractibus non deducatur ęs alienũ. vi-
detur text. in.l.eũ, qui bona. s̃. de iur. fis. & in.l.j.&
ij.C. de hære. vel act. ven. Circa qđ dic, aut loqui-
mur de appellatione hæreditatis, & tunc illa con
tinet etiam debita, vt.d.l.j.& .ij. quia hæreditas est
successio in vniuersum ius defuncti, vt.l.hæredi-
tas.ĩ.ti.j.& .l.nihil aliud.ĩ.e. aut loquimur de appel
latione bonorũ, vide doc. in.l.si cõstante.§.fi.& in
l.si marito. in prin. & ibi.d. Pau. ff. sol. matr. aut lo-
quimur de appellatione facultatũ. & tũc in dubio
intelligitur nõ deducto ære alieno. vt not. in.l.siue
generalis. ff. de iur. do. aliquãdo tñ intelligitur, de-
ducto ære alieno: & facultates capiũtur ꝓ bonis:
vt not. gl. fi. in.l.si cõstante. in prin. ff. sol. ma. & ibi
vide per Bar. in.ij. opp. & tũc regulariter intelligiť
deducto ære alieno. vt.d.§.bona. ¶ Fallit in fisco
5 vẽdẽte, vt.d.l.eũ, qui bona. ¶ Sed an † si cõfiscanť
bona alicuius, videtur iura, & actiones cõfiscatæ?
dic, ꝙ sic. casus est in.l.si constante.§.fi.& ibi Pau.
de Ca.s̃.sol. matr. ¶ Itẽ an in obligatione bonorũ
6 etiã tacita † veniant iura, & actiones? gl. singu. in.l.
hæredẽ. C. de hære. act. tenet, ꝙ nõ. sed Bar. ibi, &
cõmuniter doc. eam reprobant secũdum Pau. de
Ca. in.d.§.fi. in prin. Sed in expressa clarum est, ꝙ
veniunt etiã iura, & actiones, vt hîc. & .ĩ.e.l. subsi-
gnatũ.§.bona. & in.l.bonorum. & videtur tenere
gl. in.l.meorũ.ĩ.e. & est casus in.l.nomẽ. C. quę res
pig. obl. po. & in.l nominis. C. de hære. vẽ. & tenet
gl. expresse in.d.l.hæredem. & ibi doc. C. de hære.
act. & hoc tenet Iac. de Are. & doct. in.l.si cõstãte.
§.vlti. sol. ma. & in.l.quã Tuberonis.§.in peculio.
ff. de pecul. & in.l.nũquid.§.fi. ad Treb. licet Guil.
aliter dixerit, & malè in.l.iij. ff. de stat. ho. ¶ In ea.
gl. ibi, in vltimis volũtatibus pleniùs. cõtra hoc vi-
detur casus in.l.si quis seruũ.§.fi. cum.l.sequẽti.s̃.
de leg.ij.& in.l.non ampliùs.§.j. de leg.j. Sol. aut lo
quimur, qñ relinquitur quota portio hęreditatis,
7 † & tũc intelligitur cũ onere, & sic latè fit inter-
pretatio: vt.d.l.in testamẽtis.ĩ.tit.j. aut loquimur,
quando relinquitur pars bonorũ, & tunc accipi-
tur strictè: ita intelligatur.d.l.si quis seruum.§.fi.
cum.l.sequenti. & ibi glo. hoc vult, quæ commu-
niter tenetur. Circa hoc vide, quod ibi not. Bart.
& quod not. Cyn. in.l.j.C. communia de legatis.
¶ In ea. glo. ibi, in beneficijs plenissima. not. quòd
beneficium principis est latè interpretandum, de
quo dic, vt habetur in.l.si quando. la.j.C. de bonis
vac. lib.x. per Bar. & doc. & vide glos. in.l.in testa-
mentis.ĩ.tit.j.& in.l.beneficium.s̃.de consti. prin-
ci. ¶ Extra gloss. quæro, an restitutus ad bona vi-
deatur etiam restitutus ad famam? Si nos loqui-
8 mur † in principe, qui potest indistinctè ad famã
restituere: tunc distingue, aut princeps vtitur
isto verbo restituimus, & tunc etiam recuperat
famam, aut vtitur verbo indulgemus, & tũc non
recuperat. ita dixit glo. not. in.l.prima.§.penulti-
mo. in verbo exiui. suprà de postul. & idem not.
gloss. infrà.l.proxima. & institu. quibus modis

ius pat.pote.sol.§.cum autem.in fi. in verbo pristinum statum.& idem sentit gloss.in.l.j.§.fina.si quis vltro in verbo damnaretur.s.de quaestionibus.vide etiam de ista quaestio.do.Ange.de Aret. insti.quibus mo.ius pat.pote.sol.§.cum autem.In dubio autem verba debent intelligi,quòd potius sonent in restitutionem, quàm in indulgentiam. per tex.cum gloss.in dicto.§.fina.si quis vltro. & ideo si banniti rebanniātur, istud rebannire habebit vim restitutionis.ita not.dixit Barto.in dicto §.si quis vltro. & in.l.fina. in vltima colum.C.de sententiam pass. Adde Imolam in.l.si marito. in princi.ff.solu.matri. ¶ Si verò loquimur in inferiore à principe, vt in ciuitate, vel statuto ciuitatis,vel in aliquo domino,vel Barone,& tūc est dubium,an ad famam possit restituere:etiā si velit in suis ciuitatibus,& Barto.in dicta.l.j.§.penulti.& in.l.acta.§.j.s.de re iudi. tenet indistinctè, ꝙ non possit,sed solus princeps, vel Senatus, vt dicto.§.penult.contrarium tenuit in.l.infamem.ad finem.supra de publ.iudi.dic,vt ibi per Angelum Rapha. & Imolam,& per eosdem in dicta.l.acta. §.j.& latè per Angelum de Aretio in.l.j.in prin. ff.à quibus appel.non licet. qui scripsit post me. per medium annum,scilicet in mense Iunij tempore, quo erat captus Franciscus Picininus ab Hannibale de Bentiuoglio, & à Bononiensibus: & comes Lodouicus del Verine de Verona pugnabat contra Bononienses. Bald. autem in titu. de pace iur.fir.§.iniuria.in princi. concordat isto modo, aut est magistratus populi, qui habet authoritatem à populo ex consuetudine,vel ex priuilegio:& tunc restituere potest,aut habet à principe illos magistratus confirmāte:& tunc non potest:quia etiam populus:tunc non potest restituere in integrum:cum ab ipso populo nō videatur emanare cōdemnatio:sed ab ipso principe per interpositam personam magistratuū. ¶ Sed idem Barto.in.l.fina.ad finem.C.de sententiam pas.aliter concordat opiniones distinguendo, aut infamia erat irrogata de iure communi, & isto casu, sit vera prima opinio per dictum.§.penultimū. ¶ Aut infamia erat irrogata ex forma statuti,vel ex processu habito secundum formam statuti, & tunc sit vera opinio secunda,vt possit restituere. Quam enim potestatem habet princeps in his, quae sunt de iure communi, eandem habet populus,vel Baro in his,quae sunt ex forma statuti, vt l.omnes populi. suprà de iusti.& iure. facit.l.nihil tam naturale.infrà titu.j.& istud credo veriùs:vide de hoc,etiam Bald.in l.cum mulier.suprà solu to matrimo.& eundem Bald. in.l.generalis.C.de sententiam pass. vbi dicit, quòd licet ciuitas, vel vnus dominus non possit de iure restituere ad famam,tamen quando restituit,est tantae potentię illa restitutio,quòd per suos subditos non poterit opponi contra restitutionem,nec dicta dispensatio,vel restitutio poterit in dubiū refricari: quod not. facit text.cum glo.notabili.in.l.qui habebat. §.j.suprà de manumis.testamē.& quod not.Barto.in.l.relegatorum.§.est quoddam ius. suprà de interdict.& releg.& de hoc vide gloss.in clemen. j.in verbo obtenta de testamentis.vide do. Ange. de Albe.instit.quibus mod.ius pat.pot.sol.§.cum autem.gl.in verbo statum,plenè ponit. ¶ Secūdo

9 quaero,an † restitutus per principem recuperet bona alienata putà:quia bona erant confiscata, & fiscus alij vendiderat? dic,quòd non. Sed solum illa recuperat,quae deueniunt in alium immediatè per ipsam confiscationem,secundum text.in authen.bona damnatorū.ita dicit singulariter Bal. in titu.hîc finitur lex.in princi.versicu. est autem

10 sciendum. ¶ Tertiò quaero,quidam † ducebatur ad mortem, Rex, vel Baro ei pepercit, an recuperet feudum,quod tenebat fortè à Rege, vel ab alio? dic,vt not.Bald.notabiliter in dicto titu. hîc finitur lex,in princip.in vltima quaestione.Caetera circa istam materiam,de verbo bonorum, vide quod dicam in.l.subsignatum.§.bona.j. eo. & vide omnino,quod dicam.in.l.bonorum.j. eo.

Barptholomaeus Caepola.

SVMMAE.

1 *Restitutio & exhibitio differunt, illa enim plura, haec pauciora continet. hac non dimittitur possessio, neque detentatio rei exhibitae, illa dimittitur.*

LEX XXII.

PLVS EST IN RE. Qui restituere tenetur, debet petitorem facere possessorē, & ei omnes fructus reddere, & ad multa alia, qui verò tenetur exhibere, sufficit, quòd

1 praesentiam rei faciat. hoc dicit. ¶ Nota † quòd plus venit in restitutione,quàm in exhibitione. ¶ Secundò not.quid sit exhibere hîc, & habetur clariùs in legibus hîc allegatis in prima gl. ¶ Tertiò not. in fine. quòd verbum restituere plura in se continet:habet enim plenam significationem, vt.l.videamus.§.in Fauiana.suprà de vsur. ¶ In gloss.fina.ibi,aliud in verbo indulgentiae,dic haec vera,& idem tenet gloss.in.l.j.§.de qua re.in verbo eximi.suprà de postul. & idem tenet gloss. institu.quibus mo.ius patrię pote.in.§.cum autem. in fi.

in fi. in verbo pristinum statum: & dixi. s. l. proxima. vbi omnino vide.

SVMMAE.

1 *Causa actiuè, & passiuè sumitur, vnde duplex est, causans, & causata, illa deus est: hæc homo, seu res creata.*

2 *Res in dubio pro proprietate capitur, & an rerum appellatione veniant nomina debitorũ, & serui, vel vassalli. vide nu. 6.*

3 *Libellus, estò quòd sit generalis, deque generalitate opponatur, præscriptionem tamen interrumpit.*

4 *Libellus generalis si non opponatur per reum, etiam nonnunquam oppositus, valet.*

5 *Reo de generalitate, obscuritate, vel incertitudine libelli opponenti debet per actorem replicari oppositionem quoque generalẽ esse, obscuram, & incertam.*

LEX XXIII.

REI APPELLATIONE. Non potest summari. ¶ In text. ibi, & causæ dic, scilicet causatæ, vt sunt fructus rei, qui sunt causati ex ipsa re. Nam duplex est cau-
1 sa, † causa causans, & ista vulgariter dicit Deus. Causa causata dicitur ipse homo. Ita hîc à simili
2 accipitur. Et adde, quòd † appellatione rei in dubio venit proprietas, non possessio. vnde si conduco à te talem rem, intelligitur respectu proprietatis, nõ possessionis, vt probatur in. l. si duo. in fine. ff. vti possideo. & probatur in. l. si rem aliquam. in fine. ibi specialiter. ff. de acquiren. possessio. & ibi hoc not. Bartol. in versicu. vlterius ego quæro, quid in dubio. &c. in tex. ibi & iura. hoc verbum operatur circa incorporalia. vide Ioan. Calder. in consilio suo vndecimo. in fine. & hîc adde. ¶ In gloss. fina. ibi de omnibus rebus ad me pertinentibus. not. gloss. quòd potest proponi libellus generalis etiam in rei vendicatione. Ad idem facit text. in. l. de pupillo. §. qui nunciat. & ibi Barto. in fine. suprà de noui operis nunciatio. & facit text. & quod ibi Barto. in fine not. in. l. Titia. §. j. Lucius. ff. de legatis. ij. Sed est contra. l. si rem, suprà de rei vendi. ¶ Potest dici, quòd fuit admissus ex stultitia rei, qui non opposuit, vt fuit in. l. fina. C. de annali except. & ibi habetur, in prima glos. magna. in fine. secundum Bartolum hîc. Sed certè ibi valebat libellus: nec potuisset oppo-
ni per reum. valebat dico, quoad interrumpen-
3 dam præscriptionem: † quia licet fuisset oppositum ibi de generalitate libelli, nihilominus interruptio fuisset facta. ita loquitur dicta. l. fina. & hoc ibi vult Iaco. Butriga. & Barto. Sed nos quærimus, an valeat libellus generalis, quoad iudiciũ vel petitionem rei vẽdicationis. ¶ Vel dic, quòd hîc loquitur de libello supplicatorio, non conuentionali, secundum Bartolum, hîc. facit text. cum prima gloss. in. l. libertus aduersus. suprà de in ius vocan. ¶ Tu autem potes dicere, quòd hîc loquatur secundum sua tempora, quando libellus non dabatur, sed iudex ius suum dabat, qualitercunque esset petitum. vt dicit in simili. gloss. notabilis. in. l. vinum. in gloss. magna. in fine. suprà si certum petatur. facit. l. j. §. primo. C. de rei vxor. actione. ¶ Vel dicas, & istud credo verius, quòd hîc debet exemplificari in iudicijs executiuis, & summarijs, in quibus non requiritur libellus iuxta clemen. sæpe. de verborum significatio. secundum Baldum, & Angel. in dicta. l. vinum. & in istis potest saluari exemplum. gl. nostræ ad istum text. ¶ Adde tamen, quòd Specul. tenet indistinctè, quòd libellus † generalis valeat, si non opponatur in titu. de officio iudic. §. deseruit. versicu. 4
quid si libellus. pro quo est casus secundum cano. in clemen. constitutionem. in fine. de election. & hoc ibi tenet gloss. prima. & in cap. cum dilectus. in princip. extra de ordine cognitio. vbi per Innocen. & idem tenet Barto. in. l. j. in princip. vltimæ colum. princip. versicu. quærit gloss. quid si libellus proponatur generaliter. ff. de edend. per illam gloss. ibi, & per text. in dicta. l. fina. C. de annali except. & per casum expressum in cap. abbate sanè. de re iudica. in sexto. ¶ Fallit tamen in casu, in quo procedit libellus generalis, etiam si opponatur à parte, in odium spoliantis, vel metum inferentis, per not. in. l. si quando. C. vnde vi. & in cap. super eo. quod metus causa, secundum Angelum, in. l. si in rem. ff. de rei vend. & potest esse ratio: quia isto casu stat iuramento spoliati, vel metum passi de quantitate rerum, & earum æstimatione: licet nullam exprimat, vt dictis iuribus. ergo eodem modo videtur dicendum ipsius generalem libellum procedere: & ita dicit, & tenet Bartol. in. l. j. versiculo tertio. dicit glos. ff. de edendo, & vide omnino, quæ scripsi in dicta. l. final. C. de annal. exceptio. ¶ Adde quando libellus est generalis, vel obscurus debet opponi de hoc, vt hîc dicitur: sed pone, quòd reus dicit, quòd libellus est generalis, incertus, &c. dic, quòd actor debet replicare, quòd etiã in hoc exceptio rei est generalis, & sic non debet admitti secundum no

m

tata. in.l.secunda.ff. de except. & potest dicere in replicatione. declares mihi in qua parte libellus meus sit generalis, & obscurus, & ita vidi de facto obseruari. ¶ An appellatione rei contineatur actio? dic, quòd sic, vt not. gloss. in.l.prima. suprà de statu homi.& hîc not. ¶ Item an appellatione rei in sententia contineatur tota, videtur quòd non, per glos. in.l.Pomponius.§.sed si is.ff. de procura.in contrarium est gloss.in.l.si in rem. in principio.ff.de rei vendi. & illa verior, secundum Bartolum, & docto. in dicta.l.§.sed si is. & in.l.de pupillo.§.qui nuntiat. in fine.ff. de noui operis nuntiatio ¶ Item an vendens rem videatur vendere totum, vide, quod signaui in Bald. in.l.mater.in fi.C.de rei vẽd. ¶ In ea.gl.ibi de excep.l.fundum.cõtra istum tex.secũdum Bart hîc videtur tex.in.l.via.§.si fundus.&.§.quęcunq;.s̃. de seruit.rusti.prædio.Solu.secundum Barto.hîc ibi loquitur, quando petitur fundus dari, & sic actione personali.hîc, & in.l.fundum. loquitur, quando agitur rei vendicatione. ¶ Quærit hîc Bartol.an procedat talis libellus, peto à te omnes res, quas possides in tali villa.& remittit se ad not. in.l.Titia.cum testamẽto.§.primo.de legatis secundo. & in.l.vxorem.§.legauerat. de legatis.iij. et not.extra de restitutione spoliato.cap.cum ad sedem.vide domi.Ioan.de Madijs.in suo libro iudiciorum, in titu. de libelli oblatione in versicul. quæro vlterius, pone, quòd concipio. ¶ An autem

6 tem † appellatione rerum veniant nomina debitorum? vide Flor.in.l.j.suprà de statu homi. & in l.j.C.de vsufruct.& per Dyn.& Barto.in.l.nominis & rei. suprà eodem. dic, vt ibi. vide omnino quod ego scripsi.¶ Item an veniant vassalli, vide etiam Flor.in dicta.l.j.de statu homi. ¶ Item adde, quòd appellatione rei venit etiam factum, vt est gloss.notabilis instit. de obligatio. in princip. super verbo rei, & est gloss.in.l.j.in fine. in verbo generale.suprà si certum petatur.¶ Adde, quòd appellatione rei meæ veniunt serui, & vassalli mei, & ideo si statutum dicit, quòd res alicuius debeant publicari: intelligitur etiam de seruis, & vassallis suis.ita dicit Bald.per illum textum, in.l. cum ita legatur.la.j.aliâs.l.quę omnia.§.cum ita. el.j.ff.de legatis.ij.

SVMMAE.

1 *Hæreditas, & successio in vniuersum ius defuncti sunt idem, vnde hæres, & vniuersalis successor conuertuntur.*

2 *Vniuersum, & totum, differunt, de hoc tamen remittit.*

LEX XXIIII.

NIHIL ALIVD. Vt omnia contraria, quæ ponuntur in glos.tollas dic sic.

1 † nihil aliud est hæreditas de iure ciuili directa, quàm successio in vniuersum ius, &c. ¶ In gloss.ibi, ergo. omnis successor in vniuersum, est hæres, supple ad gloss.quia omnis diffinitio debet conuerti cum suo diffinito: vt.l.si quis seruo. versicu.& quemadmodum.C.de fur.& not.gloss. in l.fina.j̃.eo.¶ In ea.glo.ibi institutus sit hæres: dic, qui est alius à fideicommissario. ¶ In ea. gloss. ad finem.ibi respondeo aliud in vniuersum.not.glo.

2 quæ facit differentiã † inter vniuersum, & totũ, & hanc gloss.sequitur Bal.in.c.j.post medium.secundæ col.in titu.de succes.feudi.de materia huius legis vide, quod dicam.j̃.eo.l.pecuniæ.§.hæreditas.& vide omnino Barto.in rubri.s̃.de acquiren.hæredi. qui declarat optimè istam.l.& ibi etiam vide doctores.

SVMMAE.

1 *Vsusfructus nunc pro parte seruitutis, nunc pro parte dominij, nunc alio sumitur modo. & nu.4.*

2 *Rem pro parte meam esse quid sit, qua in re Quintus Mutius, & Seruius differunt.*

3 *Seruitutis non datur seruitus.*

5 *Posita specie, ponitur genus secundum quid: non simpliciter.*

6 *Fundum pro diuiso, & pro indiuiso possidere differunt. vnde diuersus est acquirendi modus.*

LEX XXV.

RECTE DICIMVS. Diuiditur ista.l.in tres partes: in prima ponitur, quando dicatur res mea in totum. ¶ In secunda, quãdo verissimè res dicatur mea: in tertia, quando dicatur res pro parte mea: secunda ibi, nec falsò. tertia ibi, Quintus Mutius. Nõ summatur.¶ No

1 ta, † quòd vsusfructus non est pars dominij, sed est pars seruitutis alibi, ꝙ vicẽ seruitutis obtinet, vt inst.de leg.§.si cui.alibi, ꝙ est seruitus in.l.Meuius.§.fundo.de le.ij.alibi, ꝙ est pars dñij. vt.l.iiij. s̃.de vsufr.quæ de directo est contra istã.l.sed dic,

2 vt dicã in gl.¶ Nota † ibi, pro indiuiso, ꝙ Quintus Mutius volebat, quòd tũc res tantùm dicitur mea pro parte, quando est mea pro parte pro indiuiso: non autem quãdo pro diuiso, & mouebatur hac

tur hac ratione:quia qñ res est mea pro parte pro diuiso,illa res dicitur potius tota mea,nõ pars, ex quo cũ aliquo nõ habeo cõmunionem: sed certe Quintus Mutius reprehẽditur.ĩ.statim à Seruio, & bene. ¶ Nec ob.ratio de qua.s.quia illa esset vera, qñ illa res,vt fundus, pro parte mea dimidia, vellem, ꝙ illa pars mea esset vnus fundus, quod possum per.l.quod in rerũ.§.si quis post.de leg.j. cũ si.ni.quia tũc illud diceretur totusmeus,sed dictum Seruij debet intelligi secũdum gl.hîc, & bene:qñ pars mea fundi pro diuiso, & pars tua pro diuiso habebaẽ à nobis pro vno tantùm fundo. ¶ No.tex.ibi,seruitus,subaudi corrigẽdo secũdũ gl.& bene. ¶ In glo.in verbo seruitutis,ibi,hîc de vsufructu seruitutis.dic ista sol.est falsa:quia cum vsusfructus sit seruitus personalis,vt no.per glos. magistrã in.l.j.s.de seruitu.ti.generali,sequereẽ,ꝙ

3 esset seruitus seruitutis: † quod esse nõ potest,vt l.j.in prin.s.de serui.legata. ¶ In ea.gl. ibi,de causa vtẽdi,& fruẽdi.dic,id est de ꝓprio vsufructu formali,qui est ius vtẽdi,

4 † & fruẽdi,&c.vt instit.de vsufructu.in prin. ¶ In ea.gl.ibi,vel hîc de causali. ibi de formali.dic,ꝙ hæc solutio est pessima,&cõtra istũ text.Nã vsusfructus causalis diciẽ ille, qui est cõiũctus cũ proprietate:& sic cum causa sua. formalis verò vsusfructus diciẽ ille,qui habet formã separatã de per se,ab ipsa proprietate,quo casu semper reperitur ꝓprietas apud vnũ, & vsusfructus,qui dicitur formalis,reperitur apud aliũ. cũ ergo hîc,in prin.l.dicaẽ,ꝙ fundus erat meus, licet vsusfructus sit alienus, ergo loquiẽ hîc de necessitate de vsufructu formali,& nõ de causali.secundũ ꝙ voluit gl.hîc,& malè. ¶ In ea.gl.ibi, Placẽtinus verò sic,ꝙ &c.ista solutio secũdũ Bar.hîc est vera,& ab omnibus teneẽ. ¶ In ea.gl.ibi,prædicatiua,vel subiectiua: hoc declara, vt habeẽ per Flo.in.l.iiij.s.de vsufruc. ¶ In ea.glo.ibi, vt posita

5 specie ponaẽ genus.Ista gl. † vult,ꝙ posita specie, vt homo,non ponatur genus,vt animal:intellige gl.nõ ponitur genus.s.totũ:vt quia non sequiẽ homo est,ergo omne animal est, aliâs si intelligeres simpliciter gl.ꝙ posita specie,non ponatur genus quoad illã speciẽ esset falsa,vt homo est,ergo animal nõ est.s.ipse homo:quia imò est animal. ¶ In gl.in verbo rem pro indiuiso.§.portionis.vide omnino quod ibi dicã. ¶ In gl.seq.in verbo totum esse. ibi.l.locus.§.prædia so.subaudi ibi tantùm. ¶ In gl.vtrũq;.in fi.vtilitas istius intellectus,ꝙ habeatur pro vno fundo,nõ pro duob⁹ est: quia ad

6 † acquirendã possessionẽ eius sufficit intrare vnã partẽ eius:secus si essent duo:quia in duab⁹ deberet intrare,arg.l.iij.in prin.s.de acqui.pos.aliavtilitas potest esse:quia si emphyteuta haberet potestatẽ cõmunicandi rem emphyteuticã cum alio, posset eo modo,quo dicitur hîc per Quintũ Mutium.vide cõsiliũ, quod feci ꝙ.d.Franc. Barono de Venetijs, siue.d.Episcopo Pergamensi fratre suo, in M CCCC LXIIII. de mensẽ Aprilis. extra gl.Flo.in.d.l iiij.de vsufructu intelligit alio modo istũ tex.videlicet,ꝙ vsusfructus nõ est pars dominij,scilicet ipsius rei corporalis,sed iste intellectus non est bonus: quia si dicit text. ꝙ non est pars dominij,ergo non loquitur de ipso corpore vsusfructus rerum,sed de ipso dominio, quod est quid incorporale.

SVMMAE.

1 *Furtiuæ matris infans, non est furtiuus. vnde conjiat non esse partem matris.*

2 *Natus pro non nato nonnunquam habetur.*

3 *Glossam emend t,vt pro iure aurem legẽdum velit.*

4 *Interdictum duplex ponit, alterum liberorum hominum,alterum eorum,qui sunt iuris alterius.*

LEX XXVI.

PARTVM NON ESSE. Partus qui cõceptus, & natus est apud bonę fidei possessorem matris, † furtiua ipsius pars non est.h.d.& & isto modo tollũtur omnia cõtraria,quæ haben

1 tur in gl. ¶ No.ergo,ꝙ † partus natus nõ dicitur esse pars matris amplius,vt hîc.&.l.si prægnãs.& l.vaccę.s.de euic.Secus si nõdum esset natus,quia tũc dicitur esse pars,vel portio viscerũ matris:ita loquitur.l.j.§.ex hoc rescripto hîc allegata in gl.

2 ¶ Adde tamẽ casum,& no.in quo † partus natus habetur pro nõ nato,quoad vecturã nauis. Nã si mulier promisit,nautæ aliquid, vt ipsam per nauim veheret ad aliquẽ locũ,& posteà in naui pariat,nõ tenebitur pro filio infante soluere pẽsionem,seuvecturã,sed solũ pro se.vt est casus notabilis in.l.sed addes.§.si quis mulierẽ.s.locati.& ratio ibi ponitur in tex.cui adde declarãdo, ꝙ ratio est:quia infans cõmuniter stat in sinu. vel in brachijs matris,& sic nõ occupat aliquem locum nauis,nec etiã est magni põderis. ¶ In gl.ibi, si cõcepit,& peperit.dic hoc placet. ¶ In ea.glos.ibi, iure mulieris nõ datur interdictũ : credo ꝙ gl.sit corrupta,&

3 ꝙ velit dicere pro † aure mulieris:non pro iure.& ita dicit gl.quæ opponit de isto tex.in d.l.j.§.ex hoc rescripto.& sic vult dicere gl. ꝙ sicut pro aure,vel manu,vel prole mulieris nõ cõpetit interdictũ de libero homine exhibẽ. ita nec pro partu eius,dum est in vẽtre:quia est pars matris,sicut manus,vel pes. ¶ Ad intelligentiã tamẽ

4 istius gl.not.ꝙ duplex † est interdictũ,vnũ de libero homine exhibẽdo,& istud cõpetit pro quocũq; libero homine,qui detineaẽ inuitus, vel vo-

lens circunuētus tñ calliditate detinētis. vt.l.j.& l.quod & lex.§.hæc verba.&.§.si quis volētem. & hoc interdictum omnibus cōpetit.d.l.quod & lex.§.hoc interdictum.& ibi bona gl.& de isto loquitur ista gl. ¶ Aliud est interdictum de liberis exhibēdis,vel reducēdis,quod cōpetit illi,cuius filius, vel seruus, vel alius, qui sit in eius potestate ab aliquo dolo malo detineatur, vt.l.j.in princ.s̄. de libe.exhi.& de isto licet non loquatur ista gl.tamen gl.in.d.§.ex hoc rescripto, quæ loquit̄ sicut ista, loquit̄ de isto interdicto, & sic dicit, ꝙ istud nō habet locū pro aure,vel manu mulieris, & bene dicit. ¶ Adde tñ, ꝙ licet non cōpetat hoc interdictū pro parte mulieris, putà pro manu, vel aure:tñ pro ipsa muliere, quæ detinetur à patre, vel ab alio,cōpetit marito interdictum de libera vxore exhibēda,vel deducēda.de quo tamē non habemus ad instar eius, quod habemus.s.istius.vt est tex.cum gl.in.l.imò magis.s̄.de libe.exhi.& in l.fi.eo.¶ Sed pro cōcubina exhibēda,vel deducēda,non datur interdictum propter peccatū fornicationis,vt not.Inno.in.c.ex parte. extra de resti.spo.de quo tamē vide Bar.in tractatu Tiberiadis,in vltima parte de Alueo.

SVMMA.

1 *Bis idem non semper dicendum.*

LEX XXVII.

AGER EST LOCVS. Principium istius legis declarabo.j̄.e.in.l. quæstio.&.l.fundi.dic, vt ibi dicam. melius enim ibi conueniet, quàm hîc,& nolo bis idē dicere,quare venio ad.§.stipēdium,in quo etiam pauca dicemus,quia eius materia breuis est.

SVMMAE.

1 *Stipendiū vnde dicatur,& quare milites stipendiarij dicantur.*

2 *Hic locus caret sensu,puto quòd voluerit dicere,idē scilicet stipendium vocatur tributum.*

STIPENDIVM. Nota ergo, ꝙ stipēdiū dicitur à stipe.i. modico ære.vnde ex hoc etiā dicti sunt stipēdiarij.i.milites.facit lex qui stipēdia. C.de ꝑcu.¶ Ex hoc etiā dicti sunt stipatores,qui
1 †corporis sunt custodes,à stipe,quā recipiūt nomine mercedis.vnde dicitur.

Stipati ferro circundant corpora regum.

In text.ibi tributū, quid dicatur tributū, & quid differat à vectigali.vide ꝑ glo.in.l.j.§.hic titulus. s̄.de publ.& per gl.in.l.ij.§.si quid publici.de hære.vel act.vēdi.& de istis vocabulis,vide per Bar. in.l.j.s̄.de public.& Flo.in.l.vij.§.quoniā igitur.s̄.
2 de vsufr.¶ In gl.† idē ibi.xxvj.denarios. ¶ In gl. à cōtributione.ibi.s̄.de tribut.de hoc dic,vt dicemus citò in actione tributoria. Barpth. Cæpo.

SVMMAE.

1 *Vsucapio est alienatio,ergo prohibitū alienari,prohibetur vsucapi.vide nu.5.*

2 *Seruitute non vtens,amittit illam. inde est, quòd non facere est facere.& alienatio quid.nu.3.*

4 *Non acquirere,alienare non est.*

6 *Prohibitio duplex,aut enim prohibetur res alienari,aut prohibetur persona rem alienare.*

7 *Prohibitus alienare, prohibetur pignorare, ergo pignoratio est alienatio.*

8 *Prohibitus alienare,an possit diuidere, vel locare. remissiuè.& nu.15.*

9 *Locatio ad annos.xxx.alienatio est.vnde alienatione prohibita,prohibetur talis locatio.*

10 *Manumissio alienatio est, ergo prohibitus alienare, prohibetur manumittere.*

11 *Prohibitus alienare non potest conditionalem cōtractum celebrare,nec alienanti consentire,nec donare,nec pro suis ipsius sumptibus distrahere.*

12 *Prohibitus alienare an possit transigere,vel hæredem instituere.remissiuè.& nu.16.*

13 *Inuestire est alienare,vnde prohibitus alienare prohibetur inuestire.*

14 *Res(estò quòd prohibita)alienari potest ex causa debiti.vnde volentes alienare res prohibitas,habēt simulatos creditores.*

17 *Qui non potest alienare,nec se potest obligare.*

18 *Dictio vix,quomodo sumatur.*

LEX XXVIII.

ALIENATIONIS. Qui permittit,ꝙ aliqua res perdatur,dicitur alienare, nō autē ille,qui nō vult acquirere.h.d.vsque ad.§.oratio. vide Io.de Plat.in.l.curiales.C.de prædijs curialiū.li.x. & Lodo.de Roma.in cccxix.sing.in secūdo ordine meo.vide plenè per And.Barb.in repe.rub. de
1 reb.eccl.nō alie.¶ Not.† hîc,in prin. ꝙ vsucapio dicitur esse alienatio legalis.vt dicit glo.per istum tex.in.l.vsucapio, circa prin.gl.mag.C.de pig.vbi etiā notabiliter dicit,ꝙ hæc vsucapio nō tollit ius pignoris,per dictā.l.vsucapio.quod no.¶ No.hîc ꝙ res,quæ prohibet̄ alienari,ꝓhibetur etiā vsucapi,vt.l.vbi lex.& ibi no.per gl. & doc.s̄.de vsuca-
2 pio.de quo latiùs.j̄.dicā cum.j.gl.¶ Not.† ꝙ ille, qui non vtēdo seruitute,eā perdit,dicitur alienare:& sic no.ꝙ non factū.s.negligere,appellatur fa-
3 ctum.s.alienatio. ¶ Itē no.† ꝙ alienatio est extra patrimoniū positio.ita dicit Cy.per istū tex.in authē.sicut alienatio.C.de sacrosan.eccl.& vide circa hoc omnino,quod dicam in.l.alienatum.j̄.eo.

Nota

4 ¶ Not.iij.† ꝙ ille, qui perdit nõ acquirẽdo, nõ di
5 cit alienare. ¶ In gl.j ibi.l.si fundũ. Not.gl.ꝙ † res prohibita alienari prohibetur etiã vsucapi. Contrariũ tenet gl.pe.in.l.fi.C.in qui.cau.in inte.resti. nõ est necessaria.per.d.l.si fundũ.sed gl.ista est verior. Nã imò fundus dotalis ꝓhibetur præscribi, sicut & alienari. facit.l.j.C.de fundo do. Nec ob. d.l.si fundũ:quia ibi vsucapio erat incœpta in fundo ante,quàm esset effect⁹ dotalis,quo casu præscriptio bene põt perfici,& cõpleri : qñ est modo dotalis,secus si tẽpore,quo est fundus dotalis, nõ erat incœpta prescriptio.ita intelligat̃ hec gl.&.d. l.j.C.de fundo do.cũ si.An autẽ, & qñ res ꝓhibita alienari videat̃ prohibita vsucapi. dic secũdum Cy.& Bar.in.d.l.fi.C.in qui.cau.in integ.resti. nõ
6 est neces.qñq; prohibitio † est in rẽ, qñq; in personam, vbi est ꝓhibitio in rem, habet locũ regula huius.l.ꝙ tũc videat̃ prohibita vsucapio, vel prescriptio,& hoc vult gl.ista.in fi.dum dicit:quia vitium litigiosi nõ afficit rem &c.quasi dicat,si afficeret rem vitiũ litigiosi,res litigiosa sicut nõ põt alienari,ita nec vsucapi,vel præscribi. Aut ꝓhibitio est in personã,vt quia persona ꝓhibet̃ alienare tũc aut alienat ꝑsona ꝓhibita,vt est pupillus, vel adult⁹,vel tutor,vel curator:&hoc casu nõ valet, si nõ fiat solẽniter: qa tales alienãdo sine decreto: nõ dãt titulũ,& sine titulo nõ ꝓcedit prescriptio lõga,& tũc procedit,ꝙ res minoris nõ põt alienari,nec vsucapi:nõ quia res nõ sint alienabiles, sed ex defectu tituli,vt dixi:aut alienat alius:& tũc bene potest alienari,& vsucapi,siue sit res pupilli.vt l.ij.§.si pupillo.s̃.pro emptor. siue sit res adulti, vt.ff.de reb.eor.l.j.ita dixit Cy.in.d.l.fi.in.vj.&vl
7 ti.oppositione. ¶ An autẽ † prohibitus alienare possit pignorare?dic,ꝙ non.vt l.fi.C.de reb. alie. nõ alienã.vbi vide Sali.in.l.ij.C.de his qui ve.æta. impetra. & quid veniat appellatione alienatiõis, vide omnino Guil.de Cun.in.l.ij.si contra defuncti.C.de vsuca.ꝓ emptor. Nec ob. quod dicit gl. fi.in.l.j.C.cõmuni diui.quia respõde.vt not.Paul. de Ca.de quo vide Bar.in.l.qui habebat.de leg.iij.
8 ¶ Itẽ an † sit prohibitus diuidere,vel permutare, dic,vt per Bal.in.l.fi.C.de reb.alie.non alienã. vbi dicit,ꝙ si diuisio fit gratia cõmodioris vsus, ꝙ fieri põt:aliâs secus,& vide Pau.de Ca.in.l.j.in prin. C.cõmunia vtriusq; iud.& per Bal.in.l.cum hi.§. si cui.ff.de trãslatio.vide Sali.in.l.ij.C,de his quę. æta.impet.Itẽ an prohibitus alienare videat̃ prohibitus obligare in genere?dic,ꝙ nõ:vt no.Bar.in l.codicillis.§.instituto.in versi.quæro. quid si iste filius obligauit vniuersaliter.s̃.de le.ij & vide eũdem Bar.in.l.rem legatũ.s̃.de adi.leg. & vide tex. & ibi Aegydiũ.& Host.&.d.Ant.de But.& doc. in.c.nulli.extra de reb.eccl.nõ alie. ¶ Itẽ an prohibitus alienare poterit locare?dic, ꝙ nõ,nisi fiat ad modicum tẽpus:secus si ad longum tẽpus, & longum tẽpus dicitur cõmuniter decẽnium,vt not. gl.no.in cle.j.de rebus eccl.nõ alie.& no. in.l.j.s̃.si ager vect.vel emphyt.pe.& in.l.j.§.quod ait.s̃.de superficie.& no.in.c.nulli.extra de reb.eccle.non alie.& vide gl.singularẽ in.l.codicillis.§.si instituto.s̃.de leg.ij.quæ dicit,ꝙ si quis locet in centum, vel mille annos,nõ dicitur alienare. sed illã gl.ibi. Dy.& cõmuniter doc.reprobãt,de quo vide per Bar.in.l.manumissiones.s̃.de iusti. & iur.sed Bal. in.d.§.instituto,saluat gl.in duob⁹ casibus. primo si locatur hoc adiecto,ꝙ nullum transferatur dominium: secũdo,si in locatione dicatur.Ego loco tibi istã rem vsq; ad cẽtum, vel mille annos. vide Bal.Ang.Pau.& doc.in.l.si filiofami.§.fi.ff.so matri.cum hoc,vt quot sunt anni, tot sint locatiões. Et vide omnino,quod dicã circa hoc,in.l.alienatũ.in prin.j̃.e.& vide omnino Bal.in.c.j.in princ. in tit.qui feudũ dare pos.in.v.col.ad fi. & vide omnino Bal.in.c.j.qui limitat hoc modo.§.aut scilicet libellario.in fi.in ti.quib.mo.feu.ami.Imò di
9 co plus,ꝙ prohibitus alienare nõ poterit † locare vsq; ad.xxx.annos.quia locatio vsq;.ad.xxx.ãnos. dicitur alienatio,vt est gl. notabilis,quæ hoc sentit,& ibi hoc no.Ang.in.l.fi.C.de pact.pignor. & leg.cõmis.ibi,modo sit tẽpus minus.xxx. annorũ &c.& ego dixi in preludijs feudorum,vbi omnino vide.Sed quid si fit locatio vsq; ad quinq; annos ad renouãdum, nũquid dicatur alienatio? & sic sit prohibita prælato, & tutori? dic, ꝙ sic, vt no.Cardi.Zaba.in cle.j.§.j.in.v.q.de rebus eccle. non alie.& per id.quod not.Ang. in authẽ. de nõ alie.in.§.neq;.& quod not.Bal.in.c.j.in prin. in.v. col.in fi.in ti.de his qui feu.da.pos.facit quod not. Bal.in.c.j.in.iij.col.versic.quæro nunquid vassallus.in ti.de prohibita feu.aliena.per Fed. & ibi Iaco.de Alua.in.v.col.in princi.& in vlti.q. ¶ Item
10 prohibitus alienare non poterit † seruum manumittere,vt est casus in.l.fi.C.de rebus ali. non alienan.& in.c.episcopi.& ibi no.per doc.extra de rebus eccl.nõ alie.quia imò etiã est maior alienatio personæ,quæ rei.vt no.in.c.ad apostolicam.extra de regular. Nã gratis manumittere est quædam donatio.ergo prohibita. ¶ Itẽ an prohibitus alienare poterit cõtractum cõditionalem facere?dic,
11 † ꝙ non. vt potest patere per supradicta, & dic, ꝙ cõtractus efficitur cõditionalis, quãdo prædiũ constituitur tributarium,quia tale prædium vulgariter dicitur cõditionale,id est cadit sub conditione, si non soluit tributum, vt not. in.l.ij.C.de iure emphy.Et de hoc cõtractu conditionali not. per cano.in dicto.c nulli.de rebus eccle. non alie. ¶ Item an prohibitus alienare poterit actionem

exercere?vide Bal.in.l.j.ff.de procura.id est agere
debitores videtur,& not.per tex.no.in.l.ait præ-
tor versi.est enim absurdũ.ſ.de iur.delib.sed Bar.
ibi,intelligit hoc verũ in eo,qui nõ potest alienare
nomine suo,secus in eo,qui non põt alienare no-
mine alterius:quia tamẽ poterit aliquãdo actiões
exercere,allegat.l.procurator totorũ.ſ.de procu.
& hoc voluit dicere gl.in.d.l.ait prætor.dum alle
gat factũ.l.procurator.cũ simi. Itẽ an prohibitus
alienare possit alienare pro suis sumptibus? dic,ꝙ
sic.ita tenet Host.in.c.prælatorũ.extra de accusa.
¶ Itẽ an prohibitus vẽdere, vel alienare possit a-
lienãti cõsentire,dic ꝙ non.vt no.Bal.quẽ omni-
no.vide in.l.ij.C.si aduer.do. ¶ Itẽ an prohibitus
vẽdere possit donare,maximè si est minor?dic,ꝙ
non.vt not.Bal.in.l.j.C.si aduer.dona.& per Cy.
in.l.fi.in.iij.q.C.de rebus alie. non alie. ¶ Item an
prohibitus alienare sine certa solennitate poterit
sine illa debitorẽ suũ liberare? dic, ꝙ non.vt not.
Bar.in.l.si vnus.in.§.pactus ne peteret.in.v.col.ad
fi.ſ.de pac.& per Bar.& doc.in.l.Mæuia.in.§.fin.
sol.mat.& per Bal.in.l.vbi pactũ. in.ij.oppo.C.de
12 trãsac. ¶ Itẽ an † prohibitus alienare possit trãsi-
gere,vide Bal.in.l.quoties.C.de fideicõ. ¶ Itẽ an
prohibitus alienare possit hæredem instituere,vi
de quod plenè not. in.l.peto.§.fratre. de leg.ij.&
in.l.si ita quis.§.ea lege.de ver.obli.& ibi per Bar.
Item an filia prohibita alienare extra familiã pos-
sit pro se ipsa dare in dotẽ, dic, ꝙ sic, vt.l.mulier.
§.cum proponeretur.ff.ad Treb. & ita vult Bal.
13 in.l.voluntas.C.de fideicom. ¶ Item an † ille,qui
alium inuestit,dicatur alienare,dic,ꝙ sic,si corpo
raliter,vel æquipolenter inuestit,secus si abusiuè,
putà per annulum.vt in.c.j.quid sit inuestitu. vt
dicit Bald. in dicta.l.voluntas. vbi omnino vide.
¶ Omne genus alienationis prohibitæ.vide text.
cum glo.in verbo alienationis in.c.venerabili.ex-
tra de offi.deleg.&.c.nulli.de rebus eccl. non alie.
14 ¶ Item adde,ꝙ † res prohibita alienari potest ex
causa necessitatis alienari,vt est ex causa debiti,ita
dicit Bar.in.l.peto.§.prędium.ff.de leg.ij.& Bar.
in.l.si finita.§.si de vectig.in.iij.col.ibi,& pro hoc
facit,ꝙ res prohibita alienari.ff.de dam.infect. Et
ideo sumunt quidã fraudem,ꝙ si res est prohibi-
ta alienari,supponunt aliquos,qui fingunt se cre-
ditores,& ingrediũtur poss.ex primo,& secundo
decreto,ne incidãt in pœnã,ita dicit Bart.in.d.§.
prędium.ad quod vide Alb.de Rosa.in.l.iij.sed &
si pecunia.§.j.de reb. eo.qui sub tute.vel cur. vbi
ponit etiam alias fraudes.Item an prohibitus alie-
nare possit diuidere.vide Lodo.de Roma,in cõsi.
clxxxj.& no.in.l.iubemus nulli.C.de sacrosan. ec
cle.vide Barbatiam in repeti.rubri.de rebus eccl.
nõ alie.Item an prohibitus alienare possit se per-
sonaliter obligare,vide omnino Bald..in.l.fi.in.§.
emptor.ante fi.C.cõmunia de lega. ¶ In.l.aliena-
tionis. vide omnino de materia,per plures quæ-
stiones in apostillis meis,in.l.ij.C.de vsucap. pro
emp.& non omittas.Adde hîc, quod not. Bal. in
l.voluntas.C.de fideicom. Alienatio simpliciter
prolata intelligitur inter viuos, & in vltima volũ
tate, Bal.in.l.si quis prioris.§.certum.C.de secun.
nup.Adde,quòd alienatio dicitur propriè non so
lùm si alienatur proprietas,sed etiam si alienatur
vtile dominium:& quid sit alienatio,vide.l.j.in fi.
C.de fundo dot.& ibi Azo.in summa, & Azo in
summa in ti.de reuocãdis his,quæ in fraudem cre
ditorum.vide.l.fi.C.de rebus alie.non alienã.vide
gl.in verbo alienationis in.c.venerabili.de offi.de-
leg.vide gl.in authen.de nup.§.si verò filios.vide
Cy.in.l.j.C.de iure emphy. Abusiuè autem dici-
tur alienatio pignus per quod constituitur ius in
re.Sed nunquid dicatur alienare,qui imponit ser-
uitutem?per ea,quę not.in.l.Mæuius.§.fundo.ff.
de leg.ij.vbi videas.Ista sunt verba Bal.in.c.j.in fi
ne principij.in tit.per quos fiat inuestitura,an cũ
est prohibitio facta in forensem possit ab intesta-
to succedere,vide Ange.in.l.ea lege.C.de condit.
ob cau.& Barbatiam in repe.rubr.de rebus eccl.
15 non alie.An prohibitus alienare possit † locare ad
cẽtum,vel mille annos?vide gl.antepenult.in cle.
j.de rebus eccle.non alie. & Archi. & Lanfrã.xij.
quæstio.ij.Abbatibus.& gloss.& doct. in.l.codicil
los.§.in statuto.de lega.ij.Item alienare non dici-
tur,qui desinit possidere Bald.in.l.item si res.§.j.
ff.de alien.iudi.mut. causa fact. Item an prohibi-
16 tus alienare possit † hæredẽ instituere,vide Bar-
to.in.l.peto.§.fratre.de lega.ij.& in.l.si ita quis.§.
ea lege.de verbo.obli.& do.Pau.de Cast. in consi
lio.xv.Item an dicatur alienare ille, qui succedit
de iure prætorio?vide Bald.in rubri. in fin.C.qui
admitti.ad bon.posses.po. Item an possit permu-
tare meliorando? vide in consilio.xvj.& Bald.in
authen.res,quæ,circa finem.C.communia de le-
ga.adde quod not.Pau.de Cast. in.l.j.C.commu-
nia vtriusque iudi.& quod ibi plenè signaui. an,
possit præscribi, vide Bald. in.c.non enim liceat.
17 de præscript. An possit † transigere?vide Bald.
in.l.quoties.C. de fideicommissis. ¶ Item not.
quòd qui non potest alienare,non potest se obli-
gare ad alienandum,vide textum,in.l.magis pu-
to.§.si pupillus,ff.de rebus eorum. ¶ Quãdo au-
tem dicatur alienari propriè,vide plenissimè per
Innocen.in.c.nulli.in gloss.fina. eodem titulo. &
in capi.episcopi.in gloss.fina. de rebus eccles. non
alienan. & vide textum , in.l.alienatum. & quod
ibi dicam. ¶ In ead. gloss. in fine. ibi non afficit
rem. &c.dic,de hoc est casus in.l.j. & ibi gl.C.de
præscri-

præscri.x.vel.xx.annorũ.Et adde, ꝙ vitiũ litigiosi impedit alienationẽ actiuã,& nõ passiuã. vnde habetur respectus ad authorẽ, nõ ad possessorẽ. vide Flo.in.l.cogi.in fi.C.de peti.hæred.in glos.vix. Not.quòd dictio vix, exponiturpro nullo modo. Concordat tex.cũ glo.in.l.si seruu s legatus.§.qui quinque.š.de leg.iij.&.l.fi.in fi.š.de assignan.lib.& l.si tutor in prin.š.ad Velleia. & gl.in.l.iij.in prin.
28 š.ad.l.Fal.¶ Sed propriè † dictio vix, ponitur pro raro, vel cum difficultate, vt est tex.cum glo.not. in.l.vix certis.in princ.š.de iudicijs,quod not.pro statutis.¶ In ea.glo.ibi quod nunquã fit. Not.ꝙ illud vix fit,quod nunquã fit.Sicut dicitur etiam minùs,quod est nihil.vt.l.minus.j.eo.de quo dic, vt latè dixi in.l.creditores, in fin.š.eo.¶ In glo.fi. in verbo non intelligitur,ad fi.ibi.l.ij.§.nõ tamẽ. dic de hoc,vt ibi plenè.per gl.habetur.Extra, per istũ tex.dixit Cy.in .l.quoties in.iiij.q.C.de precibus imper.off.ꝙ licet sit regula.

Cùm culpent alij, temet laudare necesse est.

vt.l.cum in fundo.de do.tamẽ illa nõ habet locũ in præscriptionibus,per.l.fi.C.de præscrip. longi temp.&.l.fi.C.de iur.& facti igno.& idem tenet in.l.iuris ignorantia.C.qui admitti.

SVMMA.

1 *Oratio soluta quæ.*

1 S.ORATIO. Nota text. ibi, neque coniunctionem, neque disiunctionem. & dic, † quòd talis oratio dicitur soluta.vt est text.in.l.sæpe in prin.& ibi glo.j.eo.& ibi dicam.

SVMMAE.

1 *Coniunctio,& disiunctio vtrũque alterum nonnunquam significat.*

2 *Punctus quid in oratione significet. tantum enim efficit, quantum copula &, aut similis.*

LEX XXIX.

1 CONIVNCTIONEM. Nota † ex hac.l.ꝙ coniunctio aliquando accipitur pro disiunctione,& econtra.de quo dicam in.l.sæpe.j.eo.vide Bal.qui allegat.ante dictũ.§.notabil.in.l.verbum,ante fi.C.de fideicõmis.& vide omnino.d. Bñdictũ de Plũbino in.l.siquis ita.§.hęc scriptura in prin.ff.de statu libe.¶ In glo.j.in verbo orationẽ.ibi respondeo,præsumitur coniuncta.not. ex ista glos.ꝙ oratio soluta in dubio habetur pro coniuncta.pro hoc facit.l.siquis.§.fi.& ibi not.š. de statu libe.pro hoc etiam facit quia inter oratio
2 nem † disiũctam debet esse punctus, sed punctus accipitur pro copula:vt not.glo.in.l.cum duobus §.si in coẽunda.in glo.magna in fi.š.pro socio.& idem not.glo.in verbo adeat,in.l.pretia,rerũ.š.ad l.Fal.& hanc glo.quæ est,hîc tenet hîc Bart.licet sit in contrarium alia glo.in.l.vbi verba, infrà de regu.iur.dicam infrà eo.l.sæpe.

SVMMAE.

1 *Sylua cædua,& stipula quid sit, & quid spica & numero.4.*

2 *Frumentum collectum dicitur,quod est extra stipulã, & agrum portatum.*

3 *Manu satorum appellatione non continetur granum, quod ex stipula decidit.*

5 *Dictio in,multa,diuersaque significat.vide.quia vt multa,ita notanda sunt omnia.*

6 *Statutum,quo equi morientes in bello soluuntur domino,habet locum in equis,qui moriuntur extra, dummodo lethaliter vulnerati fuerint in bello.*

7 *Nouale quid sit.*

8 *Integra terra quid sit.*

9 *Glans caduca quæ:& quis caducus.& pro glãde quæ cecidit.interdictum dari de glande legenda.*

10 *Sylua pascua quæ.*

11 *Fœnum fructus appellatione continetur.*

12 *Arbores quæ sunt in prato,continentur sub statuto puniente damnum dantes prato.*

LEX XXX.

1 SYLVA CAEDVA. Diuiditur ista.l.in sex partes, sicut sex sunt.§.Not.primò quòd † illa sylua dicitur cædua, quæ est apta ad cædendum,vel quę,si cędatur,renascitur posteà ex radicibus,vel truncis.Cõcordãtes sunt in glo.¶ Nota secundò in.§.stipula, quòd illa stipula,dicitur illecta, id est non collecta,licet spicæ sint excussæ de messe,dummodo nondum collectæ sint spicæ,quæ in terram incisæ iacebãt.¶ Ex quo † not.
2 quòd si ex forma statuti,vel pacti quis teneatur soluere certam decimam, vel gabellam de frumento, quàmprimum de stipula collectum fuerit,quòd non tenebitur,nisi post incisionem, & fuerit collectum.& extra agrum trãsportatum: secus si statutum, vel pactum diceret quàmprimũ fuerit incisum:quia tũc non expectaret,vt recolligeret.¶ Et pone casum in isto.§.secũdũ glo. per text.in.l.qui fundũ.§.fundi.š.de contrahend.

emptione.videlicet si védo tibi fundum,& exci-
3 pio† fruméta manu sata,licet ex stipula nõ collecta seges nata sit,vt quia aliquæ de spicis incisis remanserunt in terra.anteà,quã colligerétur,& sic ex illis natum est fruméntum,tamé illud in pacto nõ cõtinetur.vt d.§.fundi.Et dicitur stipula illa palea,quæ remanet in fundo,postquã sunt incisæ spicæ,quã hodie vulgariter stopia vocamus:& ita
4 etiã dicit Accur.in d.§.fundi.¶ Nota† etiã tex. ibi,spicæ in messem deiectæ.dic.i.spicæ incisæ in messem.i.per messem.i.metédo.Glo.tamé exponit aliter verbum in messem.i.ex messe,quod tamé in idé recidit quoad sententiã.Not.tamé glo.
5 q† dictio in,ponitur pro ex.aliquãdo ponitur p de.vt est tex.cum glo.in.l.si cui lingua.ff. de ædil. edict.& est text.in.l.quæro.§.fi.ibi in domo.i.de domo.eo.ti.aliquãdo ponit p pro.vt est tex. cum gl.j.in.l.j.s.siquis cau.& in.l.j.ff.de cõdi.fur.& in l.immodicis.ff.de cõtrahé.emp.aliquãdo pro cũ. vt est tex.cum gl.j.in.l.capite quinto.in prin.s.ad l.Iul.de adulte.ibi in vxoré.i.cum vxore. aliqñ p sine vt.l.ij.§.exactis.i verbo iniussu,& ibi gl.s.de origine iur.& est tex.cum gl.in.l.si filiofamil.la.j. & in.l.fi.§.si vir.ff.so.mat. & in authen. de incestis nuptijs.§.& hoc quidé,coll.ij.in verbo innoxium.& de fide instruméto.§.ij.in verbo immunes,&.s.de cõdi.indebi.l.frater à fratre.in verbo indemnis,& extra.de testibus.c.præsenti in fi.in verbo impunè.aliquãdo pro propter:vt est text. in.l.j.§.j.versi.quéadmodũ.s.de incédio,ruina & naufragio.vbi exponitur in bello.i.propter bellũ, & est tex.cum gl.in.l.venales in verbo, mercedé. C.quãdo prouoca.nõ est neces.& est tex.cum gl. in verbo creditũ,in.l.à diuo Pio.§.si pignora.s.de
6 re iudi.vnde si† statutũ vult,q si equi stipédiarij in bello moriãtur,debeant sibi emédari,q habebit locum etiã si vulnerétur in bello,& posteà domi moriãtur,per dictũ.§.j.cũ simi.& hoc tenét Old.Dy.And.de Pisis.& Bar.in.l.in bello amissi. ff.de excusa.tu.licet ibi Nico.de Neapoli tenuit cõtrarium,per illum tex.vbi eum omninò vide. aliquãdo pro per.vt est tex.cũ glosella in.l.pe. maritus.§.fi.circa fi.s.ad.l.Fal. aliquãdo præpositio in,iuncta cum alio verbo negat.vt inutiliter.i.nõ vtiliter,vt instit.de lega.§.an seruo,& ibi dixi,& l.legata inutiliter.de lega.j.sic ponitur in rubrica & per totum.ff.&.C.de inofficioso testamento.i. de testaméto facto sine officio.i.sine pietate, hoc est contra officium pietatis.ita exponit tex.in.l.ij. ff.de inoffic.testamento.Sic etiã ponitur in.l.j.§. j.secundum vnã expositioné gl.s.de migrand.& ita ponitur in.l.quãtitas la prima.§. si factum.ff. de auro,& argé.lega.in glo.licet in textu ponitur causa maioris affirmationis:& sic augmentatiuè. extra de sen.excõ.c.Romana.§.fi.vers.in nostras. xxv.di.in verbo irreprehésibile.iiij.di.§.j.in princip.aliquãdo in,iunctum cum alio nomine ponitur p di.vt imminutio.i.diminutio,vt est text.in l.quisquis.ibi imminutioné patietur.C.de postul. aliquãdo in ponitur p aut,vt stipulor.x.in melle intelligitur.i.x.aut mel.vt est tex secũdũ primã lecturã.gl.in.l.si stipulat⁹ fuerim.x.i melle.s.de sol. aliquãdo ponitur pro cõtra,vt in.l.à tutorib⁹.§. hæredibus.ibi,in quo potissimũ exponit.i.contra qué.s.de administra.tu.& est tex.cũ gl.in.l.raptores in verbo in reuerentiã.C.de epi & cle.& in.l. manicheos.C.de hæreticis.& glos.in.l.ij.in verbo vtilitatem.C.de fide instrumento.&.ij.q.j.si peccauerit in te.i.cõtra tex.& extra de iudi.nouit. in prin.aliquãdo in,non seruat,sed aggrauat.xlj.dist. per morã in versi.inficiat,secundũ Archy.aliquãdo ponit pro malè,vt in auth.de iudicib⁹.§. quia vero.in verbo intantũ:aliqñ ponit pro nomine, in reliquos.i.nomine reliquorũ,vt est tex.cũ glo. in verbo in reliquos,in.l.si familia in princip.s.de iur.om.iud.aliquãdo ponitur causatiuè pquia,vt ff.de cõd.furtiua.l.j.secũdũ Saly in.l.certi in prin. C.de iterd.sed certè in.d.l.j.potius accipit p pro. aliqñ põt poni p.s.vt pbatur in.l.j.C.de interdictis. ibi impédebit,quod intelligo.i.s.pendebit,& in.l.j.in prin.§.j.ibi impédet,& in.§.deinde.ibi in agrũ illius impendi.&c.ff.de arborib⁹ cæden.aliquando ponitur pro secundum,vt est text.cum glos.in verbo in veterem,in.l.inter quos.§.fi.s.de damno infecto.aliquando dictio in,iuncta verbo nõ negat,sed auget,vt.l.Gallus.§.ille casus indiffi cilis.s.de libe.& posthu.& tex.cum gl.in.l.ex imperfecto de leg.iij.& in.l.si ius quoque.§.puto.s. de hæredibus instituen.& in.l.j.§.in summa in fi. s.de aqua plu.arcéd.& in.l.siquis in graui.in prin. s.ad Syll.& in auth.quomodo opor.episcopos.§. siquis auté.coll.j.& in.l.cum duobus.§.damna.& ibi glo.s.pro soc.& per glos.in rubrica.s.sol.matrimo.circa medium glos.magnæ:& per glo.in.l. j.§.j.secundũ vnã expositioné gl.ibi.s. de migrã. & per glos.in.l.cum legem.§.j.in verbo in modicum.s.ad.l.fal.& est tex.cũ gl.in verbo indefesso. C.de nouo Codice confir.in.§.& electis viris.& in authen.quomõ opor. episcopos.§.quãtũ vero irreprehensibile,& extra de fideiuss.c.j.¶ Et adde q prædicto casu.qñ dictio in,negat negat totaliter,nõ pticulariter,vt dictio imperfectus denotat totalitaté imperfectionis,sicut mutus totalitaté mutitatis.ita dixit Bal.in rubrica an mut⁹, vel aliter imper.in vsi.feu.aliquãdo in,significat in loco,& isto casu semper importat tactum rei, vel personæ:vt est casus not.in.l.j.§.in flumine. suprà nequid in loco publico ripáve.& in.l.j.§.hoc autem

autē edictū.&c.s̄.de no.ope.nun.qui.§. allegatur ad statutum dicens,ꝙ siquis fecerit iniuriā in psonam,puniatur in tantum. Nam tunc propter dictionē in,requiritur tactus personæ:quod est notandū.de quo per Bart.in dicta.l.j.& per eūdem in.l.j.§.j.s̄.de cloac.& in.d.l.j.§.hoc autē edictū. s̄.de no.ope.nun.aliquādo dictio in, ab intra significat perfectionē rei, cui addicitur secundū Saly. in.l.cū in te.C.de dona.ante nupt.& per Ang.de Aretio.institu.de actio.§.fuerat.versi. in contrariū tamē determinat Saly.vltimò de significatione istius præpositionis in.vide latè per Bald.in.l. Gallus.§.ille casus.vers.vltimo.vos videtis hîc ꝙ dictio in.& per eundē Bal.in rubrica.s̄.sol.matri. & ipsum non vidi,nisi postquā hæc scripsi.Et vide quod not.Archy.xl.di.si papa & latè Flo.in.l. j.§.hæc autē verba.s̄.de his,qui deiece.vel effu.& vide quod not.Bar. & Io.de Imol.in.l.licitatio.§. quod illicitè.s̄.de publica.& vide ꝑ quot modos accipiatur ista dictio in,etiā per Richardū de Saly.in.l.in lege Aquilia.ff.ad.l. Aquiliā. & aliquid per Barp.de Saly.in.l.incerti.C. de interdictis. in principio.super tex.¶ Nota.§.noualis,ꝙ secūdū

7 ius ciuile † nouale dicitur terra præcisa,quę anno cessat.i.stat per annū antequā in ea seminetur, vt melius fructificet.vt hîc.alio modo accipitur etiā secūdū ius ciuile,quod ex sylua quæ arboribus extirpatis ad cultū redigitur, dicitur nouale vt.l.fi. in fi.s̄.de termino moto,&.l.vtiles.s̄.de peti.hæredi.¶ Sed de iure canonico accipitur nouale, ager de nouo ad culturā redactus, de quo extat memoria,ꝙ aliquādo cultus fuisset:vt in.c.j.&.c. qd per nouale extra,de verbo.sign.& in.c.fi.extra de priuilegijs,& vide omnino glo.in.c.cōmissum in glo.fi.extra de decimis.& vide Guli.de Mōtelaudu.in cle.j.circa princi.de decimis,& ibi Francis. Zab.in.iij.col.in.v.q.& Spec.in ti.de probatio.in §.ij.versi.quid si testis vtriusq; partis.& Anto.de Bu.in.c.fi.extra de priuilegijs,& Laud.& Cardi. Zab.in cle.j.de decimis.& de isto nouali non debet solui decima.vt.c. ex parte extra de decimis. nisi in casu dicti c.quid per nouale in fi.dic,vt ibi. ¶ Et vtroq;modo potest capi,& intelligi versus virgilij in Bucolicis.

Impius hæc tam culta noualia miles habebit.

8 ¶ Nota in.§.integra †,ꝙ terra illa dicitur integra,quæ nōdū est arata,& in ea iam creuerūt herbę.pro pascēdis pecoribus,& dicitur integra,antequā pecus immittatur:& fortè dicitur integra etiā,quia nōdū est tacta à pecoribus herba.Not.

9 in.§.glans † ꝙ glans caduca dicitur illa,quæ cadit. & expone caduca est.i.caduca erat.i.apta erat ad cadēdum,quod apparet:quia posteà cecidit:quia propriè caducus nō dicitur ille,qui cecidit,sed ille,qui stat in cadēdo.vt est liber caducus. Et not. ꝙ appellatione glandis omnes fructus cōtinētur. de quo dic vt hîc in gl.Itē ꝑ dicta glāde,quę cecidit in,horto,vel domo aliena,datur interdictū de glande legēda.de quo dic,vt habetur per tex.glo.

10 Bart.& doc.in.l.j.s̄.de gland.leg.¶ Nota † in.§. pascua,ꝙ illa dicitur sylua pascua,quæ est destinata pascuis pecudū.i.ad pascenda pecora:& in hac pascua sylua non licet alicui etiā militibus ibi, pascere secūdū gl.in.l.pratū,& in.l.fin.C.de pascuis publi.li.xj.quæ lex loquitur etiā in pascuis priuatis, quā no.secūdū Bar.ibi cōtra milites,q hodierno tēpore pascunt equos suos in pascuis publicis, & in priuatis quotidie: quia hoc facere de iure nō possunt,& maximè hoc faciunt in Lōbardia. Sed prò.deum immortalem de his pascuis nō curaremus,si aliud quod sit peius,& deterius,nobis nō facerēt:quia istud nihil est,cum milites etiam nostri quotidie nos depopulantur, & eis posteà semper victū præstamus &c.¶ In text.ibi pecus quid veniat appellatione pecoris,vide text.in.l.ij. ff.ad.l.Aquiliā:& instit.ad.l.Aquil.in prin.& in.l. ædiles aiunt.§.inuētorū.ff.de ædi.edicto.& quod

11 ibi scripsi.¶ Nota † ibi in princi.ad fructū.in fin. ibi ad fructū,ꝙ appellatione fructus venit fœnū: de quo vide etiā casum in terminis in.l.si absente. §.j.vide quod ibi apostilaui.in Floriano. syluā in fin.ff.de vsusfructu.& est casus in.l.si vsufructuarius messem.ff.quibus mo.vsusfructus amit.& vide quod ibi signaui in Floriano,& vide Lodo.de Roma in.ccccxxx.singulari.¶ Adde in prato Iustiniani nihil spinosum nascitur.C.de veteri iure enucle.l.j.§.sed hoc studiosum.in fine tertiæ col.

12 ¶ Sed an appellatione † prati cōtineātur arbores quę sunt in eo,vt sic dans dānū in ipsis arboribus puniatur pæna statuti,qua puniuntur dātes damnū in pratis? & videtur ꝙ nō:quia diuersa videntur pratū,& arbores:vt hîc,& pro hoc.l.j.§.hoc autē edictū.s̄.de no.ope.nun.&.s̄.arborū fur.cæsarū.l.nō dubitatur.in cōtrariū videtur.s̄.quæ in fraudē credi.l.fin.§.fructus,& de actio. empti.l. Quintus.& de fundo instructo.l.quæsitum.§.eo verò.&.s̄.quod vi, aut clam.l.si alius.§. notauimus:& sol.matri.l.diuortio.§.si fundus: & quia fructus pendentes videntur esse pars fundi.vt.s̄. de rei vendi.l.fructus pendentes,multò fortiùs arbores.ista sunt verba Albe.de Rosate.in suo primo Alphabeto.in verbo pratum.

SVMMAE.

1 *Pratum vnde dicitur.*

2 *Non habentes ius pascendi in publicis,minus habēt in priuatis.*

LEX XXXI.

PRATVM. In hac.l. Nota, ꝙ pratū est illud, quod tenetur tantū ad fœnū percipiēdū, nō aūt ad arandū, vel seminandū, & dicitur pratū quasi paratū absq; eo, ꝙ in eo seminetur. Et not. hîc gl. quæ extēdit.l.fin.C.de pascuis publicis & priua.lib.xj. quæ loquitur in pascuis.i.in syluis, vel pratis, quæ tenētur tantū ad pascendū, nō aūt ad fœnū colligēdū. & extēdit, dico etiā ad prata,
2 † quæ tenētur ꝓ fœno colligēdo, & nō pro pascuis, & nō est mirum: quia si milites nō possunt pascere equos suos in pascuis, & sic in pratis, quæ sunt inducta tātū ad pascēdū. ergo multò minus quæ nō sunt ad pascēdū. Item nota quod statim diximus.s. statutū puniēs prato dānū dantes, puni re etiā dātes arborib⁹, quę sunt in illo. ita enim dixit Alb. de Ros. in suo.j. alphabeto Barpt. Cæpo.

SVMMA.

1 *Nihil currens, minus currere dicitur, sicut nihil soluens, minus soluit.*

LEX XXXII.

MINVS SOLVTVM. Ista.l. est breuis, & clara: pone casum in ea secundū leges allegatas hîc in gl. & maximè.p.l. illud. §. minus.s. de tributo. per quē tex. & istum cū simi. inferūt ibi Gulie.
1 & Pau. de Cast. ad. quęstio. si qd † si duo adinuicē spopōderunt, ꝙ ille, qui minus cucurrerit soluat tantū pro vna cœna, & vnus cucurrerit, & alter noluerit currere: certè ille, qui nihil cucurrit, soluet: quia ex quo nullo modo cucurrit, dicitur minus cucurrisse per istū tex. & per dictū. §. si min⁹ cū simil. & hoc expressè in terminis firmat glo. in l. si tibi rem. §. fi.s. de præscrip. verbis. facit etiā.l. si oleū.s. de dolo, & idem tenet Ange. in authen. de non elig. secundò nuben. in. §. quia propter in principio. per glos. ibi, & ego scripsi latius etiā in actione tributoria pridie ante fi. coll. j. & de materia huius.l. vide omnino quod scripsi in.l. creditores ad finem.s. eo. & hîc adde, quia ibi non posui.

SVMMA.

1 *Palàm fieri quid sit.*

LEX XXXIII.

PALAM, EST. In gl. ij. ibi vel aliter & impropriè, not. gl. quę vult, ꝙ pro-
1 priè † palā dicatur fieri id, quod fit corā pluribus, vt hîc, & in.l. hæredes palā in prin. ibi non vtique in publicū. &.s. de testa. vel quod ita fit, quod intelligitur: licet nō fiat corā multitudine. vt.l. non intelligitur in prin.s. de iur. fis. & in.d.l. hæredes palàm in prin. ibi exaudiri autē dū modo tamē intelligatur sine aliquo subaudito intellectu, sed de plano. vt est tex. cū gl. notabilis in verbo de plano. in.l. sed si pupillus. §. pro scribere.s. de instito. & hoc colligitur ex legibus hîc allegatis in glo. sed impropriè dicitur fieri palàm, quod fit sine delectu, & sine distinctione personarū, vt.l. palā in princ.s. de ritu nup. quod bene not. pro statutis, vel aliter ad illā.l. palā. dic, ꝙ aut loquimur in his quæ habēt effectū momentaneū, vt est testamēti factio, quæ vnico momento expeditur: & habet locū lex ista, & dicta.l. hæredes palàm in princ. cū.s. allegatis: aut loquimur in his, quæ habēt effectū successiuū, & habet locū dicta.l. palā. ita dixit Bar. in.d.l. hæredes palàm, in prin. sed hæc distinctio est de directo cōtra dictā l. sed si pupillus. §. præscribere. ideo tu tene hîc opi. glo. quam bene not. vt dixi pro statutis.

SVMMAE.

1 *Actio nomen petitionem, persecutionem, & iudicis officiū cōtinet. propriè vero est in rem, petitio in personā: persecutio in vtrūque. & nu. 2. 4. & 5.*

3 *Simile non est id, cui aßimilatur, scilicet numero, seu essentia, vnde vulgo est, nullū simile est idē.*

LEX XXXIIII.

ACTIONIS VERBO. Not. ꝙ appellatione actionis cōtinetur per-
1 secutio, & dic aliquādo propriè † & strictè: aliquādo impropriè, & largè vt dicā cū glos. ¶ Et adde, ꝙ actio propriè est in personā, petitio in rē: ꝓsecutio est in rē, & in personā: & sic cōprehēdit actionē mixtā, de quibus habetur in.l. actionis verbo. §. fin. de actio. & ob. iste est casus in.l. actio in personā eo. ti. ¶ In glo. j. ibi indulget, & persecutionē, dic inquātū capitur persecutio ꝓ extraordinaria. & sic pro oficio iudicis, vt not. gl. seq. ista gl. malediceret: quia appellatione actionis nō venit propriè officiū iudicis: vt plenè not. instit. de actio. §. j. per gl. & doc. & ꝑ Ang. de Aret. ibi latè, & statim dicā, sed inquantū loqueretur de actione mixta, quæ venit etiā propriè appellatione actionis, vt dixi statim, bene tūc diceret gl. & ita credo, ꝙ debeat intelligi. ¶ In gl. ij. ibi. vt per officiū iudicis. vt.s. de minori.l. ꝙ si minor. §. fi. ista gl. vult, ꝙ appellatione actionis cō-
2 tineatur officiū iudicis, quod dicas esse verū largissimè & impropriè. vt dicit in.e. gl. ibi, & sic largissimè, & probatur in.l. pecuniæ verbum. §. actionis. ibi generale, & speciale. &c. infrà eo. & est tex. apertus cum glo. not. in.l. actionis verbo, suprà de actio. & obliga. ibi actionum instar obtinent, & glos. ibi dicit. Not. quòd nihil est id, cui id ipsum simile

simile est.l.nō solùm.rem ra. hab.&.l.j.§.j.suprà.
de præto.stipul.facit.l.quod Nerua.suprà deposi-
ti. preterea est casus.in dicta.l.quòd si minor.§.fi.
ibi nulla propria actio & c. Not.quòd dicit,quòd
nō est propria actio officium iudicis,etiā nobile.
de quo ibi.¶ Conclude ergo, quòd appellatione
4 actionis largè,&† impropriè, continetur etiam
officium iudicis non autem propriè,& strictè.Et
ideo si à lege,vel statuto fortius concedatur alicui
actio,non videtur concessum officium iudicis cō
tra id,quod dixit.supra præcedens glos.sed dic,vt
ibi dixi.¶ Et adde,quòd persecutio non tantum
significat actionem mixtam,& officium iudicis,
vt dixi, sed etiam significat petitionem fideicom
missi,& petitionem salarij aduocati, & mercedis
doctorum,& alia similia,de quibus habetur per
glos.in dicta.l.actio in personam. ¶ Item signifi-
cat petitiones satisdationum,legatorum & fidei-
commissorum,vt est tex.cum glo.in dicta.l.pecu
niæ.§.actionis.in verbo aliæ.¶ De significatu au
tem actionis,& de eius materia vide,quod scripsi
in.l.verbū oportebit.supra eo.& fortè dicā etiā
aliquid in dicta.l.pecuniæ.§.actionis.infrà eo.

SVMMAE.

1 *Restitutus is dicitur,qui rem & ipsius causam,hoc est damna,& interesse habet.*

2 *Lis tunc demum propriè dicitur,cum contestata est, abs quo iudicium incipit.*

3 *In rei restitutione venit causa causans,putà possessio,quæ pareret vsucapionē,& causa causata,putà fructus,qui sunt de re percepti,& sic condemnatus rem restituere,ad vtranque causam cum re dicitur condemnatus.*

4 *Litis contestatio non impedit vsucapionem. diuersum(inquit.)est in præscriptione.*

LEX XXXV.

RESTITVERE. Condē-
natus ad rem mihi restituen-
dam tenetur ipsam restitue-
re cum sua caussa.h.d. Nota
1 †quòd si quis est mihi con-
demnatus aliquid restituere
tenetur me reponere in eo statu,in quo fuissem,
si res mihi restituta fuisset tempore litis contesta
tæ.¶ Et adde etiam, quòd ad omne damnum,
quod mihi dedisset,tenetur:vt.l.cū pretor.ff.eod.
vbi est etiā tex.ꝙ verbū restituo, summitur pro
2 destruo,de quo dic,vt ibi in gl.& ibi dicā.† ¶ In
tex.ibi iudicij accepti.dic, id est litis contestatæ:
quia iudiciū incipit à litis contestatione,in authē.
de litigiosis.§.¶ In tex.ibi vsucapiōis causam:dic.
i.ipsam vsucapionē causatā,ab ipsa possessione,vt
3 dicā cū gl.vel dic,id est† causam causantē ipsam
vsucapionē.s.ipsam possessionē,quasi dicat tene-
bitur mihi restituere etiā illā possessionē,qua fuit
vsus à tēpore litis contestatæ,quæ possessio con-
iuncta cum mea fortè faciet statim vel citò com
plere ipsam vsucapionē.¶ Aduerte tamē,ꝙ isto
casu,quando iste vult vti accessione tēporis alte-
rius,debet vti cum omnibus vitijs,quæ habebat
ille alter possidens,de quo habetur latè per text.
glos.& doc.in.l.Pomponius.§.cū quis.ff.de aqui.
poss.¶ In glos.in verbo vsucapionis.ibi lite conte
4 stata.compleuit vsucap.Not.glos.† quòd litis cō-
testatio non impedit ipso iure vsucapionem cœ-
ptam impleri:vt.l.si post acceptum,sed in effectu
sic,si postea ille contestans litem obtineat in cau-
sa,vt dicta.l.si post acceptum.secus est in præscri-
ptione.x.vel.xx.an.quia illa bene interrumpitur
litis contestatione:vt.l.more litis.vbi omnino vi-
de Pau.de Cast.C.de rei vēdi.& vide Bar.& doc.
in.l.fi.ff.de eo,ꝑ quē factū erit.Barp.Cæpo.Vero.

SVMMA.

1 *Dissentiunt hìc glo.& Bar.in definitione litis.hìc vult,vt sit postea quàm contestata est, illa verò ante,& post.causa verò vtrunque tēpus cōtinet.*

LEX XXXVI.

LITIS NOMEN.In glo.
in verbo actionē. ibi,hoc est
ante litē cōtestatam vel post.
not.glo.quæ vult,ꝙ lis dica-
tur ante litē contestatam † &
1 post.idē tenet glos.in.l.causas
C.de trāsac.& in.l.j.circa prin.ff. de testibus. Sed
Bar.hìc.& in.d.l.causas,& in.d.l.j.& in.l. amplius
non peti.rem ra.hab.tenet contrariū.videlicet,ꝙ
nō dicatur lis,nisi post litem contestatā. per.c.ex
parte.el.ij.extra eo.facit.c.forus.versi.lis autē. ex-
2 tra eo.Sed nomen causa† est generale,& verifica
tur ante litem contestatā,& post.Quod est vtile
scire ad statuta,ꝙ si aduocatus causę se absentaue
rint causa rei publicę, ꝙ cā sit in suspēso, secūdū
Flo.in.d.l.j.ff.de testibus.& Iac.But.& doc.in.d.l.
causis.Sed Bal.Ang.& Saly.in.d.l.causas.aliter lo-
quuntur,quàm Bar.dic,vt ibi per eos.Sed opinio
Bar.verior.dic,vt ibi per me.Barpt.Cæp.Vero.

SVMMAE.

1 *Oportet est verbum necessitatis,non facultatis iudicis. cogitur enim iudex,quātum est in veritate, reum condemnare & nu.3.*

2 *Iudex cuius potestatas limitata est ad certam summā, poterit excedere per contumaciam partis summa crescente.*

4 *Verbum licet, est permissiuum, non cogens.*

5 *Verbum debet, num importet necessitatem, an verò honestatem. remissiuè.*

6 *Datio facultatis quid operetur in eo, qui non habebat, & in eo qui habebat.*

7 *Potest verbum affirmatiuè positum facultatem, negatiuè autem, necessitatem importat. & aliâs remissiuè numero 9.*

8 *Potentia duplex, quædam tantum de præsenti est, quædam de futuro. vnde illa quodammodo ens dicitur. hæc non ens. sed quæ futura est ens.*

10 *Reductio ad arbitrium boni viri est perpetua. vnde nõ coarctatur per verbum potest affirmatiuè prolatum.*

11 *Redarguit glos. vide an non bene.*

LEX XXXVII.

VERBVM, OPORTERE. Ista. l. intelligitur secundum glo. duobus modis, vno modo quòd istud verbum oportere
1 non pertineat † ad facultatem iudicis, quæ aliquando est ex causa, vt possit plus, vel minus condemnare. Sed ad veritatem refertur: & sic erit vna constructio, & vnus casus in tota. l. ¶ Ex quo not. secundum istum intellectum glos. quòd si promitto tibi soluere post pascha id, quod me tibi dare oportet, ꝙ videor promittere id, quod principaliter tibi debeo nunc: & sic veram rei æstimationem: non autem id, in quo possem condemnari in plus, ex cõtumacia mea. facit. l. j. & quod ibi habetur. ff. de in lit. iur. ¶ Secundo modo legitur. secũdum glo. videlicet, ꝙ hîc ponantur duo casus. Primus, quòd verbum oportere, non pertinet ad facultatem id est potestatem, sed pertinet ad necessitatẽ: & hoc vsque ibi, quod potest vel minoris, &c. ¶ Et ibi ponatur secũdus casus. videlicet quòd licet iudex possit pluris, vel minoris aliquando ex causa condemnare: tamen illud pertinet ad facultatem iudicis. id est non per hoc principaliter, & ordinariè potest cognoscere in dicto pluri: nec etiam alteri delegare: sed pertinet ad veritatem, id est ad id, quod principaliter dicitur in veritate deberi.

2 ¶ Ex † quo not. quòd licet aliquis iudex non possit cognoscere principaliter, & ordinariè nisi vsq; ad centum aureos, tamen si propter contumaciã crescat causa, & transcendat centum aureos: tamen in illis poterit iudicare: de quo dicam cum glo. Et licet iste intellectus fortè sit in se verus, tamen violat literam: ideo tene primum. ¶ Nota ergo ibi oportere, quòd verbũ, oportet † impor-
3 tat necessitatem. aliquando tamen accipitur pro decet, vt est tex. cum glo. in. l. vnica. §. oportet. C. de raptu virgi. & in. l. fi. supra de captiuis, & post l.

4 ¶ Nota, quòd verbum liceat est permissiuũ, nõ necessitatiuum. vt not. Ang. de Aretio. insti. quibus mod. ius pa. po. sol. §. fi. post medium. ¶ Item
6 verbum, debet † an sit præcepti, & sic necessitatẽ importet an verò honestatem. vide in. c. oblatæ. in fin. de appell. & not. de hoc in. c. proposuit. de appell. & in. c. j. vt ecclesiastica beneficia. xxv. q. j. de regula. c. cum virum. in glos. paternæ. ff. de officio præsid. l. sæpe. Et vide quod not Io. de imola. in cle. attendẽtis in. iij. col. in prin. de statu. mo.

6 ¶ Nota † tex. ibi non ad facultatem, quòd istud importat potestatem. Et adde, quòd pro isto verbo, do tibi facultatem faciendi talem actum, non datur noua potestas: si ille, in quẽ dirigitur dispositio. aliâs poterat illum actum facere iure suo: secus si non poterat, quod not. propter statuta, & priuilegia, in quibus dantur huiusmodi facultates potestatibus terrarum, an per hoc dicantur habere nouam potestatem, vel non ita dicit dominus Dominicus de sancto Geminiano in. c. cũ aliquibus. in penu. col. de rescrip. in. vj. ¶ Et idẽ dicit ibi dẽ per gl. quæ est ibi in verbo facultatem, versic. omni casu, quòd si superior præcipit inferiori, vt faciat actum, quem ille poterat facere autoritate ordinaria tunc dicetur facere autoritate delegata, quod not. quia pro hoc habetur vna limitatio ad. c. licet. & c. graue. de officio ordinarij. & est vtile etiam propter appellationẽ. In glos. ibi secus in
7 perbo potest &c. not. quòd verbum, potest, ꝰ nõ importat necessitatem, sed facultatem, quod est verum, quando ponitur affirmatiuè, secus si negatiuè: quia tunc importat necessitatem, & priuat potentem, vt not. Bar. in. l. fi. in fi. ij. colũ. ff. de ferijs, & not. Dy. in. c. j. de regul. iuris in. vj. & Flo. in. l. sæpe. supra de officio. præsi. Item secus quando verbum potest, apponitur in his, quæ denotãt necessitatem: quia tunc exponitur pro verbo debet: vt est glos. in. l. j. in verbo dare potest. in principio. & ibi not. supra de iur. om. iud. Nec est mirum: quia vna dictio aliquando ponitur pro alia: vt not. glos. in. l. eas causas. supra de condi. & demonst. Et adde, quòd verbum potest, aliquando significat possibilitatem naturalem, aliquando potentiam hominis, aliquando potentiam iuris, vt not. glo. & doc. in. l. j. supra de iusto rupto, & irrito testamento. & ideo si proponitur dictio negatiua: non mirum si importat necessitatem: quia tũc importat impossibilitatem, ergo necessitatem. ¶ Adde etiam, quòd differentia est inter potestatem, & autoritatem. Nam autoritas denotat ius. potestas denotat factum secundum Host. quem sequitur. Io. de Anania, in. c. j. versiculo vnde in veteri.

veteri.in tit.de sacra.vnct.& Do. Florentinus,ibi dicit,quòd ista verba sępe promiscuè sumuntur: dicit tamen Host.in.c.solitæ.de maio.& obedi.ꝙ authoritas non dependet à potestate, sed ecõtrariò sic.¶ Adde etiam,quòd verbũ potest,seu potentia,

8 † sumitur duobus modis. nam quædam potentia est ens,vt quãdo habet radicem, seu causam generatam,vt posse adire ius offerendi,& similia, ista sunt formata,& in esse producta.quædam est potentia,quæ non est ens, sicut posse alicui succedere. Nam antequam moriatur pater, ista propositio est vera,Filius potest succedere patri,& tamen ista potentia nihil est de præsenti.ita not.dixit Bal.in.c.si quis miles. in tit. constitutiones,quas anteponã,vbi omnia vide. & vide quod dixi in.l.iij.§.j.in.j.oppositione.in fi.s̃.e. Et de verbo,potest,quomodo accipiatur.vide tex.gloss. & quod ibi latè dixi,in.l.nepos proculo.j̃.eo.& vide tex.&Bar.in.l.statuliberos.§.si quis sic acceperit. s̃.de statu lib.quibꝰadde gl. or. in.c.sciscitatus.extra de rescri.vbi gl.ponit.nota. quòd quis dicitur aliquid posse quinque modis. de quibus ibi vide omnino.& vide omnino glos.optimam.xxij.q.ij. faciat homo.vbi ponit quinq; modos,quibus in-

9 telligitur verbum potest.† De natura verbi, potest, vide latè per Iac.But.& Bal.in.l.j.C.quomodo,& quando iud.& aliquid per Bar.& doct.in.l. nemo pôt.de leg.j.& per doc.in.l.sæpe audiui Cęsarẽ.de offi.præsi.& ibi est tex.& gl. ¶ Iuxta prædicta circa verbũ potest, vt pleniùs intelligatur, formo vnam quæstio.pulchram:statuto ciuitatis Vincẽtiæ cauetur,quòd.j̃.xx.dies post latam sententiam arbitratoriam possit peti sententiam arbitri reduci ad arbitriũ boni viri: modo accidit, quòd fuit quædam sententia arbitri lata contra quendam,lapsis viginti diebus,pars, cõtra quam lata fuit, vult petere dictam sentẽtiam reduci, an possit?Et primò videtur, quòd non. Nam reductio ad arbitrium boni viri est quædã species appellationis.l.nõ distinguemus.§.cum quidam.ff. de recep.arbi.Sed facultas appellandi non extenditur vltra decem dies.vt authen.hodie.C.de appel.& in corpore vnde sumitur.ergo.&c.¶ Secũdò probatur,nam verbum potest, prolatum à lege,necessariam dispositionem inducit,vel saltem causatiuam:etiam si sit affirmatiuè prolatum. vt l.si mandauero.§.fi.ff.mand & not. in dicta.l.sæpe.¶ Tertiò ad hoc adduco text. qui corroborat præcedens.arg.in authen.de app.§.j.vbi tex. vtitur verbo posse,ibi dum dicit.Sancimus appellationes omnes posse intra decem dierum spatium &c.& tamen licet sit ibi verbum posse affirmatiuè prolatũ, tamẽ vltra illud tẽpus appellari non poterit:& ita videtur dicẽdum in quæstione nostra,cum verba statutorũ debeant recipere significationẽ à iure cõmuni.ff.de mun. & ho.l.vt gradatim.§.sed si lege.cum simi.¶ In cõtrarium cre-

10 do,ꝙ sit veritas.& præsuppono,ꝙ † reductio ad arbitriũ durat perpetuò,id est.xxx.annos.vt not. in.§.arbitrorũ.& ita semel cõsuluit.do. Argentinus filius Ray. de Forliuio:in cuius opinione fuit totũ collegium Paduanum:vnde cum ista reductio sit perpetua:dico,ꝙ per istud statutũ nõ coarctatur:quia verbũ potest,prolatũ in legibus,vel rescriptis, affirmatiuè non importat necessitatẽ, sed quãdam denotat facultatẽ.vt.d.l.sæpe.&.l.nõ quicquid.s̃.de iud.& in.c.j.de reg.iu.in.vj. per Io. An.&.ff.de iniust.test.l.ij.per Bar. & in.l.Gallus. in prin.quinimo si lex noua detrahit iuri cõmuni per verbũ potest,vel per verbum valeat, quod idẽ importat, illa detractio non cõtinet necessitatem in se:imò potest omitti obseruãtia legis nouæ,& seruari ius cõmune,vt no.Io.An.in cle.dispendiosam.in verbo valeat de iud., pro quo facit. de offi.dele.c.cõsuluit.Ecce lex noua,ꝙ in tali causa possit procedi summariè,& sic detrahit iuri cõmuni in solẽnitatibus iudiciarijs:certè poterit iudex isto casu secũdum iudiciariũ ordinẽ procedere:nõ obstãte illa lege noua,vt in cle.sæpe. de ver. sig.& not.Bar.in extraua.ad reprimẽdum,in verbo summariè.nec obst.authẽ. hodie, & incorpore.quia magna est differentia,an tẽpus limitatũ à lege extẽditur per.l.nouã. quia tũc vltra tempus extẽsum non porrigitur permissio, vt.d.authen. hodie.§.j.An verò tẽpus cõcessum à lege restringatur per legẽ nouã,per verbũ permissiuũ: quia tũc illa permissio affirmatiuè prolata vltra tẽpus permissum extẽditur,vt in.q.nostra:& ratio istorum est,quia primo casu apparet mẽs legis nouæ velle corrigere:Secũdo casu nõ.ergo &c. vt in authen.qui.mo.na.effi.sui.§.tribus.C.de app.l.præcipimus.in fi.cũ si.Et ita cõsuluit quidã egregius doctor.do.Ioan.Lodo.de Lambertatis,&bene iudicio meo per prædicta.& vide omnino Bal.in.l. Gallus.in prin.ff.de libe.& posthu.ꝙ vbi lex procedit tradendo regulã,vel dando formã, inducit necessitatem,vnde dicit ipse,si statuto cauetur,ꝙ potestas possit inquirere de maleficijs quibusdã, ꝙ tenetur inquirere,& punitur,si per negligẽtiã non inquirit.in gl.ibi in prędictis cognoscere &c. ista glos.vult, ꝙ si est iudex, qui potest cognoscere,vsq; ad certam summã:licet dicta summa tantùm petatur,si posteà ex natura actionis arbitrarię crescat,& transcẽdat dictã summam,ꝙ iudex de toto non poterit pronũciare: sed certe gl.non dicit verũ,quia videtur dicere cõtra casum.l.fi.§. fi.C.de appel.dic de hoc: vt habetur in.d.l.fi.§.fi. per gl.Bar.& doc.C.de app.& per Flo.in.l.si quis

testamētum.ſ.ad leg. Aquil.& per tex.gl.& doct. in.l.cū quædā puella.§.fi.quoties.ſ.de iur. om.iu. In ea.gl.ibi inſti.de act.§.ſi minùs.dic.vt ibi pleniſſimè tangitur.per Ange.de Aretio.

SVMMAE.

1 *Oſtentum quid, & vnde, & quod teſtamentum non rumpat, eſtò quod prætereatur.*
2 *Ex viro & fœmina monſtrum poſſe generari.*
3 *Similitudo, vel diſsimilitudo infantis, non arguit illū eſſe filium mariti matris, ſed quandam leuem præſumptionem facit.*

LEX XXXVIII.

OSTENTVM. Omne, quod cōtra naturā genitū, vel natum eſt, dicitur oſtētum:& oſtētum eſt etiā,& dicitur duob⁹ modis. vno modo quicquid cōtra naturam naſcitur:alio modo, quod naſcitur prodigioſum.h.d.No.ꝙ † oſtētum dicitur id, quod eſt natum cōtra naturā,& fortè dicitur oſtentū.i.oſtentatum, ab oſtēto oſtētas.i.frequēter, oſtēdo:quia iſta prodigia, vel monſtra cū magna admiratione ſæpiùs oſtēduntur. ¶ In gl. quæ incipit.i.phātaſma.ibi, nec tenetur pater inſtituere.no.ꝙ ſiqs habeat ex vxore ſua mōſtrum, putà vitulū, nō tenetur eum inſtituere : quia nō habet formā humanam, nec ſunt appellādi liberi.Sed ſi habēt formā humanā partim,& partim animalis, crederem, ꝙ deberet diſtingui:nam ſi habet caput hominis,& cætera mēbra animalis, fortè deberet inſtitui.qa ex quo habet caput hominis pōt dici homo, ar.l. cum in diuerſis, cum ibi no.per Flo.ſ.de reli.quia iſto caſu fortè deberet habere animam,& intellectum:ſi verò haberet caput aſininum, & alia mēbra hominis, ſecus per ſupradicta.nec obſt.l.quæret aliqs.ſ.de ſtat.ho.quia ibi loquitur, quando habet eſſe hominis:& poteſt eſſe maſculus,& fœmina, ita ꝙ in ſuo genere, putà, hominis habet eſſe: quia eſt homo:licet in ſua ſpecie nō habeat vnam tantum ſpeciē ſeparatā.Sed in caſu noſtro, etiā in ſuo genere non eſt dare propriū eſſe.¶ Nec obſt. tex.in.l.non ſunt liberi.ſ.de ſtat.ho.ibi, contra formam humani generis cōiuncta gl.vbi habetur, ꝙ illi, qui contra formā humani generis naſcuntur, non ſunt liberi,& gl.dicit quoad hoc, vt pater teneatur eos inſtituere, vel exhæredare:quia intelligo illum tex.cōtra formā, ſcilicet in totū. vt quia erat totus vitulus, vel bos.vt ſentit gl.ibi in verbo prodigioſum, dum glo.dicit, putà vitulus:ſecus ſi eſſet ſolum in parte vitulus,& in parte homo, vt in capite, vt ſupradixi:cogita, quia iſtud nūquam vidi.¶ In ea.gl.in fi, dic, ibi loquitur, quādo eſt relictum matri ſi pariat, iſto caſu licet pariat rem monſtruoſam, tamē conſequitur legatum, vt ibi, quod tamen intellige, vt ibi habet per gl.fi. & per gl.in.l.non ſunt liberi.ſ.de ſtatu homi.videlicet, ꝙ ſi peperit monſtrum propter culpā ſuam, putà quia habuit rem cum aliquo animali bruto (vt faciunt ſæpenumerò Calabri) tunc perdat legatū: ſecus ſi ſine culpa, vt quia cum haberet rem cum homine, cogitabat de aliquo animali irrationabi-
2 li:quia † propter huiuſmodi cogitationes mulieres poſſunt parere monſtrum, vt dicunt dictæ gl. iſto caſu deberet habere legatum. ita loquitur di-
3 cta.l.quæret aliquis.¶ Et ideo dicitur, ꝙ † natus ex vxore, qui multū aſsimilatur marito : nō proptereà poteſt dici, ꝙ ſit filius ſuus, quia poteſt eſſe, ꝙ quādo vxor habebat rem cum aliquo alio, putà curiali : tunc multum cogitabat de marito abſente, ita ſentit Bar.in.l.Gallus.in fi.principij.ſ.de libe.& poſthu.& hoc in terminis tenet Flor.in.l. iij.§.ſciendum.in fi.primę col.ſ.ad exhibendum. vbi omnino vide,& fuit originale dictum Iac.Butri.in.l.ij.C.de Carbo.edicto.licet ibi Mar.dixerit cōtrarium:& hoc erit vtile ad probationem filiationis, vt teſtes non dicātur verè probare, ꝙ talis fuerit filius talis, quia ei aſsimilatur:vt no.in.d.l.ij. Cætera circa hoc dic, vt dicam.ĩ.eo.in.d.l.quęret aliquis. Barpthol.Cæpola Veronen.

SVMMAE.

1 *Subſignare tria ſignificat.*
2 *Verbum ſolere de actu etiam vnico dicitur.*

LEX XXXIX.

SVBSIGNATVM. Iſtud principum eſt clarum.not.text. cum gloſſ. ꝙ ſubſignare accipi-
1 tur † tribus modis : vno modo pro ſubſcribere, vt hîc.Secundo pro ſigillare.Tertio pro obligare, dic vt in gl.¶ Nota text.ibi vti ſolebant.¶ Et
2 adde, ꝙ iſtud verbum ſolitum, eſt † vniuerſale, & verificatur etiam ex vnico actu, vel vna vice tantùm.vt eſt tex.in.l.item Mela.§.j.ſ.de alimē. & ciba.le.& hoc ibi not.Bar.& not.Bar.in.l.j.C.quomodo,& quādo iud.¶ Sed verbum conſuetum, vel vſitatum, nō iam verificatur ex vna vice tantum:ſed de iſto habetur in.l.de quibus.ſ.de legibus.& in.l.j.C.quæ ſit longa conſuetudo, quæ omnia nota pro ſtatutis.

SVMMA.

1 *Bona propriè dicuntur, poſteàquam æs alienum deductum eſt, & nonnunquam non deducto.*

bona

S. BONA. Istum. §. declaraui.s̃. in.l.princeps bona. dic, vt ibi dixi. ¶ Adde tamẽ, ꝙ quoad
1 materiã † bonorum possessionis propriè, & impropria significatione, bona intelliguntur non deducto ęre alieno.vt est casus no.in.l.iij.in fi.principij.ibi propriè bona.&c.s̃.de bo.pos.Et idem credo in hæreditate.arg.l.ij.eo.ti.facit.l.hæreditas.j̃.e.quod not. pro statutis: & vide, quod dicã in.l.bonorũ.j̃.eo.

SVMMA.

1 *Detestari, & obtestari quid.*

DETESTARI.Detestari est protestari absenti coram testibus, & ille dicitur incertus possessor, quẽ nescimus possidere, vel quam partẽ possideat.h.d.cum prin.l.sequen. ¶ In text.ibi detestatio. expone, id est attestatio, vel protestatio secũdum gl & bene. Nam † propriè detestatio, vel detestari est in malam partem aliquid vocari, & est cõtrariũ de obtestatio, quod significat deprecari, id est in meliorem partẽ vocare, secundum Festum Pompeium in suis vocabulis. Et vide omnino Bart. in.l.non solùm.§.morte.ff.de noui oper.nun.&.l.plebs.§.j.j̃.eo.& vide omnino Archi.iij.q.ij.testes.in prin.vbi no. differẽtiam inter detestari, testari, contestari, protestari, obtestari, & attestari.

§.

1 (margin)

SVMMAE.

1 *Certum quod est ad vnum, incertum esse potest ad alium.*

2 *Fallacia est in dictione incerta, similis inquit illi, quod emisti, comedisti, carnes crudas emisti, ergo carnes crudas comedisti. fallacia est in accidente, qualis illa esse potest in numero. quod Titius est, Sõpronius non est. Titius est homo, ergo Sempronius non est homo.*

§. INCERTVS.In gl.ibi incertus esse potest, quam partem possideat. vide Bal.in tit.de pace Constantię, in.iij.col. circa med. ¶ Nota in.§.incertus cũ gl. ꝙ licet quis non posset possidere partẽ incertã.i.aliquã partẽ, quã possidens nescit, quæ
1 sit.vt.l.iij.§.incertam.s̃.de acqui. † pos.tamẽ quo ad alium potest esse incerta, & tamẽ possidẽs erit certus, de qua parte, & isto respectu poterit possidere, & sic erit incertus possessor, quoad nos, ita loquitur hîc. ¶ In gl. in verbo incertus. datur rei vendicatio. Nota, ꝙ rei vendicatio potest dari ad rem incertam: sed extra gl. opponitur cõtra gl. si incerta pars vendicatur, ergo incerta possidetur, cum possessio pariat hãc actionẽ. vt.l.j.C.de alie. iud.mu.cau.fa.&.l.officium.s̃.de rei ven.cũ simi.
2 Sed responde, ꝙ hoc est falsum, † contra.s̃.dictũ: §.incertum. quia hîc est fallacia secundum accidens, quia non sequitur incerta vendicatur. ergo incerta possidetur.ita dicit gl. in.l.quæ de tota.§. incertæ.s̃.de rei vẽdi.Sicut dicitur.quicquid emisti, comedisti: carnes crudas emisti. ergo carnes crudas comedisti: quia ista est consequentia, seu meliùs conclusio, est falsa.

LEX XL.

DETESTATIO. Quid sit detestatio dictum est superius: quare sequitur.§.serui.qui etiam est breuis.

SVMMA.

1 *Seruus tam de fœmina, quàm de masculo dicitur.*

§. SERVI APPELLATIO.§. iste situatur in.l.detestatio. Appellatione serui venit etiã ancilla. hoc dicit. vel sic: masculinum genus concipit fœmininum: & ratio huius textus ponitur in tex.& gl.in.l.inter stuprũ.§.fi.j̃.eo.videlicet, quia
1 † nomen seruus est nomen cõmune ad vtrũque sexum, significatione tamẽ, non voce: sed de hoc dic, vt ibi dicam: & dixi.s̃.eo.l.j.& ibi Bar.

SVMMAE.

1 *Familiæ nomine, qui comprehendantur, remissiuè.*

2 *Vnum, vel duos familiam non efficere. quot autem familiam efficiunt, remissiuè.*

3 *Vt tres collegium, ita familiam possunt efficere.*

4 *Vnius inclusio est alterius exclusio.*

5 *Stirps, proles, prosapia, & progenies, idem significant.*

6 *Filius filiæ, an sit nepos auo materno, remissiuè.*

7 *De sobole, & prole, ac posteris, remissiuè.*

S. FAMILIAE. Filij veniũt appellatione familię.h.d.primò cõcordat.l.quod si nolit.§.idẽ Pedius ait.
1 ff.de ædi.edic. Sed † qui veniant appellatione familiæ.vide in.l.fi.C.de verb.sig.& de pluribus nominibus vide Bald.in.l.in filijs.C.de curatoribus.libro x.& Bald. in ca.si pater. de te-
2 stamẽtis in.vj. ¶ Item vnus † vel duo non faciũt familiã.h.d.secundo.Sed vsq; ad quos extendatur hoc nomen familia? vide authen. de resti.fideicõmissi.§.codicillum.&.§.seq. &.C.de verb.sig. & l.fi.&.l.pronuntiatio.j̃.e.Ex quo not. si ex forma statuti, vel decreti superioris, quælibet familia teneatur mittere vnum de ipsis, vel alium pro ipsis

ad bellum, & duo tantùm ſtant in vna domo, ꝙ illi non tenebũtur, quia illi duo non faciunt familiam, per iſtum tex.not. Secus ſi eſſent tres, vt dicit hîc gl.fi.& dicam cum ea ibi,& ſic facit etiã ad plura ſimilia.ſed vide Bal. in.l.iubemus.§.ſin autem.in fi.C.ad Treb.qui dicit,ꝙ appellatio familiæ in vno verificatur.¶ In gl.j.in verbo familiæ. in fi.adde alium tex.in.l.ædiles etiam.§.j.familię. ſ.de ædi.edic.¶ In gl.ſeq.ibi,turbam,& ibi,nec rixam.vide omnino gl.& Bal.in.c.j.§.ſimiliter.circa fi.primæ col.in ti.quib.mod.feu.ami. de iſtis & alijs plenè dicam in.l.Neratius.ĵ.eo. ¶ In ea.gl. in fi.dic,hæc ſol.eſt ſatis bona.¶ In gl.fi.in verbo fa-
3 ciunt.in fi.iſta gl.vult,ꝙ † tres faciant familiã,ſicut tres faciũt collegium.arg.l.Neratius.ĵ.e.& ibi hoc etiã tenet gl.& credo,ꝙ ſit verum:& de hoc hîc videtur caſus. Nam ſi dicit, ꝙ vnus, vel duo non faciũt familiam,ergo tres debent facere:quia
4 †qui vnum dicit,aliud videtur excludere.l.maritus.C.de procur.&.l.cum prætor.ſ.de iudi. & in c.nonne.extra de præſump.cum ſimi.¶ De proſapia,in.l.ſi quis ex corpore.de murilegulis.lib.xj. C.De latere,ſiue ſtirpe,quid importet.dic deſcẽ-
5 dentes,quaſi idem † ſit ſtirps, proles,& proſapia. vide de iſtis Lodo.de Roma, in.l.j.ff.ad Syllanianum: Collaterales enim non ſunt ſtirps eius, ſed aſcendentes:quia omnes ſunt de ſtirpe: & de iſta ſtirpe habetur in.l.ſi quis in ſuo.C.de inoffi. teſta. & ibi per Bal. ¶ Itẽ de ſtirpe fit mentio in.l.ij.C. de ſuis,& legi.vnde duo fratres habẽtes vxorem, quiſq; eorum ſuam ſtirpem habet,vt ibi,licet ipſi ambo dicãtur de ſtirpe patris ſui. ¶ De progenie in.l.fi.C.de emanc.lib.de genere gente,& generatione habetur in.c.ſtatutũ.de hæret. & de pœnis. in.c.vbicũq;. & quod not. in.l.cum acutiſsimi.C.
6 de fideicõ.¶ An † nepos ex filia dicatur de generatione aui.vide Modernos in.l.j.C.de cõdi.inſer. & Pau.de Caſt.ibi,& in.l.lege.xij.tab.C.de legiti. hæred.qui tenuit,ꝙ ſic,dic, vt ibi. De latere,quia apud multos nominatur colonellum eſt dubiũ, quia fratres dicuntur de eodem latere. Hinc eſt, ꝙ dicuntur collaterales.l.iuriſconſultus.§.ſunt ex collateralibus.ff.de gradibus.Et licet frater ſit de latere patris,non tamẽ ſunt de latere matris,imò vnuſquiſq; facit ſuum latus, & colonellum, ſicut ſuam lineam:dicendum eſt,quòd cõiuncti nobis ex latere non ſunt ex noſtra linea.ff.de gradi. cogna.l.j.& inſti.eo.in prin.licet ſint ex linea aui, & proaui.vt.C.de bo.mater.l.j.&.ij. & etiã cõſuluit Bart. Et ſic non ſunt de noſtro latere,licet ſint de latere aui, vel patris noſtri: ex hoc dicitur, quòd ſi cõdemnatur, vel bannitur Titius, & omnes de latere ſuo,nõ intelligitur de fratribus eius, vel de natis ex fratribus,vel ſororibus ſuis.¶ De ſobole habetur in.l.fi.C.de bonis damnatorum.& in.l.j. ff.ſol.mat.De prole,vide tex. & Bal.in.c.j.in ti.de gradibus ſuccedẽdi in feudum,& quod ibi ſignaui.& habetur in.l.officialis.C.de epiſc.& cle.& in l.ne diutiùs.C.de agri. & cenſit.lib.xj.& in.l.ij.C. de infantibꝰ expoſitis.De poſteris,vide.l.quod his verbis.§.fi.ff.de leg.iij.Sequitur lex armorum.

SVMMAE.

1 *Armorum appellatio quid propriè, vel impropriè contineat.*

2 *Lapides,fuſtes,& cultelli non prohibentur per ſtatutum prohibẽs arma.ergo propriè arma nõ ſunt.*

3 *In percutiente,fuſtis, lapis,& cultellus arma ſunt.in portante verò,non ſunt.*

4 *Paruus cultellus,& temperatorium,arma non ſunt, quia in talibus rei finis, ſeu aptitudo inſpicitur.*

5 *Officialis, quandiu eſt in officio, poteſt arma ferre, etiam de mandato inquiſitoris.*

6 *Statutum prohibens arma,non prohibet defenſibilia, qualis lorica eſt,galea,clypeus,vmbo, & ſimilia.*

7 *Arma vnde dicantur.*

8 *Arcus,& ſagitta,an non ſint arma.*

9 *Calcaria arma non ſunt.*

10 *Dentes arma ſunt(ait)diſtingue autem.*

11 *Equus non eſt arma.*

12 *An credatur ſeruienti dicenti ſe quenquam vidiſſe arma portentem.*

13 *Conceſſione armorum vni facta, an cõcedantur eius conſorti,in quo eſt eadem ratio inimicitiæ.*

LEX XLI.

ARMORVM APPEL
1 latione. † Appellatiõe armorum veniunt gladij:galeæ, fuſtes: & lapides.h.d.Cõcordat gl.xxiij.q.viij.clerici.& glo.in verbo ferrũ,in.c.ita quorundam.extra de Iudæis.vide Lodo. de Roma, plenè in.l.j.§.occiſorum.ff.ad Syllanianum, vide Cardi.in cle.ne in agro.§.præfatæ. de ſtatu monach. & plenè per Ioan. de Anania in.c.ita quorũdam. extra de Iudæis,& Sarracenis.¶ Nota, quod dixi in ſummario,quod eſt verum ex extenſione vocabuli,non autem ex voce,vel figura verborum, & ſic impropriè,maximè quoad galeas, fuſtes,& lapides,& ad omnia,quæ nocere poſſunt, vt.l.armatos.ſ.ad legem Iul. de vi public. quia iſta propriè non ſunt arma.de hoc allegat glo.not.in clemen.j.in.§.quia verò nonnulli.in verbo arma.de ſtatu monach.Sed tu dic,quòd de hoc videtur caſus hîc,dum dicit ſignificari,nõ autem dicit contineri.

tineri, & probatur clarius in dicta.l.armatos. ibi
intelligere debemus,quod verbum scilicet, intelli
gere est fictionis,non proprietatis.vt est tex. cum
gl.in.l.qui à seruo.s̄.de act.& obli. & facit, & not.
Bal.in.l.quoniam.s̄.de his qui no.infa. & est glos.
not.in.l.hæres quãdoq;.ff.de acqui.hæredi.& hoc
not.Bal.in.l.furti.circa princ.s̄.de infa. vbi omni-
no vide de isto verbo intelligere. Et vide quod di
cam in.l.intelligẽdus.j̄.e.Facit etiã in simili.& vi-
de omnino,quod dixi in.l.nec emptio.in secunda
oppo.s̄.de contrahen.emp.glo.in.l.j.§.deiecisse.s̄.
de vi,& vi arma.& glos.in.l.si pater filio.in verbo
ipse fecisse.s̄.de his,quæ in frau.cred.& gl.in.l.j.§.
cum addicit.in verbo alia.de verb.obli. Quod be
ne not. pro statutis punientibus portantes arma,
2 vel delictum factum cum armis,† vt non cõpre
hendantur fustes, lapides,& similia,& hoc etiã te
net Ang.de Aret.insti.de actio.§.ex maleficijs in
materia,vi bo.rap.Et quòd fustes, & lapides non
dicantur propriè arma,est gl.in rub. de Fabricen
sibus.in fine.lib.xj.quæ vult,ꝙ sicut cultelli parui
non veniunt propriè appellatione armorũ,mul-
tò minus veniunt fustes, & lapides,quod not. Et
adde secundum Lodo.quòd Ioan. An. in suis re-
portatis,illam glo.in dicta cle.j.de statu mon.sin-
gulariter notabat,quòd id,quod dicitur, ꝙ appel
latione armorum cõtinentur lapides,&c. vt.s̄.est
verum post factum.s.maleficium:secus autẽ dicit
esse ante factum,id est cõmissum maleficiũ : quia
tunc non cõtinẽtur,quod perpetuò est menti te-
nendum secundũ Lodo.ad statuta facientia men
tionem de armis:adde tu:quia si dicit statutum:si
aliquis fuerit inuentus cum armis, & similia,non
habeat locum statutum in fustibus, & lapidibus:
3 si autẽ dicat † si quis percussit,vel deliquerit cum
armis,& tunc etiã habebit locum statutũ etiam
in fustibus,& lapidibus.Et sic si bene perpẽdis est
contra id, quod statim dixi secundum Angel. de
Aretio,vbi dixi,ꝙ etiam non verificatur dictum
statutũ in delicto facto cum armis.Sed ego credo
primũ dictũ,scilicet domini Ang. verius per tex.
& glossas superius per me allegatas, qui probant
non propriè,indistinctè fustes,& lapides cõtineri
appellatione armorũ,cogita.& ita indistinctè di-
xit Ang. de Perusio in.l.si pignore.§.furem.s̄.de
fur.¶ No.tex.ibi gladios expono, id est enses, vel
cultellos magnos,vt sunt rusticorum. secus est in
cultellis paruis,vt sunt illi ad incidẽdum panem,
vel moderatoria ad moderãdum pẽnas: quia ista
4 non veniunt appellatione † armorum, allegatur
ad hoc gl.singularis in authen.de armis.§.pe. Sed
tu adde aliam,quæ non allegatur in rubr.C.de fa
bricensibus.lib.xj.& ibi eam ad hoc not. Bart.&
probatur in.c.lator. extra de homicidio.coniun-
cto.c.ij.clerici.extra de vita,& honest cle. & vide
Flo.in.l.qua actione.§.j.s̄.ad le.Aquil. & facit qđ
not.Bal.in.l.fi.C.de ædil.act.Et ratio huius potest
esse : quia semper inspicitur natura , & aptitudo
rei,vt est gl.not. in.l.ij.§.j.in verbo per speciẽ. cir
ca fi.s̄.si cer.pet.& ibi no.Sed paruus cultellus,vel
moderatorium nõ sunt inuẽta, nec apta ad offen
dendum,sicut alia:& pro hoc facit.l. pediculis.§.
argẽto.ff.de auro,& argen.leg. per quem.§.dixit
ibi Bar.Quòd si statutũ imponit pœnã cuicunq;
portanti arma offendibilia,& quidã portat arma,
quæ offendibilia, & defendibilia esse possunt, vt
tabulatium,an punietur?& dicit, ꝙ debet inspici
cõsuetudo, ad quẽ vsum tabulatiũ portatur:not.
5 ꝙ inquisitores possunt † habere officiales arma-
tos,quãdiu deseruiunt in officio secundum Pau.
ita dicit Ioan.de Imo.in cle.volentes. in.vij.col.in
fi.in ver.in gl.cõcessiõe.de hære.ex quo not.ꝙ in-
quisitores possunt facere portare arma. Sed quid
de lorica,vel scutis,vel etiã galeis, an ista veniant
appellatione armorũ propriè? dicas ꝙ non , quia
quia ista propriè sunt ad defendẽdum:nõ autem
ad offendẽdum,& similia:& ideo si statutum im
ponat pœnã portanti arma:non cõprehendet ar
6 ma † defensibilia ita not.voluit Bar. i l.j.s̄.ad leg.
Iul.de vi publ.& Lodo.de vrbe.clarius in.l.j.§.oc
cisorum.ff.ad Syllanianum.& Ang.de Aret.in.d.
§.ex maleficijs.Sed ego reperio Festum Pompe-
ium in suis vocabulis tenẽtem contrarium. dicit
enim ipse,ꝙ arma propriè dicuntur ab armis, id
7 est † humeris depẽdentia,vt scutum,& gladius,
& pugio,& sicca,& pro hoc videtur casus in.l.ij.
C.quę res expor.non debent.ibi loricas,scuta cõ-
iuncto ibi,vel alterius cuiuscunq; generis arma.
Sed potest dici,ꝙ ibi largè capiũtur arma omnia,
quæ hostes barbaros validiores facere possent, vt
dicitur ibi,eos vt validiores.Sed in statuto cõside
ratur solùm , ne quis veniat ad arma, & aliquem
percutiat , ad quod arma defendibilia non indu-
cunt,sed solùm offendibilia : itẽ etiã allego.alium
casum in.l.qui commeatus.§.arma alienasse.ff.de
re mili.vbi appellatione armorum, veniunt tibi-
alia,id est legambere,& humerale, id est lispalati,
& lorica,& scutum,& galea,& gladius: licet quo
ad pœnam alienationis tibiale,& humerale diffe-
rant ab alijs,vt ibi est tex.multùm notabilis, vide
omnino de hoc per Albe.de Rosa.in secunda par
8 te statutorum.cxxj. Sed quid † de arcu cum sa-
gitta?an veniant appellatione armorum propriè?
glo in cle.j.de statu monac.in verbo arma,sentit,
ꝙ non.Ego autẽ credo,ꝙ sic,quia natura, & apti
tudo arcus est ad nocendum.ergo vt dixi.s̄.in si-
mi.Item quia vulgariter apud nos dicitur,iste ar-
cus est bona arma:quia facit stare inimicos à lon-

gè.ergo habebit locum etiam in statutis. arg.not. in.l.librorum.§.quod tamẽ Cassius.de lega.iij. & in.l.Labeo.s̃.de supel.leg.& de hoc ego allego casum notabilẽ in dicta.l.ij.ibi arcus sagittas, & ibi, vel alterius cuiuscunque generis arma.C.quę res expor.non deb.& etiam tex.apertum in.c.notabili.de pœ.di.j.ibi, dẽtes eorũ arma, & sagittas. &c. licet posset dici, ꝙ imò iste text. probat cõtrariũ. Nam ibi ponitur copula &, inter, inquã, arma, & sagittas. ergo quia copula &, semper ponitur inter diuersa, vt est gl.in rub.ff.de iur.& fact. ign.

9 Sed de calcaribus † dic, ꝙ non veniunt appellatione armorum, vt in dicta cle.j.§.j.cum.§.præfatæ.de statu mona.& sic statutum loquens de armis, non verificabitur in calcaribus. Sed quid de dentibus? an veniant appellatione armorum? dic,

10 ꝙ sic.† tex.est notabilis in.d.c.noli.de pœnitẽtijs. dist.j.ibi, dentes eorum arma, & sagittas. Et ideo Bar.forte malè dixit in consilio suo, quod incipit statuto ciuitatis.clxv.quod aliâs incipit. Visis statutis.vbi dicit, ꝙ statutũ de vulnerante cũ armis non habebit locum in vulnerantibus cum dentibus: quia armorum appellatione non cõtinentur dentes secundum eum, nisi salues ipsum, ꝙ fortè loquitur de cõmuni vsu loquẽdi, qui semper debet attẽdi, & inspici.vt.l.Labeo.§.idem Tubero. de supel.leg.de quo vsu nõ videtur, ꝙ appellatione armorum contineantur dentes, secus autẽ de iure communi.vt dicto.c.noli. & vide quod pleniùs scripsi.in.l.cui dens.de ædil.edic. Sed quid de equo? an veniat appellatiõe armorum? dic, quòd nõ. casus est in.c.ij.ibi equis, vel armis, de duobus fratribus de nouo inuestitis.secũdum Bal. in conclusionibus feudorum.in illo tit. vbi subiungit notabiliter dicens, quòd si quis in armis existens in equo, & insultans non dicitur facere insultum.c. cum armis. Adde tamen, quòd si aliquis legaret equum suum armatum, quòd continentur arma equi non hominis: quia sunt digniora. argu.l.vetus.ff.de vsufructu, & ibi hoc not.Flo. & Bald.in l.j.C.de verborum significatio. vbi omnino vide

12 in pluribus quæsti.similibus. † An credatur nuncio, seu militi potestatis referenti se vidisse, vel inuenisse aliquem portare arma.vide Bartol.qui dicit, quòd sic, in.l.diuus.ff.de custodia reorum: & ita practicatur in ciuitate Veronæ.¶ Aduerte ta

13 men ad vnum, quod est notabile. Quòd † si est concessum vni nobili de vna domo, quòd possit portare arma, contra generalem prohibitionem, quòd extendetur etiam ad alium consortem in quo est eadem ratio inimicitiæ: & defensionis: ita notab. dixit Flor.in.l.final.cum ex pluribus.suprà de quibus rebus ad eundem iud. eatur. ¶ Adde etiam, quòd ille, qui portat arma præsumitur habere malum animum, vt est gloss.notabilis, in capitu.mercator.& ibi Bald. in titu. de pace tenenda, & eius violator. An appellatione armorũ comprehendãtur arma defendibilia? vide Bartolum, in.l.j.ff.de vi public.& Lodoui.de Roma.in.l.prima.§.occisorum.ff.ad Syllanianum. & vide Angel.de Aretio institu.de interdictis.§.recuperandæ.in penultima colum.in gloss. prima. ibi.§.telum. quid sit telum, & quid veniat appellatione teli.vide omnino, quod dicam latè. in.l.si eam etiam.in.§.telum. in vltima charta. infrà eodem. His expeditis congruè subijci potest materia statuti de armis non portandis. Et aduerte, quòd si statutum dicat, quòd tenens arma per ciuitatem soluat decem: an tenens sub porticu debeat puniri? vide Bald.consi.xxij.& vide, quod dicam.l.qui neque.§.solutum. infrà eo. Barptholomæus Cæpola Veronen.

SVMMAE.

1 *Probrum, & opprobrium quotuplex.*

2 *Furtum, & adulterium esse de iure naturæ prohibitum.*

3 *Ius naturale pro iure gentium ponitur.*

4 *Statutum de odio, & fauore loquens, secundum quod ius est interpretandum.*

LEX XLII.

1 PROBRVM &c. Idem † significant probrum, & opprobrium, & probra possunt esse, & naturaliter, & ciuiliter. hoc dicit. ¶ Nota, quòd fur-

2 tum, † & adulterium est prohibitum de iure naturali, vt hîc. & in.l.j.in fine.suprà de furtis.& de iure diuino.vt hîc, in glo. facit tex.in.c.& si Christus.§.quædam.extra de iureiuran.vbi omnino, vide glo.in verbo quædam, quæ declarat istũ text.¶ Et quod dixi de iure naturali expone, id est de iure gentium, quod idẽ est cũ iure naturali, vt in.§.singulorũ.instit.de re.di. ¶ Et

3 adde, ꝙ † istud ius naturale nemini, licet ignorare.vt.l.venia.C.de in ius voc. ita etiã dixit gl.in.l. si adulterium cum incestu.§.j.s̃.ad legem Iul. de adulte.etiam si sit fœmina, vel rusticus, vt est glo. notabilis in dicta.l.venia. nisi caderet ignorantia ex facto iustissimo, vt.l.qui contra, & ibi omnino.vide gloss.C.de incestis nupt. & vide etiam omnino gloss.in dicta.l.si adulterium.§.primo. in verbo, cum aliâs. ¶ Et ad prædictam gloss. in dicta.l.venia.nota bene, quòd vbi in statutis tractatur de odio, vel fauore, debet fauor, vel odium

4 odium † interpretari potius secundum ius ciuile, quàm secundum ius naturale, vt colligitur ex glo.iij.in.l. libertum.C.de nuptijs.ita reperio Flo.tenere in quadam apostilla sua. Sed certè si illa glos.bene ponderetur, non probat, quia loquitur in casu suo.

SVMMAE.

1 *Victus appellatione comprehenduntur, quæ sunt necessaria ad corporis sustentationem.*

2 *Victus appellatio an vestem contineat.*

3 *Medicamenta num appellatione victualium comprehendantur.*

4 *Legatis alimentis, an comprehendantur disciplinæ legatarij.*

5 *Alimentorum appellatione an cōtineatur habitatio.*

6 *Vita multis modis capitur.*

7 *Medicina num veniat alimentorum appellatione. & numero 11.*

8 *Victus appellatione an vestis veniet. Item quid appellatione vestis contineatur, nu. sequen.*

10 *Stragula quid.*

12 *Stratum quid contineat.*

L E X XLIII.XLIIII.& XLV.

1 VERBO VICTVS. cōtinētur &c. Appellatione † victus veniunt omnia ea, quæ sunt necessaria homini ad cibū potū & cultū, & vide gl.j. xxxj.di.omnino. vide glos. in verbo vitę, in.c.conquerente.extra de clericis nō residentibus. & stratum dicitur omne vestimentum, quod in terram sternitur, vt tapeta, & appellatione victus non venit stragula.i.tapetū.h.d.cū duabus.ll.sequētibus vsque ad.l.pronunciatū. An appellatione victus veniat vestitus.vide omnino glo.xxxj.dist.omnino.in glo.j. ¶ Nota quod dixi in summario.quod limita singulariter.nisi quādo apponitur verbum expensa, cum verbo victualium, quia tunc appellatione expensarum victualium cōprehenduntur solùm illa, quæ consistunt in cibo, & potu.non autē alia necessaria personæ. vt not.doc.in.c.si episcopus.de officio ordi.lib.vj. & hoc tenet dominus meus Ioā.de Anania in.c. sicut olim.ante finem.extra de accusatio, quod bene not.quia vtile est pro testamentis, & alijs dispositionibus in quibus cōtinetur, quòd quis debeat habere expensas victualium, & est notabilis limitatio ad istam.l. ¶ Adde tu, quòd appellatio-
2 ne † victualium etiam si non addatur verbum expensa non venit vestis, vel lectus, sed solùm ea quæ consistunt in cibo, & potu, & de hoc ego allego casum singularem in.l.præsenti.circa principiū.ibi aut victualiū rerū, aut vestis negetur, aut requies.i.lectus.C.de his, qui ad eccl.confug. quia inter ista ponitur disiuncta aut, quæ semper ponitur inter diuersa vt.l.hęc verba ille, aut ille.§.eod. Itē appellatione victualiū veniūt etiā distributiones quotidianæ vt est tex.cū gl.c.ex parte.j.extra
3 de clericis nō residen. Sed † an appellatione cibariorū veniant medicamenta? dic ꝙ nō vt probatur.in.l.sicut impendia.s.de vsufru. secundū Flo. ibi sed appellatione alimentorū bene cōtinentur medicaméta.l.si cum dotem.§.si autē in sæuissimo.sol.matri.de quo per Flo.in.d.l.sicut impen-
4 dia. ¶ Sed † an appellatione alimētorum veniāt ea quę pertinent ad disciplinā legatarij? dic vt per Flo.in.d.l.sicut impendia, & quod habetur in.l.legatis.de ali.leg. & ibi per Bar. & Bal.in.l.filium.ff.
5 vbi pupillus educa.debeat. Item appellatione † alimentorū venit etiā habitatio.l.veluti in fin. & ibi
6 Ang.ff.de serui.rusti.prædiorū: adde, ꝙ † vita capit multis modis, vt habetur per Bal.in rubrica. extra de vita, & honesta.cleri. qui subdit ꝙ vita aliquādo intelligitur pro his, quæ sunt ad victū. id est pro cibo, & potu. & alijs necessarijs, quæ ce
7 dunt in viam nutrimēti. Et de medicinis † est dubium, vtrum contineātur verbo victus, & dicendum est, ꝙ sic, si sufficit modica impensa: licet nō contineantur nomine alimentorū: quia non est alimentū, nisi quod conuertitur in nutrimentū, non id, quod vadit in secessum.id est quod nullo modo conuerti potest in naturā: vnde si testator legat vxori vitam, vel victum in domo, intelligitur de medicinis secundū quosdā: & vide omnino glo.fi.in.c.ex parte.extra de celebra. missarū, sed alij dicunt ꝙ istud legatum est benignè interpretandum. vt.ff.sol.matr.l.si cum dotem.§.sin autē in sęuissimo. & arg.ff.comodat.l.in rebus.§. possunt, vt debeantur alimenta, non solum sibi, sed etiam familiæ sibi necessariæ.arg.ff.de iudicijs l.non alijs.Bald.in rubrica de vita, & honesta.cle. in secunda columna: in principio & vide omnino docto.in dicto.§.sin autē in sęuissimo, & apostillam meam.ibi in text.vide Barto.in.l. legatis. ff.de alimentis & cibari.legatis. & quod ibi signa-
8 ui. † ¶ Nota, quòd appellatione victus venit etiā vestis, & vide glos.in verbo vitæ in.c.conquerente, extra de cleri.non resi. Quæ autem dicatur vestis, & quotuplex vide per text.not.in.l. vestis. ff.de auro, & argento legato. & dicam latè infrà eodem.l.vestis. ¶ Vnum tamen pro nūc nota.
9 quòd † appellatione vestium veniūt etiā ea, quæ super eis posita sunt, vt.d.l. vestis.in principio. Et ideo si maritus legat vxori suæ vestes, veniunt

etiā,quæ sunt in eis posita ita not.dixit Bart.in.l. vnica.C.nulli licere ī frœnis equestri.li.xj.¶ Nota in .l. instratum, quòd stragula venit appellatione vestis. & quæ sit stragula dicam statim. Not.tex.ibi accipiemus nō stragulā,quia hîc pro-
10 batur† ꝙ stragula non est vestis,quia vestis venit appellatione victus,nō autē stragula cōtra id,qđ
11 statim dixi.s̄.¶ Sed† pro solutione dic,ꝙ stragula dicitur omne id,quod sternitur in terrā ad cubādū à sternēdo dicta.Et ꝙ duo sunt genera stragulorū.quędā sunt sine quibus viuere nō possumus,vt sunt lecti:& istæ veniūt appellatione victus,sicut vestis,vt:l.quod nos hostes.§.verbū viuere.j̄.eod. & isto modo largè potest esse vestis. Quædā sunt sine quibus stare possumus,vt tapeta,& cortina,& ista nō veniūt appellatiōe victus, vt vestis,& sic non sunt vestes:ita loquitur,& sic nō obstat dict⁹.§.verbū viuere hîc allegat⁹ in gl. Et ista solutio colligitur expressè ex glos. in dicto §.verbū viuere quę dicit veritatē.¶ Nota in.l.cętera ibi viuēdi,curādive,ꝙ hîc videtur casus, ꝙ
11 appellatione victus veniūt etiā medicinę:quia† p eas nos dicimur curari.In cōtrariū videtur tex.in l.cū antiquitas circa prin.ibi vel victus necessarij, vel potionis oblatio vel medicaminis datio.C.de testa.qa intervictū, & medicamēta ponit dictio vel,quę solet cadere inter diuersa.l.gñaliter.C.de insti.& substi.sub cōd.factis.&.l.hęc verba ille,aut ille.j̄.e.Cogita,vide etiā tex.in.l.si cū dotē.§.sin autē in sæuissimo.ff.so.matri.¶ In glo.j.ibi sed ibi in amittēdo.dic,ꝙ licet hæc solutio sit satis bona, tñ melior est solutio,quę ponit in cōtrario.in.§.q trāsigit.videlicet ꝙ ibi est speciale fauore alimentorū:quia in alimētis multa sunt specialia, vt habetur in tota.l.cū hi.s̄.de trāsactio.¶ In gl.in verbo,stratū.ibi nō autē illud quod induat.Not.glo. ꝙ appellatione stratus,& sic tapeti, vel culcitræ
12 † nō venit vestis,qua quis induitur nec econtra, quia glo.dicit,ꝙ hæc sunt diuersa,dic vt.s̄.dixi.cętera de hoc vide ꝙ dicā in dicto.§.verbū viuere.

SVMMAE.

1 *Pronunciare, & statuere idem esse, & ad quem spectent,& quo accipiantur modo;siue quid denotent.*

2 *Decernimus quid importet.*

3 *Verba censemus. sancimus, & edicimus quid significent.*

LEX XLVI.

PRONVNTIATVM. Pronūtiare,& statuere idem significant &
1 vtrunq; spectat† ad eos,q̄ habēt ius cognoscendi.h.d.In gl.j.ibi ꝙ in cōmuni generaliter decernit.Not.gl.de proprio significatu verbi statuimus.Et adde quod.j̄. statim dicā.¶ In ea.gl.ibi pronūtiari in sentētijs,subaudi propriè dicitur.Et sic not.ꝙ pronūtiare propriè spectat ad iudicē in sentētijs.adde quæ not.j̄. in.l. censere.j̄.eo.¶ In ea gl.in fine.Not.gl.quę vult,ꝙ verbū,statuere spectet etiā ad illū.qui habet merū imperiū per.l.nulli.C.de sentētijs.¶ Extra gl. adde,ꝙ verbū statuimus,denotat noui iuris dispositionē.vt not.gl.in.c.statuimus.de officio de leg. li.vj.in gl.j.& no.gl.in.c.vt litigātes.de officio or. eo.li.in verbo statuimus.& not.gl.in.c.j.vt lite pēdente.eo.li.in verbo statuimus,& not.gl.in cle.statutū.de electione in verbo declaramus,quæ facit differētiā inter verbū statuimus &verbum declaramus.alibi autē in tex.ista duo.circa idem dispositū se cōpatiuntur in.c.iusto.de cleri.ægro.li.vj. vbi.d.Dominic⁹ de sancto Geminiano,dicit not. ꝙ nō semper denotāt,quod supra dictū est adde, quod statim dicā.¶ Verbū verò decernimus, est
2 † noui iuris promulgatiuū.vt est gl.in cle. quāuis rigor.in verbo decernimus.de appella.& glos.in cle.per literas.in verbo decernimus. de præbendis.de quo verbo etiā doc.aliquid ponūt in.c.decernimus.de iudicijs.vbi Io.And.dicit,ꝙ per hoc verbū proditur ius nouū.&.d.Flo.secundū quod reffert Abbas de Sicilia in lectura sua dicit,ꝙ ver bū statuimus & decernimus idē importāt,& per vtrunq; inducit nouū ius.dñs autē Abbas aliter loquit in dicto.c.decernimus dicēs,ꝙ debet attēdi in his verbis,& similibus,materia subiecta.vnde si materia est noua,erit ius nouū,secus,si est antiqua: quia verba debēt appropriari secundū subiectā materiā.allegat.c.rogo.xj.q.iij.& glo.not.in Cle.iusta.in verbo cēsemus de cōcess.prębe n.pro quo etiā tu allega.l.si stipulatus cū gl.ff.de vsuris. ¶ Vbi autē materia est dubitabilis, dicit fore recurrēdū ad propriū significatū verborū, allegat quod not. Bar.in fi.in.l.omnes populi.ff.de iusti. & iur.facit.l.non aliter de leg.iij.¶ Verbum censemus.quot significata habeat,ponit glos.notabilis in cle.iusta.in verbo censemus.de probationibus & in dicta cle.iusta.de concess.præbendę.¶ Ver-
3 bum Sācimus.est verbum† Imperatoris,vt not. glos.& ibi Bal.in.c.j.in tit.de constitu.feud.domini Loth.in vsibus feudo.¶ Verbum edicimus, inducit nouum ius, sicut verbum decernimus, vt in cle.j. monasteriorum. de rebus eccle.non alienan: vbi vide per doc.& maximè per Cardi. Zaba.in prima quæstione.

SVMMA.

1 *Matremfamiliâs boni mores constituunt.*

Matrem

S.MATREM FAMI. Illa quæ honestè in domo viuit, dicitur materfamiliâs cuiuscũq; cõditionis, aut status existat. h. d. ¶ In glo. in verbo. boni mores. ibi sed strictè pro fœmina. &c. dic, & in hac significatione acciperetur in statutis. materiã autẽ huius. l. dicam. ĩ. eo. in. l. pronũtiatio. §. familiæ. dic vt ibi. Bar. Cæpo.

SVMMA.

1 *Liberatio & solutio idem. in aliquo tamen differunt.*

LEX XLVII.

LIBERATIONIS. Liberatio, & solutio idẽ in effectu significãt, quoad substantiã obligationis, & quoad personã obligatã, nõ quoad modum dissoluendæ obligationis. h. d. text. cũ gl. & sic tollũtur omnia cõtraria. Adde hîc quod not. Bar. in. l. huiusmodi. §. si ita. de leg. primo.

SVMMAE.

1 *Non ducantur per vim ad iudicem, qui eius iurisdictioni non subsunt.*

2 *Nemo inuitus de domo sua extrahi debet. intellige pro causa ciuili.*

3 *Agricultor nõ debet etiã extrahi pro debito ciuili.*

4 *Statutum prohibens tenere arma per ciuitatem an per hoc prohibeat tenere in porticu. remißiuè.*

5 *In porticu factũ vel in limine domus an dicatur factum domi.*

6 *Scalæ, siue gradus, qui sunt extra domum: estò quod coniungantur illi, non sunt de domo.*

7 *Debitor in domo aliena capi potest, nisi sit conducta, quia tunc per conductionem efficitur quodammodo conducentis.*

8 *An quis poßit capi in apotheca concludit affirmatiuè. leges enim quæ disponunt de domo non habent locum in apotheca nu. 9.*

10 *Citatio ad domum facta in quibusdam casibus valet.*

11 *An aliquis poßit capi pro debito vel citari in hospitali. dic quod non quia est domus communis.*

12 *Potest quis de domo extrahi etiam per capillos, vbi principium factum est foris nomen familia ponitur hîc pro seruientibus.*

13 *Principij si licitum est) non illiciti finis habenda ratio. ex quo hîc iudicandum ex principio nõ ex fine. quid autem contrà, remißiuè, quod maximè notandum est contra delinquentes, & in ecclesiã an non inde capi poßint. & nu. 14.*

15 *An de tugario seu (quod vulgares dicunt) cabana, quis capi poßit distinguẽs, & quid de naui an inde quoque debitor sit educẽdus videtur conclude re nauem domum esse. ergo &c.*

16 *Debitor, vel fortasse criminosus presbyterum portãtem corpus Christi amplexans an capi poßit remißiue.*

17 *Debitor an poßit capi in ecclesia & in domo episcopo dic, quòd non.*

18 *Delatus vel per familiam, hoc est seruientes, extra ecclesiam captus & per illam ductus an poßit proclamare immunitatem, seu quod vulgò aiunt franchiziam, remißiuè.*

19 *Factum prope domum, aut in via domui contingua num dicatur factum in domo. & quid dicitur esse factum in domo.*

20 *Pactũ quod quis pro debito capi poßit an non valeat.*

21 *Domorum appellatione an contineantur habitationes fratrum religiosum.*

22 *Cautela pro debitore de domo extrahendo.*

LEX XLVIII.

QVI NEQVE. S'E. Istud principiũ legitur tribus modis in gl. vno modo. ꝙ hęc. l. erat rubrica. in libro. Gai. & id quod sequitur scilicet Solutum. &c. erat de textu. & secundũ istã lec. subaudias hîc in textu. s. soluti sunt, & ista expositio est satis bona. Sed non credo ꝙ fuerit rubrica. Secũdo modo legitur in gl. s. ꝙ velit dicere iste text. ꝙ ille, qui non debet vocari ad aliquẽ iudicem, quia est exẽptus à iurisdictioe sua, nõ debet duci. sub-
1 audi tu (& istud cõstat) quia † fortè erat alterius territorij, & tunc si ille vocatur, nõ debet deduci ad eũ per vim, & ita subaudiãtur prædicta verba in textu. Et adde tu, ꝙ secus esset, si esset dubium de iurisdictione: quia tũc saltẽ allegaturus priuilegiũ suũ deberet venire vt. l. siquis ex aliena. ſ. de iudi. & ibi not. & in. l. ij. & ibi plenè habet. ſ. si quis in ius voc. nõ ierit. ꝙ tamẽ intellige in iudice ordinario, & generali, secus si esset iudex spãlis: quia tũc si esset dubiũ nõ tenetur venire ad allegandũ priuilegiũ gl. est figulis in. c. j. in fi. de inuesti. in maritũ factã in vsibus feu. Tertio. modo legit ꝙ hîc loquatur in illo qui est citatus ad domũ, vt nõ de-
2 beat duci, à nũtio: nec eũ sequi teneatur quia † nemo inuitus de domo sua extrahi debet. l. pleriq;. ſ. de in ius no. & in. l. nemo. ĩ. de reg. iur. & ita vult Bar. in. l. ex omnibus. C. de decurio. lib. x. Et idem
3 si esset in agro Paduano † ad laborandum: quia agricultores cum sunt in agris, non possunt capi, sicut nec de domo. ita dicit Angel. in. l. fin. C. quæ res pigno. obli. poss. quod intellige in ciuilibus: secus in criminalibus vt dicit glo. in dicta. l. nemo: & in. l. sacrilegij. §. Labeo. ff. ad. l. Iul. pecul. Secũdò, limita hoc verũ in his in qb⁹ debitor nõ põt pręcisẽ cõpelli, aliâs bene posset de domo extrahi inuitus: ita not. dixit Bal. in. l. ex omnib⁹. C.

de decurio.li.x.Tertiò limita,qñ quis extrahit de domo pro exercẽdo officio publico,quia tũc potest extrahi.ita dixit Bar.ꝑ illũ tex.in.d.l.ex omnibus.Quartò limita,nisi quis staret sub porticu, quia tũc pôt capi,quia præstat aditũ sui,vt publicè cõspiciatur &c.vt.d.l.pleriq; vbi not.facit.l.cætera.§.hoc Senatus.de leg.j.vbi vide Bar.& vide Bar.in.l.quod cõclaue.ff.de dam.infe & omnino eundẽ Bar.in.l.j.§.j.s̃.de cloac.Hoc tamẽ singulariter limita secũdũ Flo.nisi porticus esset affixa domui,vt est communiter Bononiæ & Paduæ: quia tũc cẽsetur pars domus,secus si porticus.s̃.se nihil haberet.ita dixit singulariter Flo.in.l. quidã Hiberus.ad fi.C.de serui.vrba.prædio. Quid ī si
4 statutum dicat,ꝙ quis nõ possit tenere arma per ciuitatẽ sub pœna,an poterit tenere sub porticu? vide Bal.in consilio.xxij.& dixi in.l.armorũ.s̃. eo. & vide Albe.de Rosa.in suo opere statutorum in ccxj.q.ij.partis.Et ī an statutũ puniẽs facientẽ in-
5 sultũ in domo habeat locũ in faciẽte sub porticu. vide Io.de Imola in cle.j.ante fi.de pænis. & vide Bar.in l.j.ff.de cloacis.Spe.in ti.de pœnis.§.j.versicu.sed pone.Quintò limita nisi esset in limine hostij extra tamẽ clausurã hostij:quia tunc illud, quod fit in limine non dicitur fieri in domo,quãdo limen est extra clausurã.tex.est not.in.l.statuę. in fine tituli & ibi dicã.j̃.eo.& probatur institut. quib.mo.ius pa.po.sol.§.si ab hostibus.& vide omnino Bar.ad hoc in.l.j.§.hoc interdictũ.ff. de cloacis.¶ Hoc tamẽ nõ habet locũ in domibus, quæ habẽt hostia extra clausurã.vt Veronẽses habẽt.vt not.gl.in.l.fi.s̃.de seruitu.vrba.prædio.sed tu dic,ꝙ olim solebãt habere,sed hodie paucæ habẽt.Sextò limita,nisi esset super scala,quæ esset ex
6 tra hostiũ etiã domui coniuncta, quia ī illa scala nõ venit appellatiõe domus,vt est text.& ibi hoc voluit Bal.& Flo.in.l.fistulã in fi.ff.de seruitu.vrba.prædio.& pro hoc facit optimè; quod statim dixi per.l.statuæ.j̃.eo.quia si potest capi in limine hostij extra clausurã,quæ est pars hostij, & domus,ergo multò magis in scala,quę esset in totũ extra hostium.quod not.

QVAERO pro plena declaratiõe huius gl.
7 & materiæ ī an quis possit capi in domo non sua, & sic aliena? & dicas breuiter,ꝙ sic ꝑ plures tex. Primò,per tex.in.l.nemo.j̃.ti.j.vbi ita dicit, nemo de domo sua extrahi debet, & in.l.pleriq;.s̃. de in ius vo.tex.ita punctaliter dicit: putauerunt nullũ de domo sua in ius vocari licere.& in.l.sed & si is eo.ti.tex.ita dicit,tamẽ de domo sua nemo extrahi debet.Et sic est clarior sole,ꝙ quis pôt capi in domo aliena:quia leges superius allegatæ prohibent de domo sua,non autem prohibent de domo aliena.Hinc dixit Bar.in.d.l.pleriq;.ꝙ conducẽs domũ alienã nõ pôt capi in ea,quia domus cõducta est habitatio cõducẽtis.vt.l lex Cornelia.§. domũ.s̃.de iniurijs,hęc est ratio quare qs potest capi in domo aliena nõ cõducta:quia domus aliena nõ est mihi habitatio,quod secus est in domo mea,seu cõducta,& ita allegauit.d.Christophor⁹ de Casidonijs legum doc.in cuius allegationibus sunt verba supradicta,quasi de verbo ad verbũ.

8 QVAERO secũdò,an quis possit capi ī in apotheca,& statione sua? & videtur dicẽdũ de iure ꝙ sic.Nã certum est,ꝙ leges superiùs allegatæ prohibẽt capturã fieri in domo capti:nõ aũt prohibẽt fieri capturã in apotheca capti.Præterea captura fieri potest in vinea capti,vel in balneo,vel theatro,vt est tex.i.l.sed etiã.s̃.de ĩ ius vo.Ea ergo ratio,quæ militat,ꝙ quis possit capi in vinea,balneo,vel theatro,militat etiã ĩ apotheca,& statiõe, & vbi est eadẽ ratio idẽ ius est cõstituẽdũ:vt.l.illud.in fi.s̃.ad.l.Aquil.cũ suis cõcordan.quia sicut vinea,balneũ,vel theatrũ meũ nõ est mihi habitatio,ita apotheca mea nõ est habitatio mea:quia in apotheca sua quis nõ moratur causa habitãdi,sed causa lucri,& artẽ suã exercẽdi,vt dixit Bart.in.l. lex Cornelia.§.si tamen,s̃.de in iurijs.¶ Insuper
9 ī leges,quæ disponũt,ꝙ quis nõ possit capi in domo sua,nõ vẽdicãt sibi locũ in apotheca, vel statiõne propria,quoniã appellatione domus habitationẽ significamus,vt dixit tex.rotũdus. in.l.q domũ.ibi appellatione domus habitationẽ quoq; significari palã est.ff.ad.l.Iul.de adulte.& in.l.j.§. domũ in tex.ibi domũ autẽ pro habitatione, & domicilio nos accipe certũ est.ff.ad.l.Iul.de adul. Sed apotheca mea nõ est habitatio mea:quia in apotheca quis nõ existit cã habitãdi, sed cã lucri. & artẽ exercẽdi,vt dixit Bar.in.d.§.si tñ preallegato.¶ Hinc dixit Bar.ĩ.d.§.si tñ.ꝙ in quibusdã
10 ī casibus permittitur, à iure cõi,ꝙ valeat citatio facta ad domũ,vel etiã si ex forma statuti ita permitteret̃:modo si contingat,ꝙ citatio fiat ad apothecã nõ dicit̃ esse facta ad domũ,cũ appellatione domus apotheca nõ cõtineat̃:vt dixit Bar. not.in.d.§.si tñ.& per consequẽs perliquidè per prædicta cõstat,ꝙ lex siue statutũ loquẽs de domo nõ sortitur effectũ in apotheca.Cum ergo ꝑ prædicta constet,quẽ posse capi in apotheca sua, quãtò magis certũ est,quẽ posse capi in apotheca aliena:& ita allegãdo tenuit prædictus.d. Christophor⁹ de Casidonijs:& iste sunt allegationes suę de verbo ad verbũ,quas manu propria ipse alibi scripsit.hoc tñ intellige,nisi apotheca esset sub domũ:quia tũc esset ps ipsi⁹ domus,vt dixi.s̃.de porticu.secũdũ Flo.ĩ.d.l.qdã Hiber⁹.de seruitu.vrba. pręd.Et prędicta,ꝙ qs possit capi ĩ domo aliena, & in apotheca sua,sunt ẽt duę alię limitatiões ad

l.plerique

l.plerique.ſ.de in ius vo.cum ſimil.¶ Itē adde, ꝙ quis nō poteſt capi,quādo exercet agriculturā. vt eſt tex.in auſ.agricultores.C.quę res.pig.obl. poſ.

11 QVAERO, an debitor † poſsit capi in hoſpitali? dic ꝙ nō,vt no.Archy.xvij.q.iiij.c.diffiniuit,& not.Bal.in.l.ſiquis ad declinandā.in pe.charta.C.de epiſcopis,& cleri.in verſi.ſed iuxta hoc quęro de duabus.q.in fi.& idē tenet Bal.in.l.quis ſit fugitiuus.§.apud Labeonē.ff.de ædi.edicto.& ibi ego etiā ſcripſi,vide etiā not.per Bart.& doc. in.l.cætera.§.hoc Senatus.jj.ff.de leg.j.vide Flor. in.l.fundi.ff.de quibus mo.vſuff.amittatur.

QVAERO, licet quis in domo propria capi nō poſsit, an ſi familia incœpit fugare aliquem debitorē extra domum,& debitor aufugit domū

13 an poterit familia intrare domum,& talem † debitorē fugitiuum per capillos extrahabere? dic,ꝙ ſic,per tex.no.cum his,quę ibi not.Bar.in.l.quod ait lex.§.quod ait.ſ.ad.l.Iul.de adulte.Nā vbicunque principiū fuit licitū,licet finis ſit illicitus,attēdimus locum principij,& nō locum finis. vt eſt ibi caſus in.l.j.cum ibi not.C.vbi de poſſeſsio. agi opor.& de iſta materia vide omnino Saly.in.l.ſi vt ꝓponis.C.ſi reus, vel accuſator mort. fuerit. & vide omnino quod plenè ſcripſi in.l.quis ſit fugitiuus.§.apud Labeonē.& in.§.idem Cælius.de ædi.edicto,cum ergo capturæ principium fuerit licitum extra domum:debet attēdi principiū, &

13 nō finis.Sed † quādo principium eſt illicitum, & finis eſt licitus,vide in dicto.§.quod ait,& hoc tenet Ang.in terminis in.l.Gracchus.C.de adul.& in authen.mādatis principum.in.§.ſed neque in vltima col.& ꝙ hoc ſit verū adduco Ange.in ſi. in.l.nemo carcerē.C.de exacto.tribu.li.x.& Bal. in.l.j.C.vbi quis de curia.vel cohortali.vbi dicūt, ꝙ ſi creditor incœpit fugare debitorē ſuum: & ipſum perſequendo cōtinuò cepit in alieno territorio,ꝙ talis captura erit licita:quia ratione fugæ continuatæ de vno territorio ad aliud ſortitur quis forum ſecundum Bal.in.d.l.j.ſed hoc dictum Bal.tenet Flo.in.l.ſicuti.§.Ariſto.ſ.ſi ſerui. vendi.¶ Ex dicto tamē Bal.videt,ꝙ mala fuerit determinatio Oldradi.& Io.And.in tit.de accuſa. in.§.fi.in magna addi.in verſ.elegās Oldradi quęſtio.vbi dicit,ꝙ ſtante ſtatuto Paduano,quòd capiēs bānitum habeat centum:& etiā vigente alio ſtatuto,ꝙ capiēs bānitum in alieno territorio puniatur.in.c.Nā ſi Titius in territorio Paduano in

14 cœpit fugare bānitum,† quē poſteà cepit in territorio Veronēſi:ꝙ iſte talis debet puniri,& non præmiari. Allegat.l. ꝙ ſit fugitiuꝰ.§.idē Cœlius. vel.§.apud Labeonē.de ædi.edi.Ant.de Prato veteri in.l.iiij.§.prætor.ſ.de dam.infecto hoc dicit.

QVAERO, quid de capana ſeu tugurio.an in ea quis poſsit capi? de capana dic,aut eſt deſtina

15 ta ad vſum hominis:& tunc † in ea capi nō poterit:quia venit propriè appellatiōe domus.aut eſt deſtinata ad aliam vſum putà boum vel pecorū, & tunc ſecus.vt not.Bal.in.c.ij.in titu.de duobus fratribus de nouo bene inueſti.& Lod.Roma.in l.j.§.domini in fi.ff.ad Syllanianū,quod intelligo verū,niſi eſſet cōiuncta domui,vel niſi eſſet capana:in qua eſſet domus ab vna parte,ab alia ſtabulum:quia tunc eſſet pars domus.

QVAERO quid de naui, videtur ꝙ in ea nō poſsit capi:quia venit appellatione domus per tex.not.in.l.pe.verſi.fi.ſ.de his qui deie.vel effu.& per illū text.dicit Albe.de Roſate in tractatu ſtatutorum in.iij.parte,ꝙ ſtatutū loquēs de vulnerāte in domo,vēdicabit ſibi locum in naui.Sed Lodo.Roma.in.d.l.j.§.domini in fi.ad Syllanianū.dixit dubitatiuè hoc nō eſſe verum:quia appellatione domus ex proprio ſignificatu nō venit nauis: quia domus pariete conſtat.adde tu.& tecto,vt.l. quę religioſis.ſ.de rei vē.& l.eū q ędes de vſucap.

16 QVAERO de eo,† qui amplectitur preſbyterū portātē corpus Chriſti,an poſsit capi? gl. illa hoc nō dicit.ſed dicit de illo,q recipit corpus Chriſti.vide Io.And.i.c.ſanè de celebra.miſſarū. & in addi.ad Spec de ędi.edicto.§.j.gl.xiij.q.ij.c. quęſitum.tenet,ꝙ poſsit capi.vide Alb.de Roſa. in rubrica de his, qui ad eccleſias cōfugiunt in fi. vide Ioā.And.in.c.ſanè.in verbo.apud homines. extra de celebra.miſſarum licet ibi Archy.teneat cōtrarium per pulchras rationes.¶ Item ꝙ nauis non veniat appellatione domus eſt tex.in.l.nauē. aut domo.ſ.de euictio.quia ibi ponitur dictio,aut quæ cadit inter diuerſa.

15 QVAERO, an in eccleſia † debitor poſsit capi? vide de hoc plenè per Cy.in.l.pręſenti.C.de his q̃ ad eccleſias cōfugiunt,qui diſtinguit plures caſus,& vide tex.in authē.de mādatis principum per totū titulū,& extra de immunitate eccleſiarum in antiquis,& in.c.decet eod.ti.li.vj.adde ꝙ nō ſolū eccleſia cōſecrata,ſed etiā nō cōſecrata habet iſtā immunitatē.caſus eſt in.c.pe.de immunitate eccleſiarū:& per Inno.in.c.inter alia.eod.tit. ¶ Itē adde,ꝙ nō ſolū in eccleſia,ſed etiā circa per xxx.paſſus nullus poteſt capi excepta maiori eccleſia,quę habet immunitatē per.xl.paſſus vt dicit Cy.in.d.pręſenti,& Bar.in.l.itē apud Labeonē in.§.cōuiciū.ſ.de iniurijs.Sed dicūt nō recordari de textu. Sed tex.eſt in.c.ſicut antiquitus, & c.definiuit.xvij.q.iiij.¶ Itē adde,ꝙ non ſolùm eccleſia habet iſtam immunitatem, ſed etiam domus Epiſcopi,vt eſt glo.not.in.c.id cōſtituimus xvij.q.iiij.& ſatis voluit Inn.in dicto.c.inter alia. extra de immunitate eccleſiarum.

QVAERO quid de capto extra ecclesiam, & ducto per familiam per ecclesiam, an debeat relaxari? vide Archyd.in dicto.c.sicut antiquitus. xvij.q.iiij.& quòd non debeat relaxari facit.l.siquis post hanc.C.de ædificijs priuat.& vide Alb. de Rosa.in rubrica.C.de his,qui ad ecclesias confu.in fine.Et quid iuris sit de ecclesia interdicta, an habeat istam immunitatem.Archy.in.c.vxor felicis.xvij.q.iiij.& Ioan.And.in dicto.c.pe.de inmunita.eccle.vbi vide.

19 QVAERO an iuxta domũ † quis possit capi? quidã, ꝙ nõ quasi dicatur esse in domo.l.Seiæ.§.Tirannę de fundo instructo.l. prædijs.§.balneas.ff.de leg.iij.de quo vide Bart.in.l.meminisse supra de officio procõsulis,& legati,& vide Flo. in.l.quidã Hiberus.supra de seruitutibus vrba. prædiorum.

QVAERO an id,quod fit in via respiciente domum dicatur factum in domo,ita,quòd in illa via quis capi non possit,sicut nec in domo? vide tex.cum glos.& quod ibi not.in.l.cum in te.C. de donatio ante nuptias, quæ videtur probare, quòd in domo videatur factum,sed tu dic, quòd non facit ad casum nostrum:quia quoad hoc vt dicatur vxor,& non sponsa,bene satis est, quòd sit in via veniendi ad domum mariti,& quòd in illa via quis possit capi,multùm bene facit, quod supra dixi de debitore fugiente,qui fuit captus in domo.

QVAERO quando quid dicatur esse factum ad domum? dic,vt per Bar.in.l.lex Cornelia.§.domum supra de iniurijs, & in l.Item apud Labeonem.§.conuicium.eo.tit.& per Angel.in authen.qui domum.C.de sepulchro vio.& in authen.vt defuncti,seu funera.coll.v. & vide latè per Flo.in.l.quidam Hiberus.ff.de serui.vrba.prędiorum.

QVAERO an valeat pactum, quòd quis
20 possit capi † pro debito? dic,quòd sic, & hoc tenet Specu.in titu.§.fi.versi.Item est beneficium. iste tamen non tenebitur in carcere debitoris,sed ducetur ad carcerem iudicis.adde supra de nego. gestis.l.nam & seruus.Bald.& facit Lucæ.xij.& Matthæi.xviij.& vide Dy.in.l.j.de libe.homine exhiben.&.l.interdum.§.qui furem,supra de furtis.Bal.¶ An appellatione domus comprehen-
21 dantur loca,& † habitationes fratrum? dic, quòd sic,vt probatur in.c.fi.quia ex eo.de pactis lib.vj. & ibi hoc not.do.Dominicus.¶ Item appellatione domus comprehenditur domuncula. Bal.in.l. j.§.de exercitoria.ff.nau.caup.stabu.¶ In casibus in quibus quis nõ potest inuitus de domo extrahi,
22 † datur cautela,& practica,& consilium, in quo poterit semper debitor extrahi. vt habetur per Bar.in.l.sacrilegij.§.Labeo.alia est.l.cũ eo.C.ad l.Iulia.pecul.dic,vt ibi per eum,& not.per Ange. in.l.consentaneum ad fi.C.quomodo,& quando iud.& per doc.in dicta.l.plerique.Sed ad tollendã cautellam,& practicam Bart.remedium est pro illo existente in domo,scilicet vt non patiatur se labi in cõtumaciam, sed mittat per procuratorẽ ad respondendum,vel pœnam soluat,secundum Lodo.de Roma.in.l.iiij.§.prætor,supra de dam. infect.Sed ad defendendum Bar.adhibeas cautelam,quòd in citatione requiras eius personã præcipuè,& sic non poterit comperere per procuratorem.Cogita,si procedet.Barptholomæus Cæpola Veronensis.

SVMMAE.

1 *Solutus verè dicitur qui omnino liber est discedere. & ligatus aut in vinculis qui compedibus detinetur numero 3.*
2 *Satellitibus siue Sbirris vel seruientibus pro debitoris vel delati captura quis satisfaciat.*
4 *Carcer mala est mansio.*
5 *Instrumentum in carcere factum non valet, fallit in testamento.distingue verò in vtroque.*
6 *Debitorem ex maleficio vel etiam alias fugientem detinere possumus, & ad iudicem ducere.*
7 *Stabulum an sit domus.remissiuè.*
8 *Rus tempore pestis habitatum per testatorem censetur legatum appellatione domorum seu legatis domibus.*
9 *Materiæ seu tractatus capturæ remissio.*
10 *Pro media parte corporis intra domum,& pro altera extra an quis possit capi, remissiuè.*

S. SOLVTVM. Ille non dicitur solutus,licet non sit in vinculis,dummodo tamen vel manibus detineatur, vel custodiatur ab aliquo,putà nuntio.h.d.
5 † quando dictio in, significat in loco, semper importat, & requirit tactum ipsius loci, vt est casus notabilis. in. l. j. §. in flumine. suprà ne quid in loco publico, & ego dixi latè de dictiõe in, in. l. sylua cędua. s. eod. ¶ Præterea dicta. l. is qui. §. j. ss. de regul. loquitur generaliter, quòd in quocunque loco sit archa, vel lapis cauus, in quo aliquis inferat corpus mortuum, non dicitur propriè inferre in locum alienum. etiam si illa archa esset in loco alieno, ita quòd ibi Iurisconsultus non consyderauit, in quo loco esset archa, sed solùm, vt tunc in alieno loco quis dicatur intulisse, quando in ipso loco tangendo ipsum locum inferatur, id est sepeliatur. ¶ Et ideo statutum prædictum non haberet etiam locum, si herba, vel fœnum incisum, & separatum à terra comederetur, vel destrueretur ab animali, vel ab alio: quia cumprimum est incisum, & separatum à terra, efficitur res mobilis: vbi primò erat immobilis: quia erat coniuncta solo. facit. l. si certæ. & l. vulgaris. in fin. princ. s. de furtis. ¶ Secus autem, si damnum daretur in herba nondum incisa, vel in segete, aut vineis, vel similibus, quæ cohærent solo: quia de illis iudicatur, sicut de ipso solo: & res immobilis
6 dicitur, † cum sit pars soli, vt. l. fructus pendentes suprà de rei vendi. & l. fin. §. j. & ibi not. ff. quæ in fraud. credi. pro hoc facit. l. si alius. §. notauimus. versic. atqui arboris. s. quod vi, aut clam. licet in contrarium faciat idem. §. in prin. ibi, qui fructũ tangit. versi. cæterum qui fructus. ¶ Et adde not. dictum Bal. in ti. de pace Costantiæ in. xxxj. colũ. in versi. sine fructibus, & damno. vbi dixit, quòd qui tanquam possessor percepit fructus, non dicitur damnum dedisse: quia ibi fructus, & damna ponuntur, vt diuersa ergo. quod not. ¶ In glos. in
7 verbo plerunque in fin. Tu dic, ꝙ † villa dicitur domus rustica, vt in. l. fundi infrà. eod. ¶ In glos. constituimus in principio. dic de hoc, vt dixi suprà ead. l. in tertio notabili. ¶ In glosella in verbo si eum locum. dic ista glos. exponit text. dum dicit eum. exponit scilicet locum. Tu dic, & melius. eum scilicet fundum: quia text. loquitur, quãdo fundus addicitur alij fundo. non autem quando locus adijcitur fundo: & istud etiam apparet ex text. dum alij adiunxerimus fundo. not. quòd dicit alij fundo: & sic apparet, quòd loquitur de
8 fundo adiecto, non autem de loco: quia † dictio alius importat similitudinem, vt not. glos. in. l. si fugitiui. C. de seruis fugitiuis. ¶ In glos. fin. quomodo autem limitetur, dic per regiones. vt dixi. suprà in. l. notabili. Bartholomæus Cæpola.

SVMMA.

1 *Promissio, qua quis continetur, satisdatio est.*

LEX LXI.

1 SATIDATIONIS. Appellatio. † satisdationis venit omnis promissio facta, per quam ille, cui debet satisdari contentatur. hoc dicit. Vel sic, tunc dicitur esse satisdatum, quando aduersarius est factus contentus per promissionem, etiã nudam. Et ad intelligentiam huius. l. præmitte, quæ dicatur satisdatio. & dic, vt habetur per text. in. l. j. suprà qui satisdare cogantur. & ratio huius. l. ponitur in. l. si rem. §. omnis. suprà de pigno. actio. & in. l. item si verberatur. §. j. suprà quibus mod. pignus, vel hypo. sol.

SVMMA.

1 *Omne de quo factum est ædificium, tigni continetur appellatione.*

LEX LXII.

1 TIGNI APPELLAtione. Tignũ dicitur, † quicquid est necessarium ad ædificium faciendum. hoc dicit. ¶ In glos. vnica in fine. tu adde alium text. in. l. adeò. §. cũ in suo. versi. appellatione autem tigni. s. de acqui. re. do. Bartholomæus Cæpola.

SVMMAE.

1 *Penes ad apud, differunt, vt hoc detentationem solam, illud puram, & veram possessionem significet.*

2 *Hæc secunda expositio non videtur veritate constare, quare puto locum scribentis culpa mendosum esse. maius enim ius habemus in re, quam verè possidemus, quàm in re, quam solùm detinemus.*

3 *De dictione penes, & apud, remittit. dic breuiter, omne quod est penes me, est apud me. sed non con-*

Lex

tra, omne quod est apud me, non est penes me: penes ergo latioris est significationis, quàm apud.

LEX LXIII.

1 PENES TE. Verbum † penes, significat possessionem. verbum verò apud, etiam nudam, & simplicem detentationem. hoc dicit. Vel † sic. ille
2 dicitur habere plùs iuris, vel maius commodum in re, quàm habet apud se, quàm in re, quæ est penes se. hoc dicit. secundum intellectum glos. fi. hîc in fi. & secundum hoc, verbum amplius, hîc in tex. debet exponi, id est plus tribuit. quasi dicat verbum apud, est magis generale, quàm verbum penes, vide omnino Lodoui. de Roma. in. cxxij. singulari in secundo odine meo. quod incipit. Tu scis, quod si confessio &c. ¶ Et secundum hoc dum text. ibi dicit quodammodo. dic, quod denotat proprietatem. licet regulariter denotet improprietatem, vt. l. si me in vacuam in fi. prin. s. de acqui. pos. & ibi Bar. & per Bar. in. l. Mæuius. §. duorum, de leg. ij. & in. l. quod si vir. s. sol. matri. Et pone casum secundũ Bar. hîc per. l. Titia. §. Caius
3 de leg. iij. Et † de dictione penes, & apud, vide hîc per glo. in. l. id apud. ibi. eod. vbi omnino vide, quod ibi dicam. & per tex. in. c. Abbate. extrà. e. ¶ In gl. ij. ibi. ibi. e. l. id apud. dic, vt ibi dicam: quia omnia reseruo in locis proprijs, nec volo spoliare vnã legẽ pro alia. volo, quòd vna quæq; lex sit dotata. ¶ In glo. possidetur. dic ista glo. est breuiter declarata. supra Bar. Cæpola Veronensis.

SVMMAE.

1 *Intestatus quis decedere dicitur septem modis hîc enumeratis.*
2 *Intestatus & intestabilis differunt. nam hîc testari quidem non potest, ille potest, & nu. 13.*
3 *Intestabiles an dicantur decedere intestati, quæstio est. concludit negatiuè contra Bar. nu. 4.*
5 *Verba à vulgaribus, & idiotis prolata grosso modo, id est pingui minerua sunt intelligenda. aliter autem quando à peritis, vel statutis. hîc enim stant propriè, & nu. 14. & 16.*
6 *Bartolus vulgi opiniones tuebatur, & aiunt, rusticos idiotas (modo prudentes annis & experientia) sæpe consulebat.*
7 *Mater per statutum prohibita succedere filio abintestato decedenti, non prohibetur succedere pupillo, quia non dicitur intestatus decedere.*
8 *Intestatum, abintestato, sine testamento, & intestabilem decedere, differunt. & nu. 19.*
9 *Legitima ex communi vsu loquendi falcidia dicitur.*
10 *Genitiuus Alterius, dominium importat.*
11 *A, & ab, sunt notæ separationis.*
12 *Pupillus propriè sine liberis decedere non dicitur, nec intestatus, vt nu. 15.*
16 *Falcidia, inquit, à falce dicitur, hoc non placet, est enim receptius, vt à Falcidio eius latore dicatur.*
18 *Verba sunt intelligenda secundum proferentis qualitatem, qua non apparente, secundum communem vsum intelliguntur.*

LEX LXIIII.

INTESTATVS. Qui non facit testamentum, vel cuius hæreditas non aditur ex testamento, dicitur mori intestatus. h. d. ¶ Et adde se-
1 cũdũ gl. hîc, † quod quinq; alijs modis quis dicitur mori intestatus. Primò quãdo iure quis non fecit testamentũ: vt quia testamẽtũ caruit solennitate, vel quia testator non habuit testamenti factionem, vt quia erat forte pupillus. ¶ Secundò, quando testamentum esset ruptum, vt putà arrogatione, vel agnatione posthumi. ¶ Tertiò, quando testamentum irritatur, putà per capitis diminutionem testantis, vt institut. quibus modis testamenta infir. §. non tamen. hîc tamen modus quãdo irritatur ponitur pro vno, & eodem, vt habetur per text. & glos. institu. de hæredi. quæ abintesta. in principio. ¶ Quartò, quando testamentũ rumpitur per querelam. ¶ Vltimò, quando rumpitur testamentum per contratabulas. vt habetur per text. & glos. primã not. in. l. vt liberis. C. de collatio. ¶ Et sic in effectu sunt septem modi, quibus dicitur decedere intestatus. quinque sunt ante aditionem: duo post aditionem, quibus quis dicitur decedere intestatus, scilicet per querelam, vel per contratabulas: quia querela non habet locum, nisi primò adeatur hæreditas. vt. l. Papinianus. §. si conditioni suprà, de in offic. testamento, & in. l. filium. §. sed cum exhæredatio suprà de cõtratabulas. & in l. si patronus testamento. §. ex testamento. suprà de bonis lib. ¶ Item cõtratabulatio nõ habet locum, nisi fuerit adita hæreditas, vel possibile fuerit, quòd tempore mortis testatoris potuerit adiri: vt habetur per tex. & glos. & Cy. in. l. filiæ dotem. C. de collatio. ¶ Sed tu adde alium modum, per quem quis dicitur decedere intestatus, scilicet quando statim cũ moritur, non reperitur aliquis, qui velit eius hæreditatem adire, vt est glos. notabilis in. l. sancimus. §. primo. in verbo nullo hærede. C. ad Trebellianum. & illam glos. Angelus.

Perusinus in.l.ergo.ff.de fideicommiss.liber. facit singularem. Tu autē allega de hoc text. qui bene facit, in.l.habere, licere.in verbo sine successore suprà de euictio.hoc tamē intellige verum.si fiat proclama generale de hoc.videlicet si aliquis velit esse hæres &c.secundum, quod Barto.voluit in dicta.l. sancimus.§.j.&.l. si bona.C.de bonis aut.iudi.poss.¶ Aduerte etiam ad vnum, quòd
2 † est differentia inter verbum intestabilis,& ververbum intestatus. Nā intestabilis dicitur omnis ille, qui si vellet facere testamentum, de iure non posset,& isti sunt multi, qui numerantur per glo. institu.qui testamenta facere non possunt.in.§.fi. quibus adde vnū scilicet in feudo: quia vassallus non pōt in eo testari, vt est tex.not.in.c.j.in prin. in ti.de success.feudi,& isti etiā propriè dicuntur intestabiles, vt.l.is, cui.§.j.s̄.de testamentis & dicam.j̄.¶ Intestatus verò propriè dicitur ille, qui de iure potuisset facere testamentum, sed non fecit: vel quia noluit, vel quia casu impeditus non potuit, vt.l.j.in prin.ff.de suis,& legit.& dicam.j̄. ita dixit Bal.in.d.c.j.de success.feud.versic.quæro tua seruorā testa.&c.& Bar.etiam idem vult in.l. j.in prin.ff.de suis,& legi.vide plenè per do.Bene dictum de Barzal.in.l.ij.C.vnde liberi: vide Bal. in consilio.cxxiij.quod incipit Casus talis est: vide Bal.in.l.intestato.§.intestatus.ff.de legi.tutorib⁹. vide istam.q.Bal.in consilio, quod incipit. Pūctus quæstionis,& in consilio quod incipit In nomine domini factum tale est.& in.l.cum antiquioribus.in.vij.q.C.de iure delibe.glos.& Cy.in.l.j.C. de legi.tu.Bal.in.l.si arrogator.ff.de adop. & in.l. iij.in fi.C.si pendente appellatione.& Bar.in consilio quod incipit. Statutum vrbis veteris. & in consilio quod incipit hæc est copia.& Pet.de Ancha.in.c.j.de constitu.versi.sed quid dicas de patruo.Bar.in consilio.lxxij.quod incipit. Hæc est copia,& in consilio Tebadatius.& Bal.in cōsilio quod incipit.Ciuitas.& in.l.precibus.C.de impube.& alijs substitu. Io.de Imola.in.l.Centurio. de vulga.& pupilla.Ang.in consilio.xxvij.& Ange. Saly.Pau.& Lod.in.l.intesta.C. de testa.militis in vigesima columna.Bart.in.l. siquis filiabus.ff. de testamen.tu.Paul.in.l.generaliter in principio.C. de institu.& substitu.& in.l.secunda.C.de impube.vide Innocen.in dicta.l. generaliter in principio. Petrum de Ancharano in consilio. clxix. incipiente.In Christi nomine, reuocatur in dubium.Paul.In consilio.cclxxxiiij.quod incipit in Christi nomine, præsupposito quodam statuto, vide Nico.de Neapoli.in.l.intestato.ff. de legi.tu. Et Albe.in prima parte statutorum.q.xliiij. Gulielmum de Cunio in.l.j.C. quando Imper.inter pu.& viduas.Cy.in.l. si is cui.C. qui testamen.fa. po.& ibi Bal.Ioan.Fabri.insti.de hæred. quæ abin testa. in princip. & ibi per Angelum de Aretio plenè.Nico. de Neapoli.in.l.secunda.§.impuberem.ff.ad Tertyl.Fulgo.in.l. cum antiquioribus. C.de iur.delibe.& in.l.intestamento.C. de testamento militis. Bald.in consilio, quod incipit.In Christi nomine, si mater non extat.vide Albe.de Rosate in prima parte statutorum.q.xlv.& Pau. de Castro.in.l.in ambigua.ff.de legibus.¶ An autem statuta simpliciter loquentia de decedentibus abintestato, vbi alia interpretatio non apparet, locum habeant in manifesto vsurario, qui testamentum non præmissa cautione secundum formam.c.quanquam de vsuris libro sexto.vide Ioan.Calderi.in consilio suo.cxxxj. quod incipit. Quod statuta quæ simpliciter loquuntur ¶ Circa prædicta autem quæro de vna quæstio.mul-
3 tum † vtili.videlicet an pupillus, vel furiosus, vel is cui bonis est interdictum, vel similes, qui non possunt facere testamentū de iur.etiam si velint, dicātur decedere intestati ꝓpriè vel impropriè? & primo tex.est apertissimus in.l.j.in prin.suprà de suis,& legitimis scilicet, quòd impropriè dicūtur intestati decedere. Et idem tenet glo.in.l.cum antiquioribus, in verbo vel aliter.C.de iure delibe.& glos.idem tenet institu.de hæred.quæ abintestato deferuntur. in principio in prima glos. ¶ Et istud facit ad illam quæstionem satis tritam videlicet statuto cauetur, quòd stantibus fratribus, vel agnatis, mater in hæreditate filij intestati, vel abintestato non succedat, an si decesserit pupillus filius, mater excludatur ab agnatis? de ista quæstio. vide Ioan.de Anania, & Andr.Sicul.in.c.cum tibi extra de testamētis.& Petrum de Ancharano.& Ioan.de Imola.quia videtur dicendum.per prædicta, quòd nota. Nam de iure comuni mater succedit filio exclusis agnatis, vel pariter cum fratribus filij.in authen. de hæredi. abintestato venien.& de.§.j. Si ergo statutum excludit eam, quando filius decedit abintestato. debet intelligi istud statutum in casu proprio, & non ficto, nec improprio quia est pœnale, & correctorium vt.l.tertia.§.hæc verba de negotijs gestis &.l.j.§.is qui nauem, de exercito.cum simili-
bus.argumento.l.ius singulare, cum similibus.ff.
4 de legibus. † Sed iste pupillus, vel similes personæ non dicūtur propriè, sed impropriè decedere intestati, vt per iura.s̄.allegata.ergo in eis non habebit locum dictum statutum. ergo stabimus iuri communi, vt mater succedat: imò dico plus, ꝙ etiam quando tractatur de correctione legis, etiā iniquissimę denegaꝛ extēsio secūdū Ang.notabiliter in.l.gall⁹.in prin.ff.de lib.& posth.ꝑ gl.ibi sup verbo filius.Sed Bar.in dicta.l.j.scilicet de suis, & legit

legi.tenuit contrarium:quia dicit,quòd communis vsus loquendi est,quòd ille dicatur decedere intestatus,vel abintestato,qui potuit facere testamentum,& non fecit,& etiam ille,qui nō posset, si vellet,vt est pupillus,& similes,ergo in eis habebit locum statutum,quantuncunque sit exorbitans,vel correctorium:quia communis vsus loquendi ęquiualet proprio significatui,& not.glo. & Barto.in.l.librorum.§.quod tamen Cassius.š. de lega.iij.& Barto.in.l.Labeo suprà de suppell.lega.Et dic tu,quòd hoc probatur in.l.cum delanionis.§.asinam.de fund. instruct. vbi communis doctrina,quòd verba statuti debent intelligi secundum communem vsum loquēdi in patria, vbi est statutum,etiam si de iure cōmuni illa verba impropriè acciperentur,vt not.etiam Barto. in.l.non dubium.in secunda columna. ibi tertiò colligitur si communis vsus &c.C.de legibus. Et pro hoc ipse allegat text.in.d.l.j.ibi sed hos quoq; pro intestatis accipere debemus: quia omnes isti casus,quando decedit pupillus, qui non poterat de iure testari,vel alius,qui poterat de iure, sed noluit,parificantur ibi à lege veteri.ergo & in lege noua,& sic in statuto.idem erit in vno,quod in alio.argumento.l.siquis seruo cū glo.C.de furtis,coniuncta.l.vt tantum.§.j.š. de seruo corrupto,& hanc partem Bar.consulendo tenuit,& in consilio.clxviij.quod incipit,Visa facti narratione præmissa,& in consilio quod incipit,Hæc est copia cuiusdam statuti,& in consilio alio, quod incipit,Quædam mulier minor.xij.annis.Et idē tenet.do.Pau.de Castro in.l.ij.in princ.C.de impub.& alijs substi.& in l.cum antiquioribus in fi. C.de iur. delibe.Et ita dicit se pluries consuluisse secundum opi.Barto.Addas tamen,quòd inquātum Barto.dixit,quòd communis vsus loquendi habet vim proprij nominis, & significationis etiam in statutis exorbitantibus, est verum, nisi statutum dicat,quòd verificetur verbis proprijs, & non posit interpretari,vt dixit idem Bart.in dicta.l.Labeo in prin.ij.col.versi.& hoc est vtile. ad statuta.Et idem dixi Saly.in.l.cum antiquioribus.C.de iure delibe.Addas etiam tu,quòd hoc verum,nisi in volumine statutorum estet statutum dicens,quòd verba statutorum debeant intelligi nullo extrinseco addito,vel diminuto,quia tunc intelligeretur secundum iuris interpretationem.Ratio est,quia communis vsus loquendi est quid extrinsecum,à statuto.dictum est singulare Butri.in.l.j.ff.de fide instru. & reffert.do.Ant.in procœmio decretorum in.iij.charta.& hoc etiam tenendo refert Lodo.Roma.in.lvij.quod incipit.Communis doctrinæ est.vbi dicit,ꝙ propter hoc obtinuit quæstionem Florentiæ. ideo bene not.¶ Sed Bal.in.l.ij.C.qui testa.facere pos.videtur idem tenuisse,allegando pro hoc glos.ordi.in d.l.cum antiquioribus.C.de iur.deli.quæ vult secundum eum,ꝙ etiam propriè pupillus dicatur decedere intestatus.Sed certè Bal.in lectura debet esse corruptus,quia imò in libro meo glo.dicit totum contrarium,vt allegaui supra,& ꝙ ita debeat dicere,apparet ex lege, quam allegat. Nā allegat dictā.l.j.in princi.š.de suis,& legi. ¶ Idem Bal.in.d.l.cum antiquioribus.allegat pro & contrà,& non se firmat.Idem Bal.in simili in authē. præterea in princip.C.vnde vir,& vxor.videtur tenuisse opi.Bar.vbi dixit,ꝙ authen.præterea,habet locum,siue maritus decedit propriè intestatus,siue impropriè: vt quia decedat intestabilis, quia fortè sibi erat bonis interdictū,vel alias sibi interdictum erat facere testamentum,& sic vtroque casu vxor sibi succedet per authen.præterea. ¶ Nec obstat,dicit ipse,dicta.l.j.in prin.de suis,& legi.quia ante illā auth.de iure digestorū in materia vnde vir,& vxor.hoc nō erat de substantialibus,vt patet in.l.vnica.š.vnde vir, & vxor.ergo nec fiet in lege noua.¶ Tu dic,ꝙ dictū Bal.est in severū,sed nō attingit casum nostrū.Nā Bal.vult dicere,& bene,ꝙ cū dicta auth. præterea veniat per interpretationē extensiuā ad titulū.C.vnde vir,& vxor.ergo debet intelligi secundum dictū titulū interpretatū,vt in authē.de filijs ante dotal instrumēta natis.§.fi.sed in dicto ti.nō fit ista differentia de intestabili ad intestatū.ergo nec in authē.faciemus.Pręterea in dicta authē.pręterea nō fit mentio de intestato,vel intestabili,sed solū dicit,ꝙ coniūx superstes succedit vnà cū liberis, & sic loquitur generaliter,in quocunq; casu maritus moriatur,etiā si cū testamento,vt ibi cōmuniter notatur.Sed quæstio nostra loquitur, quando statutū,& sic lex noua,loquitur tantū de intestato mortuo.&c.Et dubitatur,an extendatur ad intestatū impropriè,vt dixi.¶ Postremò idem Bal.in vsibus feudorū expresse tenuit cōtra Bar. per plures rationes.de quibus ibi in.c.j.in prin.ad finē.ij.col.in ti.de succe.feudi.vbi finaliter sic ipse
5 distinguit in hac.q.Quādoq; † verba proferūtur à vulgaribus,& idiotis,& tūc intelliguntur modo grosso.vt.C.de donatio.ante nup.l.si cū ante. per Cy.Tu autem allega bonam glos.in.l. quòd si nepotes,& quòd ibi Barto.& Baldus.ff. de testamenta.tutela.Et facit bonus textus in capitulo primo in titulo.de noua, form.fideli. ibi, sed propter simplices, & nominis significationum ignaros.&c.& quod ibi per Baldum. ¶ Quandoque verba proferuntur à statutarijs, & iuris peritis: & tunc non inspicimus quomodo loquantur idiotæ,sed quomodo loquantur iuristę,

Sed iuristæ faciunt istam differentiam, scilicet, an quis dicatur propriè testatus, vel impropriè ergo in statutis idem faciemus: quia statuta mutuant verba à iure communi, & secundum hanc opinionem contra Barto. dicit ibi se pluries consuluisse. Et hãc etiam opinionem dicit tenuisse antiquiores vltramontanos, & citramontanos. & vltramontani de hac. q. not. maximè per Gulielmum de Cunio. in. l. vnica. C. quando Imperator inter pup. & vid. hanc partem tenet etiã idẽ Bal. in. l. sciant. C. de legi. hæred. & in. l. intestato. §. intestatus. ff. de legi. tuto. ¶ Et prædictam opinionem suam dicit esse veram, nisi per consuetudinem aliter esset interpretatum dictum statutum vel declaratum: vel nisi statutum esset fauorabile, vt sunt leges, quæ vocant agnatos, & cognatos: quia tunc secus esset, & ita loquitur tex. quem allegat Bartol. in dicta. l. j. de suis, & legitimis. Et idẽ tenuit in. d. l. abintestato. s. de legi. tu. s. an statutum sit fauorabile, vel odiosum. Ad rationem Barto. de communi vsu loquendi respondet dicens, quòd hoc non est verum, vt apud peritos sit iste communis vsus: & ibi dicit, quòd Bartol.
6 † fuit multũ legatis homo, & doctor summus, tamen semper tenebat opiniones multum placentes laicis, & sic isto modo fecit multum de honore in opinionibus suis. ¶ Ang. autem in ista quæstione consuluit, & habetur in consilio suo, quod incipit. Statutum excludens matrem à successio-
7 ne, vbi in effectu tenet, quòd † mater in casu prædicto non excludatur: quando filius suus moritur impubes, putà anniculus: quia propriè nõ dicitur intestatus per dictã. l. j. ff. de suis, & legitimis. Nisi consuetudo loquendi se aliter haberet, per iura supra allegata per Barto. quam consuetudinem dicit debere probari per partem aduersam, aliàs mater non excludetur. Et ita ibi dicit se aliàs etiã pluries consuluisse cum fratre suo domi. Baldo. ¶ Sed Salice. & Flo. in dicta. l. cum antiquioribus,
8 habuerunt † aliam considerationem, videlicet aut statutum dicit, si quis decesserit abintestato: & tunc etiam propriè impubes comprehendatur. allegat. l. omnem. C. ad Tertyl. Et ratio est: quia illud verbum abintestato, adiungitur verbo decedat: & ipsum qualificat, & sic ille etiam qui non potest facere testamentum de iure, dicitur decedere abintestato: & ita loquatur opinio Bartol. & adde quod dicam infrà in versiculo quinto, etiam pro hoc facit, quia hæc præpositio. &c. ¶ Aut statutũ dicit, si quis intestatus decedat, & tunc non comprehendatur impubes: quia tunc verbum intestatus adiungitur ad ipsam personam, & eam qualificat. Et ita potest loqui opinio Bald. ¶ Aut statutum dicit, si quis decedet sine testamento, & tunc etiam ille, qui non potest facere testamentum, vt est pupillus, comprehendetur, vt not. glos. in. l. precibus. C. de impuberũ. & alijs substit. quod probatur in. l. generaliter. C. de institu. & substitu. sub conditio. factis. Et ratio est, quia illa dictio sine ponitur abnegatiuè, non autem priuatiuè. Nam si priuatiuè poneretur, secus esset, vt putà, iste equus est deferratus. intelligitur de eo, qui habuit semel ferrum. ¶ Refert autem dominus meus dominus Angelus de Aretio institu. de hæredi. quæ ab intesta. in principio Bald. ibidem ita dicere. quòd si statutum diceret, siquis intestabilis decesserit &c. quòd tunc etiam propriè pupillus comprehendetur. per text. in. l. is, cui §. j. suprà. de testa. Tu adde. l. ob carmẽ. in principio suprà de testibus. Et hoc ego credo verum. Et idem Bald. sensit idem in dicto capitulo in tit. de success. feud. videlicet dum dicit, quòd intestabiles propriè sunt qui non possunt facere testamentum de iure etiam si vellent, qui sunt plures, & enumerãtur per glo. instit. qui. non est permiss. face. testamen. §. fi. inter quos est pupillus. intestati verò propriè, qui de iure valuerunt, sed de facto non potuerũt, & ego dixi suprà circa principium huius. l. ¶ Superuenit posteà Ioan. de Imola, qui hanc. q. publicè disputauit, vt refert dominus meus, dominus Angelus de Aretio in titulo instit. de hæred. quæ ab intestato. in principio eius disputationis, effectum posuit in. l. Centurio. suprà de vulgari & pupillari. in versiculo, & pro hoc decidi potest quæstio, si statuto. &c. vbi in effectu tenuit contra Barto. videlicet, quod in casu statuti prædicti mater non excludatur à successione filij sui pupili. Nam cum prædictum statutum sit correctorium, & exorbitans, & etiã pœnale, vt ostendi supra in principio ergo debet verificari in verbis proprijs, & in casu vero, vt. l. j. §. is, qui nauem, de exercito. cum similibus. ¶ Item: quia statutum correctorium non debet extendi vltra casum suum etiam ex paritate, vel maioritate rationis. vt in authen. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. cum ibi notatis, & remisit se ad not. per ipsum in. l. si verò. §. de viro. ff. soluto matrimonio. Sed quidam doctor egregius dominus Matthæus philitiani de Perusio in quodam suo consilio, quod incipit Cõsultationis præmissę, de qua etiam in puncto. &c. secundum quod refert dominus meus in præallegato loco plura, & plura in hac materia allegauit. Et primo allegat Bal. in. l. ij. C. qui testamenta facta posse. & l. cum antiquioribus. C. de iur. delibe. & in dicto capitulo primo de success. feud. & ego dixi latius, suprà. ¶ Posteà ipse dominus Matthæus tenet opi. Bar. quia dictum statutum fuit introductum principaliter

paliter in fauorem domus,& agnationis, & per consequens ob fauorem publicum in.l.j.§.pen.ſ. de ventre inſpicien.ergo debet extendi.Pręterea, cum dicta vnica ratio reddi poſsit in dicto ſtatuto,videlicet fauor publicus.licet in dicto ſtatuto non ſit expreſſa:merito ex dicta ratione dictum ſtatutum poteſt ampliari,& reſtringi ſecundum Bald.in.l.fin.C.de libe.præteritis ergo. ¶ Præterea non poteſt reddi ratio quare magis dictum ſtatutum habeat locum in habente poteſtatem teſtandi,quàm in non habente:nec poteſt aſsignari aliqua bona ratio,quare aliud ipſi ſtatuentes veriſimiliter voluerunt ſtatuere in ſucceſsione eius, qui noluerit,cum potuerit,quàm in ſucceſsione eius,qui ætatis defectu teſtari non potuit. veriſimile nanque eſt,in vtriuſque perſona pupilli, videlicet & adulti,reſpectu generis ſuccedendi, idē ſtatuiſſe,ſi de tali caſu interrogati fuiſſent:vt not. gloſ.& doc.in.l.tale pactum.§.fina. ſuprà de pactis:& pro hoc tu adde gloſ.in cle.prima de reſcriptis.& pro hoc tu etiam allega bonum textum in.l.generaliter.§.cum autem.ibi non eſt veriſimile patrem, ſi de nepotibus cogitauit &c.C.de iuſti.& ſubſti.ſub conditio.factis. & facit.c. ſuper literis.extra de reſcriptis.& pro iſta opinione allegat plures text.in quibus dicit eſſe caſum: & primò.l.qui duos ibi puer inteſtatus deceſſerit.ſuprà de vulgari & pupillari &.l. Lutius.eo. titulo. ibi.abinteſtato. & text.in.l. diuus Seuerus.ff. qui pe.tu.&.l.credendum.§.j.ibi inteſtatorum filiorum eodem titulo,& tamen ibi loquitur, de impuberibus, qui inteſtati dicuntur decedere.& text in.l.omnem.C.ad Tertul.ibi ab inteſtato. & ff.ad Tertul.l.ſecunda.§. ſi mater. ibi inteſtatorum,& in.l.ſciant.C.de legi.hæredi. vbi text. loquuntur de ſucceſsione impuberis.Et tamen ibi dicitur abinteſtato.Tu adde.l. in teſtamento. la granda,ibi inteſtato filio. &c. coniucta. ſuprà ibi defuncta Paula.&c.C.de teſtamento militis.&.l. ij.ibi inteſtati filij.C.de impube.& alijs ſubſtitu. & in.l. pater filiam .§.fina . ibi inteſtatus puer. ff.ad.l.Fal.¶ Ex quo ſequitur ſecundum eum, & dictum dominum meum quòd etiam ex propria ſignificatione vocabuli mater etiam reſpectu ſucceſsionis pupilli dicitur venire excludenda ab agnatis vigore dicti ſtatuti.Et iſtam opinio. Bartol.quam tenet dictus dominus Matthæus,ſequitur etiam dominus meus Dominus Angelus.in præallegato loco,dicens etiam plus,quòd nō eſt differentia,an ſtatutum dicat, ſi abinteſtato deceſſerit,vel ſi inteſtatus deceſſerit,per iura ſupra allegata per dominum Matthęum,& potiſsimè, cum in caſu propoſito tractetur de commodo publico,& dicit finaliter,quòd ita teneret ſi caſus occurreret.¶ Sed pro iſta opinione,quæ eſt etiā Barto vt ſupra.dixi facit, quia ſtatutum dicens, quòd familia pro Falcidia ſibi debita in bonis patris ſit dote contenta,excluditur filia dotata à pe-

9 petitione legitimę:cum † ex cōi vſu loquendi etiā legitima appelletur Falcidia ſecundum Bartol.in l.j.in principio.ad.l.falcidiam.¶ Secūdò,pro hoc facit,quia ſtatutum puniens accipientem rem alterius ex communi vſu loquendi verificatur etiā in accipiente rem, quam quis tantū poſsidet,vel

10 detinet:licet iſte genitiuus † alterius ex propria eius ſignificatiōe dominiū importet,vt not.Bartol.& doc.in rubrica.ff. de noui operis nuntia. ¶ Tertiò,ad idem facit:quia ſtatutum loquens, quòd de damno dato,debeat credi domino poſſeſsionis,ex communi vſu loquendi verificatur etiam in poſſeſſore tantum, ſecundum Specu.in titu.de probatio.§. autem videndum.verſiculo, ſed pone.¶ Quartò,facit:quia indefinita ſtipulatio dotis reſtituendæ in omnem caſum, & euentum reſtituendæ dotis non derogat ſpeciali conſuetudini vulgi,de qua in.l.dos,à patre.C.ſol.matrimo.quæ conſuetudo fuit obtenta ſpeciali fauore liberorum,ſecundum Bald.in.l.ij.C.de bonis libe.ſi ergo conſuetudo vulgi,pactum firmat vt ſupra dictū eſt,& probatur in.l.licet ſupra. locati, per quam hoc. expreſsè firmat Bald.in.l.ſi cum dotem in principio.ff. ſoluto matrimonio. & in.l.is.C.de hæred.actio. ergo interpretabitur etiam ſtatutum, argumento.l. non impoſsibile. ff.de pactis. & not.in rubrica.C.de decre.decurio.libro.x.¶ Quintò,etiam pro hoc facit:quia

11 hæc præpoſitio,ſeu ſillaba † à vel ab eſt nota ſeparationis,vt not.in.l. datio.§.fin.ſuprà de actio. emp.& in.l.à caligato.C.de nup.ſic,& in caſu noſtro ſeparat id,quod importat hoc participium inteſtatus,Sed inteſtatus propriè dicitur ille, qui actu teſtandi priuatur,non aptitudine,vt eſt glo. in dicta.l.cum antiquioribus,ergo abinteſtato decedere propriè dicitur ille.qui caret actu,& aptitudine teſtandi,vt eſt pupillus,& ſimiles ſecundum Saly.in dicta.l.cum antiquioribus.& hoc argumentum facit pro Bar.quando ſtatutum loqueretur per verbum abinteſtato: vt dixi etiam ſuprà ſecundum Saly.& Flo. ¶ Sextò, pro hoc etiam facit:quia duæ tantùm cauſæ ſuccedendi reperiuntur.vna ex teſtamento, alia abinteſtato. vt.l.ſecunda & tertia.ff.de petitione hæredi.cum ſimilibus.nec eſt reperire aliquam mediam iuris diſpoſitionem,vt ibi habetur ergo videtur,quòd inteſtatus, & inteſtabilis ſuccedat, vel aggreget diſpoſitioni,& verbo inteſtato, & ſic eius naturam aſſumant:ex quoniā cum eo maiorem conformitatem habet, quàm cum ex teſtamento,

ergo &c.& istud est argumentum Baldi in dicto capitulo primo.de successione feudi.¶ Septimò,quia licet pupillus non possit habere filios,&
12 † sic propriè non videatur posse decedere sine liberis:tamen substitutio compendiosa facta impuberi sub conditione liberorum,id est si decesserit sine liberis infrà tempus pubertatis est directa, vt est text.in.l.Centurio.de vulgari & pupillari.& in capitulo si pater.de testa. libro sexto. Sicut ergo pupillus dicitur decedere sine liberis, quanquam liberos habere non possit,vt supra dixi, sic etiam dicatur intestatus, vel abintestato decedre,licet testari non possit. ¶ Octauò, pro hoc adduco.Nam verba negatiua verificantur, siue quis nolit,siue non possit:vt.l.tertia.C.de hęredi.instit.sed hæc verba intestatus & abintestato sunt negatiua, vt patet ex se,& ex notabilis in.l. Gallus.§.ille casus.de libe.& posthu.ergo verificabitur etiã in illo,qui non potest aptitudine testari &c.¶ Ego autem Bartholomæus Cæpola Veronensis,qui sum minimus de mundo inter doctores.non obstantibus multis suprà allegatis per alios,& me,tenerem,& teneo pro nunc opi. Bal.in præallegato titulo de successione feudi.c.j.& Ioannis de Imola.¶ Et primò,per rationem quam suprà adduxi in principio huius quæstio. ¶ Secundò,per rationes.domi.Ioan.de Imola.suprà allegatas.¶ Tertiò, quia dico, quòd prædictum statutum non videtur iudicio meo ita dubium,sicut faciunt præfati doc.Nam in incertis, non in certis locus est coniecturis.l.continuus.§. cum ita.in fin.suprà de verborum obligatio.&.l. ille aut ille.§.cum in verbis.de lega.iij.&.l. pediculis.§.argento.& ibi glos.suprà de auro.& argẽto legato.Nam statuta accipiunt mutuò verba, à iure communi in suo proprio significatu, vt dixit Bald.in dicto capitulo primo de success.feud. Sed certissimum est,& clarissimum,quòd de iur. ciuili,& communi,intestatus propriè dicitur il-
13 le,qui † non potuit facere testamentum de iure, sed noluit,vel non potuit de facto, quia impeditus forte impropriè autem intestatus dicitur ille,qui de iure etiã si vellet non posset facere testamentum,vt est pupillus,prodigus, & similes, vt est casus,qui nõ potest cauillari in dicta.l.j.in prin. s̃.de suis,& legi.& not.glos.vt.s̃.dixi in dicta.l.cũ antiquioribus.C.de iure delibe. & institu.de hæredi.quæ abinte.in principio.ergo in prædicto capiemus verba propria iuris communis,& per cõsequens impropria non comprehendet dictũ statutum,& sic nec pupillum,nec furiosum, nec similes.¶ Quartò:quia verba statuti debent ita intelligi,si possunt,vt minùs lædant ius commune, quàm possunt,si possunt aliquid operari,vt not. glo.& doc.in.l.fin.§.in computatione.C. de iure delibe.& est bona glos.in authen.de hæredi.quæ abintestat.defe.in principio.& not.Bart.in.l.sciẽdum in principio.ff. qui satisda. cog. & Rapha. Fulg.in authen.in successione.C.de suis, & legi. & est text.& ibi not.in.c.cum dilectus extra de consuetudine.Sed predictum statututum potest verificari in vno casu propriè,scilicet quando filius decederet intestatus,scilicet quando de iure potuisset facere testamentum ergo,in alium casum non debet extendi:quia tunc nimis læderet ius commune.¶ Quintò,ad idem facit,quia statutum semper est ita intelligendum vt cõcordet in quantum potest cum iure communi,si verba hęc patiũtur,vt not.gl.in.d.c.cũ dilectus.in verbo nec iuri cõi,sed in casu prædicto verba hæc patiuntur,imo volunt expressè,ꝙ intestatus nõ sit ille propriè,qui non potuit de iure testari ergo.in illo casu stabimus iuri veteri, & concordabimus statutum cum iure communi.¶ Sextò,pro hoc facit notabile dictum Bart.in.l. siquid earum.in princip.ff.de lega.iij.vbi post glo.ibi super verbo empta.facientes differentiã inter emere, & cõparare formaliter dixi.ꝙ ista differentia in vulgari locutione non cadit.Nam emere non vulgarizatur aliter quàm comparare Et ideo subdit,quòd in dictis testium,& vulgarium, non debet admitti dicta differentia:sed in legibus,& statutis conditis à peritis talem differentiam admittimus secundum Bar.& etiã Bal.in.c.j.de successione feu. & dixi suprà.ergo cum in proposito sumus in statutis conditis à peritis, à propria significatione verborum non est recedendum propter cõmunem vsum loquẽdi vulgariũ.Et ideo cũ pupillus dicatur propriè intestatus vel intestabilis, vt dicta.l.j.in prin.de suis,& legi.&.l.is, cui lege.§.fi.s̃. de testa.ergo.¶ Septimò,pro hoc facit quod notat.Cy.in.l.si cum ante.C.de dona.ante nup. vbi
14 dixit,ꝙ verba † prolata à vulgaribus, & idiotis grosso modo intelligi debẽt.secus si à peritis, etiã dixi.s̃.secundum Bal.& dicam.ĩ.in fi.& pro hoc etiam facit glos.in.l.ꝙ si nepotes.ff.de testa.tu. vnde dixit etiã Bar.si in testamento idiotæ redacto, in scriptis per notarium reperiantur aliqua verba,illa debent intelligi secundum propriam significationem iuris communis.Si ergo verba notariorum interpretantur secundum ius commune,& non secundum vsum vulgarium: quantò magis idem dicendum est in verbis statutorum, cum communiter à doctoribus,& peritis confecta sint.¶ Octauò,etiam probatur euidẽtissimè: quia cum statutum excludat matrẽ à successione filij intestati,non est credendum,ꝙ voluerit eam excludere:nisi quando filius moritur maior quatuor

tuordecim annis,quo casu si filius volebat testari,poterat instituere matrem. si ergo non facit, tunc sibi imputet:& sic videtur tacitè cõsentire, quòd mater excludatur ab eius successione,& sic isto casu tacitè concurrit,& volũtas filij,& mens statuti. Sed quando filius moritur pupillus, ex quo etiam si voluisset pupillus non potuisset matrẽ instituere,non est credendum,quòd statuentes voluerint in totum priuare matrẽ à successione filij luctuosa. argumẽto.l.fi.ad fi.C. cõmunia. de successione.&.l.j.C.de his qui ante aper.tabul. quia isto casu non concurrit voluntas aliquo modo ipsius pupilli.imo etiam præsumptio est,quòd si potuisset,matrem instituisset.argumento dictę l.j.ibi,aduersus auitum,vel pro auitum desideriũ &c.C.de his,qui ante aper.tabul.ergo est credendum,quòd si statuentes etiam fuissent interrogati,quid de tali casu,quando pupillus mortuus est, non idem dixissent,vt patet per prædicta , & sic non obstat glos.in.l.tale pactum.§.fina.cum alijs ad hoc suprà allegatis per dominum Matthæum Philiciani.Et forte per istam optimam rationem posset dici,quòd etiam si esset communis consuetudo loquendi,vt suprà dixit Barto. & statutum etiam esset conditum ab idiotis:vt infrà circa fin.dicam,quòd nihilominus attenta ista ratione,quia si statuentes fuissent de hoc casu interrogati,non idem dixissent,vt dixi,quòd mater non excluderetur nisi in vno casu,quando filius moritur propriè intestatus,non autem quando moritur pupillus,& sic impropriè intestatus. ¶ Nec obstat allegata.suprà per do.Matthęum.videlicet primò dum dixit,quòd est vna tantum ratio in vtroque in ipso statuto,quia dato,quòd esset eadem ratio in vtroque, imò maior etiam in casu non expresso propriè à statuto , quod est correctorium iuris communis,tamen non fieret extẽsio ad illum casum:quia iura correctoria non debent extendi per identatem,vel etiam maioritatem rationis vltra casum suum.l.præcipimus.in fi.C.de appell.l.sancimus.C.de testamentis , & in authen.de administr.§.fi.coll.iiij.& tenet glos.& ibi doc.in authen.quas actiones.C.de sacro.eccle. & hoc tenet do.Mattheus Mathesallanus de Bononia,in suo notabili tractatu extẽsionũ in princ. & do.Io.de Imola.& Ang.de Aretio in.l.si verò. §.de viro suprà solu.matrimo.¶ Nec obstant secundò text.in finiti allegati.s.per eum qui dicere videntur,ꝙ etiã pupillus dicatur propriè intesta-
15 tus decedere quia hoc negatur.† Nã licet dicant, ꝙ dicatur intestatus decedere,tamẽ in omnibus prædictis locis non dicitur,ꝙ hoc sit propriè:& de proprio significatu.sed bene reperitur contrariũ expressè.s.ꝙ impropriè dicatur intestatus , vt dicta.l.j.in prin.de suis,& legi.ad hoc ergo vt iura iuribus concordentur,vt in.l.j.C.de inoffic.don. & in.c.cum expediat.de electione dicamus,ꝙ prędicta iura intelligũtur secundũ dictam.l.j.ne sibi contrarientur.Et istam credo esse sufficientem responsionem.¶ Nec obstat text.in.d.l.j.de suis, & legi.ibi.sed hos quoque pro intestatis accipere debemus,quem Bart.ibi allegauit pro se,& induxi.s.quia respõdeo secundũ Bal.in.d.c.j.& dixi.s. ꝙ ibi loquitur in casu fauorabili, vt.s.agnati pariter,& cognati succedant.Nos autẽ loquimur in casu odioso,& cõtra ius naturale,vt mater excludatur à successione filij.¶ Nec obstat etiã argumẽtũ.Bart.ibi per illũ tex.videlicet,ꝙ ibi isti duo casus.s.quãdo filius decedit intestatus propriè , & impropriè parificantur à lege veteri ibi, ergo.si posteà statuant de nouo in vno casu tantũ de illis aliquid etiam pœnale , & correctorium. illud idem videtur etiam esse statutum in alio casu per l.siquis seruo cum gl.& ibi Bar.C.de furtis,coniũcta.l.& tantũ.§.j.s.de seruo corrupto.¶ Quia intelligo illam regulam,quando illi casus à lege veteri essent parificati in eodem indiuiduo,& in eadem qualitate,de qua posteà fit mentio in noua lege,vel statuto.Nam.l.& tantum.§.j.quæ est lex vetus imponit pœnam similem, quando aliquis corrumpit filium,sicut quando corrumpit seruum: & sic quoad corruptionem , & quoad pœnam parificantur.¶ Posteà.l.siquis seruo, noua in casu prædicto corruptionis extendit etiam dictam pœnam in seruo in alio casu simili corruptioni,vt ibi,ergo non est mirum,si dicta pœna per glos. & doc.extendatur etiam ad filium. ¶ Sed vbi à lege veteri duo casus parificantur, etiam ad idem,vt in successione , videlicet quòd mater,vel alius agnatus , vel cognatus succedat alicui intestato propriè,vel impropriè,tamen nõ crederem,quòd si postea prædictæ personæ priuarentur à statuto:& sic à lege noua in vno casu tantum,quando quis decederet propriè intestatus,quòd extenderetur dictum statutum in alio casu;quia quoad priuationem,& sic quoad istam qualitatem successionis,non parificantur à lege veteri ergo,& ita credo debere intelligi dictam l.vt tantum.§.j.& dictam.l. siquis seruo . quod not.quia istud non reperies tactum ab alio isto modo.¶ Nec obstat etiam id, in quo fundat se Barto.scilicet quòd communis vsus loquendi se habeat de vtroque intestato per.§.quod tamen Casius.cum simili.quia ibi loquitur in materia testamentaria,quæ est fauorabilis, & amplianda l.in testamentis.de regulis iuris.nos loquimur in materia statutaria secundum Ioan. de Imola in dicta.l.Centurio.Item dato quòd hoc esset verũ,

16 tamen nihil ad propositum nostrum † Nam cõmunis vsus loquendi attenditur, quando verba proferuntur à testatore, vel à contrahente & sic ab homine: quia tunc illa verba bene regulantur secundum communem vsum loquendi: & ita loquitur dicta.l.Labeo de suppellec.lega.& dicta.l.librorum.§.sed quod tamen Casſius.de lega. iij.¶ Sed quando verba proferuntur à lege, vel statuente legem, secus: quia cum sint periti condentes legem, & communiter condentes statuta, apud eos non est iste communis vsus loquẽdi, sed proprium significatum verborum intelligũt, vt dixit Bald.in dicto capitulo primo.de successione feud.& idem vult ipse Barto. in.l. siquid earũ in principio.ff.de lega. tertio. vbi vide omnino. ¶ Fateor tamen, quòd si esset dare casum, vbi statutum esset conditum à personis idiotis, & imperitis, quod esse potest: quia mercatores inter se possunt facere statuta, vt est text. aptus, & ibi hoc vult Barto.in.l.secunda.in fi.C.de consti.pecu. & tamen ipsi mercatores communiter sunt idiotę, & imperiti scientiæ literarum, & sic per consequens ipsi communiter sunt ignari propriæ naturæ vocabulorum, vt dixit glos.in dicta.l. quòd si nepotes.suprà de testa.tu. & in dicto capitulo primo.de noua for.fi.isto casu esset attendendus communis vsus loquendi: & ita procedat opinio Barto.domi.Matthęi: & domini mei, domini. Angel.de Aretio, & sequacium, & per hoc patet etiã responsio ad id, quod suprà dixi de Falcidia: vel potest dici, quòd appellatione Falcidiæ continetur legitima, non ex communi vsu loquendi, vt dixit Barto.sed ex propria vi verbi.vt species sub suo genere: vt.l.siquid earum.§.interemptum.de

17 leg.tertio.omnis enim quarta † dicitur falcidia, à Falco dicta, vt.ff.ad.l.Falci.in rubrica.& in.l.si patronus, & ibi glo. suprà de donatio. & facit text. & glos.in authen.vnde si parẽs, & in corpore vnde summitur.C.de inoffi.testamento.¶ Et sic ex hoc etiam apparet, quòd non obstat id, quod secundo ego dixi suprà pro alia parte de genitiuo possesionis.¶ Vel dicas, quòd dictum Barto.in dicta rubrica de operis nouis nunciatione. nõ est verum, quia in pœnalibus statutis. vt Barto. loquitur, debet fieri stricta interpretatio, vt supra dixi, & sic genitiuus in dominio verificari debet secundum eius propriam significationem.l.ij.§. j.de religiosis.& ibi Flo.¶ Nec obstat glos.in.l.ij. post prin.de origine iur.per quam Bar.ibi se fundat. Nam loquitur in alia materia quàm statutaria.& pœnali. Item loquitur quando ex euidentia facti constare potest de mente disponentis. Nam cum constet quem esse colonũ, licet dicat ista res est mea, euidẽter apparet de mente loquẽtis fuisse

18 dicere, est mea id est per me detẽta. † verba enim intelligi debent secundum qualitatem proferentis.l.j.C.siquis imper.malè.Facit quod not.in.l.stipulatio.§.hæc quoque de verbo.oblig.&.l.plenũ. §.equitij.de vsu.& habi.cũ simi.vbi autẽ de qualitate, vel ratione proferentis non apparet: tunc in dubio etiam secundum communem vsum loquẽdi genitiuus significat dominium. Nam si aliquis de quo non constat sit colonus, vel non, dicat ista possesio est mei Barptholomæi, cõmuniter intelligitur quòd sit sua respectu dominij.vt.l.Quintus.§.argẽto.de auro, & argen.lega.& dicta.l.ij.§.j.de religio. Et quòd in statutis genitiuus significet dominium, tenuit etiam expresſè ipsemet Barto.in prooemio.C.Et sic ex hoc etiam patet, quod not.id, quod dixi.suprà, tertiò secundum Specul.¶ Nec etiam obstat id, quod suprà, quartò dixi.de consuetudine vulgi. quia loquitur in cõsuetudine in scriptis redacta, & quæ pro lege allegatur, & seruatur, & tanquam notoria probatione non indiget: vt dicimus de consuetudine feudorum, & de dicta consuetudine vulgi. facit.l.more.de acqui hęredi.&.l.moribus in principio.& ibi omnino vide Raph.ff.de vulgari & pupillari.nos loquimur in communi vsu loquendi, qui probari debet secundum met Barto.in.l. hos accusare.§.j. de accusa. ¶ Nec obstat quod quintò dixi, de dictione à vel ab.quia forte illud est verum, quando statutum loqueretur per verbum abintestato secundum Saly. & Flo.in dicta l.cum antiquioribus, & dixi.suprà secundum eos. vel dicas quòd ista dictio.à vel, ab, non est semper nota separationis, imò quandoque includit, quandoque excludit prout est fauorabilis, vt not.in dicta.l.à caligato. vnde in casu nostro excludet propter matris fauorem, & hoc expresſè probat glos.relata ad textum secundum quosdam ibi, in dicta.l.cum antiquioribus: vbi text.loquitur de decedente abintestato. ¶ Nec etiam obstat id quod.sextò suprà dixi: quia negari non potest, quòd sit differentia inter intestatum, & intestabilem: vt dixi.suprà circa principum huius.l. licet intestabilis magis aggregetur intestato.cui magis conuenit, vt suprà dixi ibi.vel dicas, quòd illud procedit quoad successionem fiendam de iure communi, secus quando aliter quàm ex testamẽto, vel abintestato succeditur: vt est text.in dicta. l.cum antiquioribus. Nec obstat quod. suprà septimò, & vltimo dixi, de.l.Centurio.quia licet ex eo, quod ibi dixi, arguatur pupillum decedere posse sine testamento, sicut sine liberis, vt in contrario, non tamen ex eo probatur, quòd dicatur decedere intestatus, vel abintestato, cum hoc participiũ intestatus, priuet actum, & ponat potentam: vt

19 tem:vt dicta.l.cum antiquioribus† Et quòd aliud sit dicere,talis decessit intestatus, vel abintestato: & aliud sit dicere talis decessit sine testamento, probatur in.l.generaliter in principio.C.de institu.& substi.sub condi.factis.¶ Et ex istis tandem concludo,quòd dictum statutum,quod excludit matrē ab hæreditate filij intestati, stantibus alijs agnatis filij,non habebit locum,nisi quādo filius, maior.xiiij.annis,ita quòd potuerit testari, mortuus fuerit:non autem quando mortuus esset pupillus,& hoc maximè quando statutum esset cōditum à iuris peritis:si autem esset conditum ab idiotis,tunc vtroque casu mater excluderetur, si in hoc esset communis vsus loquendi,vt intestatus dicatur quōcunque quis decedat sine testamē to,vt patere potest per prædicta,& adde prædictis,quæ plenè dixi in rubrica ff. de noui operis. nuntiatione. finis. Sequitur.l. hæredis appellatio. Barptholomæus Cæpola Veronensis.

SVMMAE.

1 *Hæredis appellatio,& hæredis hæredes continet,& aliâs remißiuè agit.*

2 *Hæres an ad solos filios testatoris restringatur.distingue,vt hîc.*

3 *Hæres grauatus per fideicommissum restituere hæreditatem si decesserit sine hæredibus, intelligitur de filijs proprijs.*

4 *Feudum concessum nobili & hæredibus eius,intelligitur dumtaxat de filijs,non autem de agnatis, multò minus de omnino extraneis.*

LEX LXV.

HAEREDIS APPELLAtio. Appellatione hæredis non tātùm primus hæres continetur, sed etiam omnis in infinitum,& hæres hæredis primi testatoris est hæres.hoc dicit. concordat.l. fi.ad fi.C.de hęred.institu.coniuncta.l. sciendum. infrà eodem cum multis alijs hîc allegatis in glos. Nomen hæredis prolatum sine signo vniuersali quomodo accipitur.vide Bald.in.l. summa.ff. de rerum diuisio. Appellatione hęredis masculi quis comprehendatur,& an comprehendatur nepos vide Oldra.in consilio.ccccvij. Appellatione hæredis quid contineatur,vide Bald.in.l. quidam.§. is autem.ff.de edendo. & Bald.in addi. Specu.in ti.de testamentis.§.relictum factum.& in.l.fi.C. de edicto diui Hadria.toll.& per canonistas in.c.
1 in præsentia.extra de probatio.¶ Nota † primò regulam,quòd appellatione hęredis non tantum filij,sed etiam extranei hæredes veniunt, de quo articulo vide omnino plenè per Barto.& Paulum de castro.in.l.Gallus.§.etiam suprà de liber. & posthu.& per Bald.in.l.in annalibus.C.de legatis,& per Bald.in.c.j.in titu.de natura succes.feudi.& per Angel.in quodam suo consilio,quod incipit.charissimè frater, & egregie legum doctor. Appellatione hæredis an veniant solùm filij: an etiam extranei hęredes in contractibus,vel in iure.vide Iaco.de Aluar.in.c.j.§.& si clientulus.in.j. oppositione.in titulo de aliena.feudi.in quo arti-
2 culo sic concludet† primò faciendo regulam, de qua hîc,quòd regulariter verbum hæres in contractibus seu in legibus significat omnem directè descendentem, vel extraneum succedentem in vniuersum ius,quod habuit defunctus,vt hîc, & in.l.sciendum infrà eodem.&.l.fi.C.de hæred.institu.cum similibus.vt dicit Bald.in dicto capitulo pri. de natura succes.feud. ¶ Fallit hæc regula in pluribus casibus,in quibus restringitur tantū ad filios.primò quando profertur in materia, in qua extraneus non succedit:& sic natura rei, super qua disponitur repugnat,vt in materia feudorum: vbi verbum hæres accipitur pro filio, & masculo tantùm.vt est tex.in capitulo primò. §.similiter ad fi.in titu.de lege Cōradi.& est text. qui alibi non est ita clarus in iure in capitulo primo.§.& si clientulus in titulo de aliena.feudi.& ratio ponitur ibi per Bald.videlicet quòd non tātum facit natura feudi,sed etiam quia hæres ponitur in conditione legis scilicet quòd reuertatur feudum ad dominum:si vassallus sine hęrede decesserit.nisi ergo intelligeretur de filio,ista conditio nunquam existeret secundum eum, & per eundem Bald. etiam not.in.l.liberti liberteque. C.de operis liber.& per glos.& doc.in.l.ex facto. §.fin.suprà ad Trebell.Et adde,quod statim dicam infrà in quarta fallentia.secundò fallit, quando apponeretur cum hoc adiuncto masculis, vt si concedo sibi rem aliquam, & eius hæredibus masculis.Nam propter hanc adiunctionem etiā si sit materia,quæ ad fœminas transeat,verisimile est me cogitasse de hæredibus proprij corporis,non de extraneis.Et ita dixit Ray.de Flor.quē sequitur Bal.secundum Pau.de Cast.in.d.§.etiā. ¶ Tertiò,fallit quando dispositio confertur in tēpus vitæ alicuius vt probatur in.d.§.etiā.Et ideo si concederē tibi,& tuis hæredibus aliquid quousque vixeris, illud verbum hæredibus sumeretur pro filijs,p̄ dictū.§.etiā,& arg.l.si quis Titio. secundum vnā lecturam.s̄.de vsufru.& ratio est: quia aliâs resultaret imposibilitas.videlicet quòd talis appellatio referretur ad hæredes viuentis: quia impossibile est viuentem habere hæredē.l.

j.suprà de hæredi.vel actio. vendita. ¶ Quartò fallit,quando sequeretur inconueniens, si assumeretur pro omnibus hæredibus: pone exemplum,quando ponitur illud verbum in conditione,vt si grauo hæredem † institutum de restituendo tibi hæreditatem,si decesserit sine hæredibus. Nam quia cōditio se debet habere ad esse, vel non esse.l.cum ad præsens.ff. si certum petatur.& si sumeretur etiam pro hærede extraneo. nunquam se haberet ad esse,quia vel rarò,vel nū quam quis decedit sine hærede,debet ergo sumi pro filijs tantùm.vt dicta.l.ex facto ad Trebel.& ibi Dy.ita not.dixit Paulus de Castro. in dicta.l. Gallus.§.etiam.Et ratio est:quia natura dispositionis hoc importat,ne dispositio semper sit inutilis.Sed tu dic,quòd hæc doctrina fuit Bald.in dicto capitulo primo.de aliena. feudi, quam supra dixi in prima fallentia.¶ Item pone aliud exemplum notabile. Si instituo Titium extraneum,& si decesserit sine liberis grauo eum, quòd restituat hæreditatem tibi, & tuis hæredibus. Certè isto casu verbum,hæredibus sumitur pro liberis, aliâs sequeretur inconueniens, quòd si primus decederet relictis hæredibus extraneis, hæreditas veniret restituenda hæredibus tuis extraneis, & sic tui hæredes extranei præferrentur hæredibus extraneis Titij,quod non est credendum fuisse de mente testantis:quia sicut Titium prædilexit:quia ipsum primo loco instituit,ita est etiam credendū,quòd prædilexerit extraneos hæredes Titij tuis hæredib⁹ extraneis.arg.l.Publius.§. Titia.de condi.& demon.Et ita publicè disputando tenuit Richar.Malumbra,quem Bar.& Paulus. de Cast.in dicto.§.etiā sequitur & dicit,ꝙ hoc dictum,ibi semper allegatur,etiā dicit quòd Ioan. Andræas in addi.Specu.quem Bart.non allegat, reffert hanc.q.in titulo de testamentis, super rubrica.ante finem. Tu adde, quòd quintò fallit, quando statutum dicit quòd bannitus non possit reuerti,nisi habuerit pacē ab hæredibus.Nam istud verbum hæredibus intelligitur de filijs,non autem de extraneis hæredibus,qui filij poterant facere pacem,etiam si non adeant hæreditatem: vt not.Bart.in.l.si filius,qui patri in vltima.q. suprà de vulga.& pupillari.& sentit in.l.quæsitum. suprà de sepulchro viola.& in.l.pro hærede.§.fi. de acquirenda hæred.& Lodo.de Ro. hoc tenet in.§.Cato.in vltima columna.ff. de verborum
4 oblig.¶ Adde,quòd si rex concessit † cuidam nobili castrum in feudum dicens Concedo tibi, & hæredibus tuis.Nobilis decessit sine liberis,sed relictis agnatis hæredibus,an illi veniant?dic, quòd non.vt not.Bal.in.l.liberti libertęque. in septima columna. versiculo modo formatur hîc alia.q. Rex Francorū.C.de operis libertorū.¶ Quid? si in instrumento feudi dicitur concedo tibi recipienti pro te & hærede tuo masculo,an transeat ad hæredem extraneum masculum?dic,quòd nō secundum Bald. in dicta.l. liberti libertæque.in vltima col.circa principiū in versic.quid ergo si in isto instrumento.& in dicto.§.etiam in quarta columna.in principio.ff.de libe.& posthu.in.l. Gallus,sed Ioan.de Imo.in dicto.§. etiam tenet contrarium.vbi vide.¶ Sed quid in vltima voluntate,an verbum hæres referatur etiam ad extraneos,an verò ad filios tantum? Et Speculator in tit.de testamentis.§.in primis,dicit,quòd tantum porrigitur ad filios,& cum eo transit Bald. in dicto capitulo primo.in titu.natura succe.feu. Sed Paul.de Castro in dicta.l.Gallus.§. etiam de libe.& posthu.in vltima columna. tenet contrarium:quia largior in testamentis debet fieri interpretatio,quàm in contractibus.l.in testamentis.j. de regulis iuris.Et dicit,quòd iste articulus est dubius,& vix auderet consulere,quòd venirent etiā extranei hæredes:vide omnino.Ioan. de Anania in.c.relatum.ij.extra de testamentis, vide Anto. de But.in.c pastoralis in fi.extra de decimis. Adde hîc omnino,quæ dixi in actione institoria. Et adde etiam hîc,quod not. Lodoui.de Roma. in cxxviij.singulari in secundo ordine meo, quod incipit,Regula est,quod si testator.& vide omnino.l.suos.§.eum qui.ff.de lega.iij.&.l. pediculis.§. idem cum quæritur.ff.de auro,& argen.lega. cū ibi not.Et hæc sufficiant quantum ad istum articulum an appellatione hæredis in quacunque dispositione veniant tantum filij,an verò cōprehendantur & extranei.Alius est articulus an appellatione hæredis veniat tantum primus hæres, an verò omnes in infinitum?& de hoc dic,vt latè dicam in.l.sciendum.j.eo.vbi plura dicemus. circa hoc verbum hęres.Barptholomæus Cæpola Veronensis.

SVMMAE.

1 *Omnis merx est res mobilis, sed omnis res mobilis non est merx, vt serui, tametsi vendantur, & emantur.ex quo talium emptores vel venditores mercatores non sunt.*

2 *Res immobiles merces non sunt,ergo prædiorum emptores & venditores mercatores non dicuntur.*

3 *Calceolarius an sit tantum,qui calceos conficit, & candelarius,qui candelas.an verò qui vendit,& non conficit.*

4 *Discipuli artis an dicantur artifices.remißiuè.*

5 *Scholaris conueniri debet sub doctore,quem frequentius audit,si res,super qua conuenitur,patiatur.*

mercator

6 *Mercator an coram alio, quàm iudice mercatorum possit conueniri, remissiuè.*

7 *Priuilegium artificis an extendatur ad discipulum artis, vel ad substitutum artificis, remissiuè.*

8 *Coquum artificum nomine contineri. fallit in coquo scholasticorum, qui modico sunt contenti.*

9 *Doctoris, medici, & notarij exercitium artem esse, & vsuram esse quoque artem.*

10 *Ioculatores, balistarij, vsurarij, scriptores, procuratores, artifices sunt.*

11 *Mercatoris appellatione, quis comprehẽdatur, & an numi merces sint, remissiuè.*

12 *Milites an sint mercatores, & fœneratores non esse mercatores.*

13 *Artificum appellatione discipulos artis contineri.*

14 *Zauaterios hîc appellat, quos Bononienses vulgari sermone dicunt Zauatins, nos verò nostro grolliers appellare solemus, an ergo tales gaudeant priuilegio calceolariorum, vide hîc.*

15 *Artificis eminentia, an non artificem reum mortis liberabit ab executione. vide hîc, & nota, tales enim mea sententia præstaret in vinculis detinere, & suam artem exercere iubere, quàm morti præcipites dedere.*

LEX LXVI.

MERCIS APPELLA. Appellatiõe mercis res mobiles tãtum veniũt.h.d.. ¶ Not. regu
1 lam,† quòd res mobiles tantùm dicuntur merces. fallit in seruis emptis, vt reuendantur: quia hi merces non sunt propriè. vt.l.mercis. infrà eod. &.l.j.§.j.suprà de tributo.& ibi gloss.licet loco mercium sint, vt.l. seruos.§.eum, qui.suprà de leg.iij.& not.per glos. in.l.merces.ĩ.eo.& ibi dicam de hoc. Ex quo not. quòd illi, qui emunt seruos, & vẽdunt non dicuntur propriè mercatores, vt not.gloss.in dicto.§.j. quod not.pro statutis. Ex larga tamen interpretatione isti serui empti veniunt appellatione mercis, quoad materiã tributoriæ, & per consequens veniunt in tributum cum alijs mercibus, vt in dicto.§.j.vt in.l.procuratoris.§.si propter materiã. in fine.de tribut.de quo dic, vt dixi in actione tributoria. ¶ Nota secundam regulam † affirma-
2 tiuam à contrario sensu huius legis, imò etiã ex aperto, quòd res immobiles non dicuntur merces: & ideo ex hoc infero, quòd isti, qui emũt possessiones, vel domos, vel aliquid immobile, etiam vt reuendant non dicuntur propriè mercatores per istum tex.& idem ego etiã dixi in dicta actione tributoria. ¶ Quis autem dicatur mercator, & quando non, dico hîc, sed vide Barto.in.l.legatis.de leg.iij.& in rubric.digestorum, in.iij.col. ad fi.& vide omnino, quod scripsi in actione institoria circa principium, vbi reperies aliqua pulchra, quibus adde quis dicatur mercator, qui nõ potest negotiari sine peccato, & quis potest sine peccato. vide tex.notabilem.lxxxviij.di.eijciens Dominus. vbi omnino vide: & in.c.seq. qđ incipit, quoniam non cognoui. vbi tex. elegãter ponit, qualiter vẽdere debeant mercatores, & quibus verbis vti debeant in vẽdendo. ¶ Sed est pulchrum du-
3 bium, an appellatione calceolariorũ, † vel cãdelariorũ, vel similiũ, veniãt non solùm illi, qui faciũt cãdelas, & calciaméta, sed etiã illi, qui vẽdunt, sed nõ faciũt, & etiã illi, qui nõ habẽt maiorẽ partẽ in illa arte, sed nec emunt, vel vẽdunt, vt faciunt sæpenumero diuites, qui habent apothecas, & in eis operarios suos. Bar.has duas.q.simul iunctas firmauit in rub.C.de nauicu.li.xj.& in effectu ibi dixit, ꝙ licet gl.in dicta rubr.& gl.in.l.semper.§.itẽ nauicularij.ſ.de iure immu.sentiant, ꝙ sic, tamen propriè non veniũt illi appellatione calceolariorum, vel cãdelariorũ: quia ista verba calceolarius, vel cãdelarius sunt nomina artificij, vt.l.legatis.§. si ex officijs.de lega.iij.ergo.vnde ibi etiã dixit, ꝙ negociatores nõ propriè dicũtur calceolarij, sed est generale nomẽ officij. Quilibet enim sit emere, & vendere.licet vnus magis caute quàm alius: sed negociator appellatur ex frequẽtia negotiandi, vt.d.l.legatis.in prin. Et ideo prædicti dicentur potius mercatores calceolariorum, vel candelariorum, quàm negotiatores, nisi mos ciuitatis aliter se habeat, vt.d.l.semper.in prin. vnde ex prædictis dicit etiam ibi Bar. quòd si concedatur immunitas calceolarijs, vel cãdelarijs, vel eorũ arti, isti non comprehendentur. Adde, ꝙ illud dicitur necessariũ artificiũ in homine, ex quo potest percipi expẽsa, vt dicit Bal.in.l.si seruos.in fi.ꝑ gl.ibi, in verbo necessarij.ff.de pig.act. ¶ Sed an appella
4 tione † artificum cõprehendantur discipuli in arte? vide Pet.de Anch.in.c.canonum statuta, vide Bar.in.l.j.C.de excu.artificum.li.x.& quod ibi signaui. Sed quid de istis præpositis in aliqua statione, vel apotheca, non tamen negociantur: quia nec emũt, vel vẽdunt, sed fortè solũ scribũt rationes apothecæ, vel faciũt hmôi, an isti dicãtur negociatores? dic, quòd nõ. casus est in.d.l.legatis.in prin.à cõtrario sensu.de leg.iij. Et ideo si per statutum negociatores, vel mercatores prohiberẽtur fieri milites, isti tales prępositi non cõprehenderẽtur. ¶ Nec ob.l.vnica.in prin.ibi ergasterio præsunt.&c.cũ gl.C.negociator.ne militẽt.li.xij.quia intelligo illũ tex.quãdo illi præpositi, etiã exercẽt ipsam artem: aliâs secus. vt dicta.l.legatis.in princ. à contrario sensu. ¶ Sed quid si statutum vult, quòd quilibet de arte pelliypariorum teneatur

soluere, putà decem solidos omni anno ecclesiæ sancti Petronij, & quilibet de arte calceolariorũ teneatur soluere octo, modo reperitur vnus, qui habet duas apothecas, vnam calceamentorum aliam pelliparioruм, an tenebitur soluere decem, vel octo, vel decẽ, & octo? vide similem quæstio. omnino quã ponit do. Segnorol. de Amæd. & Albe. de Rosa. in. l. ij. in prin. in. vij. col. vers. Itẽ faciat ar. ad aliã quęstio. ff. de ver. obl. & vide Dy. in. l. Titiæ textores. in princ. ff. de lega. j. Et per prædicta posset dici (sub dubio tamen fortè) quòd non teneatur soluere: nisi pro illa arte, in qua habet maiorem partem substantiæ suæ. Adde hîc quæstio. quam ponit Barto. & doct. in. l. quæritur Hermafroditus. s. de statu homi. & hoc etiam probatur clarius in dicta. l. legatis. §. si vnus. de lega. iij. Sed in contrarium facit. l. procuratoris. §. si plures. suprà de tributoria, & quod dicam, infrà statim de rectore artis. per quem text. dicti. §. si vnus, dixit Dyn. quòd si scholaris audiat simul in vtroque iure, quòd sub eo teneatur respondere, sub quo magis versatur, hoc est si continuè studet in legibus, sed aliquando in decretalibus certis horis, quia tunc sub doctore legum debet respondere, & idem econtrario: de quo omnino vide in. l. prima. C. de incolis. libro vndecimo. ¶ Idem tu dicas, quando ex forma priuilegij alicuius studij scholaris tenetur accipere pro promotore Doctorem suum, vt intelligatur de illo sub quo plurimùm audiuit.

5 † Circa hoc quando quis exercet plures artes dubitatur coram quo rectore, vel iudice artis debeat conueniri, & videtur, quòd sub illius rectore, in qua plurimum negociatur, vt dicta. l. legatis. §. si vnus. de legatis. iij. Sed tu dicas aliter: videlicet, quòd debet conueniri sub illo artis rectore, cuius artis contemplatione in iudicium trahitur. argumen. dictæ. l. procuratoris. §. si plures. de tributo. maximè cum istę artes sint duo separabilia. Si autem id cuius respectu ad iudicium trahitur non pertineat ad iurisdictionem alicuius rectoris illarum artium, tunc erit conueniendus coram magistratu ciuitatis generalem iurisdictionem habente. l. iij. & l. iiij. §. item Labeo. versicu. eodem modo. suprà nautæ caupon. stabul. ita dixit Lodouicus Romanus. in. l. secunda. in princip. in sexta decima mixtura. in tertia charta. suprà de verborum obligatio. & Bald. in l. ij. C. de constituta pecunia. & facit quod not. Guiliel. & Rayne. in. l. fina. C. de præscript. long. temporis. quando aliquis facit aliquid duobus locis. & per docto. de excusatio. tuto. in. l. iurisperitos, & quæ not. in dicta. l. j. C. de incolis. libro. xj. vbi omnino vide.

6 Sed † quid si mercator pannorum, vel serici secundum formam statuti debet conueniri sub iudice mercantiæ, & ipse conueniatur pro alio, quàm pro serico, vel mercantia, an coram alio poterit conueniri? vide quod not. in. l. si pater. §. qui duos. de adoptio. & vide Cy. in l. fina. C. de iurisdictio. omnium iudi. ¶ Sed quid si stat statutum, quòd cum filio non possit contrahi, nisi sit mercator, & nõ cõtrahit in illa mercantia an valeat cõtractus? dic, quòd non. vt not. Bald. in. l. fina. C. ad Macedon. dic, vt ibi per eum. ¶ Sed quid si statuto caueatur, quòd artifices habeant talem immunitatem, an extendatur etiam ad addiscentes illud artificium. vide Albe. de Rosa. in suo opere statutorum in secunda parte quęstio. ccxvij. ¶ Sed an priuilegium concessum hominibus de tali arte habeat locum etiam in illo, qui exercet artem per substitutum, dic quòd nõ. casus est not. in. l. fina. suprà de excusatio. tuto. & hoc tenet Lodoui. Roma. in. cccccLxvj. singulari, quod incipit, artem quandam. &c. ¶ Sed quid de coquo, an dicatur facere artem, vt per consequẽs comprehendatur in statuto loquente de illis, qui exercent aliquam artem? & videtur, quòd sic, vt probatur in. l. si quis venditor. §. fina. ibi, in eo artificio. & ibi, in cæteris generibus artificiorum. ff. de ædil. edic. vnde videtur, quòd iste comprehendatur à statuto faciente mẽtionem de artifice: & ita tenet Lodo. Ro. in. cccccLxxxv. singulari. quod incipit: Coquum esse, est ars. &c. & pro hoc videtur text. in dicta. l. legatis. §. si vnus. ibi artificia, & ibi in quo artificio, cõiũcto ibi, coqui. Et pro hoc facit illud dictum Sosiæ apud Terentium.

Quid est, quod tibi mea ars? (scilicet coquinaria) efficere hoc possit amplius?

¶ In contrarium facit. l. legatus. §. si ex officijs. ff. de lega. iij. vbi dicit text. quòd si legatarius efficiatur coquus, mutat artificium in officiũ, & sic appellat coquum esse potius in officio, quàm in artificio, & gloss. in. l. si cui balnei. s. quibus mod. vsusfruc. amit. quæ vult, quòd mysteriũ coqui non sit artificium, per dictam. l. legati. Sed tu salua vtrũque distinguendo, vt dicit gl. in dicto. §. si ex officijs. aut enim est quis coquus ciborum communium, vel grossorũ, vt sunt coqui scholariũ quorum venter non est deus, sed modico sunt cõtenti, vt magis proficiant, & tales coqui, qui grosso modo communiter faciunt coquinam, puta de oleribus, & leguminibus, non comprehẽduntur à statuto, vt dicto. §. si ex officijs. Secus si est coquus subtilium, vel lautissimorum cibariorum, vt est coquus Papæ, vel Imperatoris, vel alicuius domini, vel etiam si est coquus lautissimus, qui solet facere coquinam in nuptijs. Nam isti bene comprehendentur à statuto: quia dicũtur facere artem, & ita loquatur dicta. l. si quid vẽditor. §. fi.

Et de

Et de hoc ego allego casum mihi singularem. de consec.di.v.ne tales.in prin.ibi,facilius apparatus est,& arte impendijsq; coquorũ non indiget, vide omnino Ioan.de Ana.in.c.j.in.ij.col.in fi.extra de sagittarijs.Et idem est dicẽdum de præpositis coquinæ,vt probatur in dicta.l.legatis. in princi. cũiuncta gl.in.d.§.si ex officijs. in verbo coquus. vbi dum dicit, visitator ciborum. &c. & hæc omnia scripsi in.l. si quid venditor.in.§.fi. de ædil. edic.in primo notabili.Sed an illi,qui faciunt herbam venalẽ,vt vidi Bono.pro impinguãdis equis dicantur pro hoc facere artẽ?Et quid de deferentibus lapides?dic,ꝙ non.glo.est singularis in.l.lex, quæ tutores. in verbo labore suo.C.de admi.tut. & sic facit ad statutum loquens de arte,seu artifice,& ita tenet Lodo.de Ro.in. d.cccccLxxxv.singulari.

9 ¶ Sed † an exercitiũ doctoris dicatur ars? dic,ꝙ sic.vt no.gl.in.l.ij.C.de fer.secundum Lod. Ro.in dicto.cccccLxxxv.singul.& pro hoc ego allego tex.in.l.j.in princ.ibi.ius est ars boni.&c.ſ.de iusti.& iur.& est tex.in prima cõstitutione Digestorum, in.§.ij.ex his.ibi, nihil huius artis.&c. & ibi Ray.¶ Sed an notarij,& medici dicantur facere artem?dic,ꝙ sic,vt est tex.in.l.fi.in prin.versic. sinautem artifices, & ibi notatur.C.cõmunia de leg.& in.l.j.§.ludi quoque.ff.de var.& extraordi. cog.ibi tabularios.

10 ¶ Sed an ioculatores,† & Busones dicãtur facere artem?dic,quòd sic, casus est in.c.j.de vita, & hone.cler.in.vj.& ibi per docto. ¶ Et breuiter adde, quòd etiam actus damnatus aliquando dicitur ars, secundum Arch.& do.Dominicum in.d.c.j.per illum tex. Sic etiam dicitur de vsura,quæ dicitur ars.xlvij.di.sicut hi, qui. Itẽ & magica.j.q.j.Petrus.C.de malefi.& mathematicis.l.ij.&.iiij.¶ Item balistarij dicũtur facere artem.c.j.de sagittarijs.in.vj.¶ Item habens curam animarum.extra de æta. & qualita.c.cum sit ars. ¶ Item procuratores.v.q.iij.c.in fi. & de istis sex facit mentionem idem tenendo Ioan.And.& do. Dominicus in dicto.c.j.de vita, & honesta.cle. in vj.¶ Idem in scriptore,quia scriptor dicitur mercator,vel artifex,& scriptura dicitur mercantia, vel ars,vt videtur gloss.in.l.ij.C.de episco.& cler. & pro hoc est text. in.l.j.§.ludi quoque. ibi librarijs.ff.de var.& extraordi.cogn. quod verbum librarius ponitur pro scriptore, vt dixi in.l.quibus præcipua.ſ.e.& probatur in.j.c.§.ludi. ibi notarijs.quod exponitur,id est scriptoribus. arg.gloss. in.l.fi.in verbo notarijs.C.communia de legatis.

11 ¶ Mercatorum † appellatione,quis comprehendatur?vide in.l.legatis seruis.in prin.de le.iij. Mercantia dicitur,quod quæritur, & sic scriptor potest dici mercator.vide tex.& glo.in.l.ij.C.de episco.& cleri.Anto.de But.in suo repertorio:in verbo mercator mercantia. ¶ Sed an appellatione mercantiæ contineantur nummi,siue ducati, & sic si aliqua gabella debet solui pro mercantijs,an debebit solui, pro denarijs? Istum casum vidi de facto disputari Venetijs coram auditoribus veteribus sentẽtiarum : & quidam auditor,qui fuerat scholaris dicebat,quòd non : quia aliud est merx, & aliud precium. In contrarium videtur, quãdo illi denarij portarentur causa emendi mercãtias. arg.l.cum tabernam.in prin.ff.de pign.cum simi. cogita. Mercator vide tex.in.l.licitatio.§.fi.de publicanis.Mercari,id est emere.ff.de euic.l.si sine libertate. Mercatum,hoc verbum.ff.de vsucapi.l. eum,qui ædes. &.C.de nundinis.l.j. Mercationis appellatione non comprehẽditur fœnerator, de iustit.l.cuicunq;.§.j.& per totam illam.l.Mercator dicitur,licet non habeat certam stationẽ. eo. lib.l.iij.Mercator à mercibus.ff.ad leg. Rhodiam de iact.l.ij.§.cum enim.vide Iaco.But.super rub. C. ¶ Qui autem dicantur facere viles, & vilissimas artes.vide tex.cum gl.& ibi Bar.in.l.iiij.senatorum.C.de dignitatibus.libr.xij.& gloss. in clemen.prima.de vita,& honesta.cleri.in verbo macellariorum,& vide omnino gloss.in authenti.de testibus.§.j.sancimus.in verbo ignobiles,quæ incipit, nota ignobilis : & vide omnino gloss.in authen.de non alienandis.§.quod autem. in verbo mechanicis,colum.ij.& vide Ioan. de Anania in c.j.in secunda col.in fine.versicu.nunquid autem ille.extra de sagittarijs.vide text. in.c.ij.In nomine domini.extra de testibus. vide gloss. & Angel. in authen.de mãdatis principum.§.si tibi. col.iij. & vide omnino Barto.in.l.j.in.iij.col.in princip. C.de mulieribus,& in quo loco.lib.x.& vide tex. & Barto.in.l.eos.ff.de decurionibus. ¶ Sed quid in milite?quia militia dicitur mercalis.vide Bald. in.l.stipendia.in princip.C.de execu.rei iudica.sed non propriè est mercalis, quia imò ipsi prohibẽt negotiari,vt in toto titu. negotia. ne militent.

¶ Idem est dicendum in calculatoribus,id est cõputatoribus.vt hi, qui docẽt abachũ, & exercẽt. vt est tex.in.l.j.§.ludi quoque. ibi calculatoribus. ff.de var.& extraordi.cogni.& in.l.vt iurisiurandi.in.§.dabitur.de operis liber.¶ Idem in vẽdentibus libros,vt probatur in dicto.§.ludi quoque. ibi librarijs,quod verbum ponitur, pro vendentibus libros,& ita debet accipi ibi propriè,vt dixi in.l.quibus præcipua.supra eo. ¶ Et multos, qui dicuntur facere artem vltra prædictos,vide per text.gl.in.l.j.&.ij.C.de excusationibus artificum. lib.x.& facit.l.j.ff.de iure immunitatis.¶ Qui autem dicantur habere officium,vide multos,quos posui in.l.officium.in principio.ff.de rei vendica. & notant docto.in.l.officio.C.de negotijs gestis.

¶ Item adde, quòd appellatione mercatorũ non continentur fœneratores, vt. ff. de fundo instruc. l. quæsitum. §. sed & ipse Papinianus. vide de hoc per Ioan. de Anania in. c. j. in prima col. extra de sagittarijs. Item adde, quòd habere plures ecclesias est genus negotiationis, vt dicit glos. notabilis in verbo vtraque illarum circa medium. Ibi nam plures ecclesias habere. &. c. dudum ecclesia Rothomagensis. extra de electio. Sed an accipere, vel dare pecuniam mutuò sit mercantia, vel ars? dic vt not. glos. in. l. si quis mancipijs. ff. de instito. Sed an legatum dicatur mercantia? vide Barto. in lectura. §. si is. de lega. j. & vide tex. in. l. j. §. simili de latina liberta. tollen. & vide Bald. in suo consilio de mercatoribus. Sed an fœnerator dicatur mercator? dic, quòd non. vt not. Alber. de Rosate. in ccxix. quæstione. ij. partis. statutorum. Item adde, quòd ille, qui emit coriũ, & facit inde chartas, vel sotulares, vel libros. vt. xxj. quæstione. j. cap. j. & xij. distinctio. clericus. non dicitur facere negotiationem, sed artificium, vt est gloss. notabilis. xiiij. quæstio. iiij. canonum. & sic isti sunt artifices, non mercatores. quod not. vsura est ars. vide. lxxxviij. distinctio. eijciens. & ibi per Archi. & not. Alber. de Rosa. in secundo Alphabeto. in verbo vsura libro vlti. & est tex. xlvij. distinctio. sicut hi. in prin. ibi vsura arte nequissima. Appellatione artificum
13 † nõ solùm veniunt magistri, sed etiam discipuli in. l. j. artifices. C. de excusatio. ¶ An veniat ars reprobata? vide Ioan. de Anania. in capitu. j. circa principiũ. extra de sagittarijs. ¶ An immunitas, vel priuilegium datum calceolarijs, videatur da-
14 tum etiam † Zauaterijs? iuxta prædicta formo vnam pulchram quæstionem. Si statutum dat aliquam immunitatem calceolarijs, an veniant etiam Zauaterij, vt gaudeãt ista immunitate? Cy. in prima constitutione Codicis format istã quæstionem, & determinat, quòd sic. & idem tenet Bald. ibi in sexta colum. in princip. versicul. Item not. quòd multi sunt, & pro hoc facit, quia Zauaterij sunt sub ipsis calceolarijs. ergo id quod dicitur in calceolarijs habebit etiam locũ in Zauaterijs, pro hoc. l. j. ad finem. ibi, vt inferior gradus meritum agnoscat superioris. C. de offic. præfect. vrbis. & l. si ego. §. quod tamen. suprà publiciana. & l. ij. suprà de peculio. & l. final. C. de nupti.

¶ Item pro hoc facit: quia Zauaterij à cerdonibus descendunt. ergo argumen. text. cum gloss. in l. annullo. C. de ferijs. & licet sit dispar nomen, tamen est eadem ars. l. quicunque. & l. Parabolani. C. de episcopis, & cleric. & facit. l. de accessionibus, suprà de diuer. & tempo. præscript. & l. non debet. de regul. iuris. & facit. l. j. §. de exactoribus suprà nautę caupo. stabula. l. quædam. §. penultimo. de edend. l. textoribus. de leg. ij. & l. j. §. penultimo. fugitiuum. suprà de seruis fugiti. Tertiò pro hoc facit. l. tanta. in secũda colum. §. igitur prima quidem pars. ibi, quasi pedisequæ. C. de veteri iure enucl. quasi Zauaterij sint sicut pedisequæ calceolariorum, & dependentes ab ipsis: quia licet non faciant sotulares nouos, tamen reficiunt veteres. ¶ Quartò, quia iste artes ex vna radice procedunt: vt. C. de nupt. l. fina. in fine. ff. de peculio lega. l. ij. & l. si vt certo. §. vsque adeò. cum concordantijs ibi allegatis, in gloss. ff. commodati. & extra. de regulis iuris. c. accessorium, quis enim diuersis nominibus nuncupetur, tamen sunt idem collegium, vt suprà de hæreticis. l. quicunque. & ff. nautę, caupo. l. j. §. de exercito. & de lega. iij. l. textoribus. ¶ Quintò, pro hoc facit optimus tex. in l. ferri propriè dicimus. §. fabros. infrà eodem. & ibi aliquid etiã dicam de ista quæstione. Et istam partem tenet Albericus de Rosa. in dicta. l. tanta. in secunda colum. in fine. qui dicit, quòd cum ista quæstio esset in ciuitate Aretij, fuit determinatum pro ista parte. licet Martinus de Fano consuluerit contrariũ, vt infrà statim dicam. Sed in contrariũ. facit. l. qui sub pretextu. C. de sacrosan. eccle. l. consulta diualia. post medium. C. de testamentis. ¶ Item quia istorum calceolariorum ars: secundum aliquos est damnosa, ergo. l. final. C. de Iudæis. & l. prima. §. impropria. quando appellã. sit. & l. secunda. §. fina. de itinere actuque priua. Item quia habent diuersa nomina. ergo. l. si idem. C. de codicil. & l. prædijs. §. Titio. de lega. iij. Item pro hoc: quia permutatio, licet sit origo emptionis, vt. l. j. suprà de contrahenda emptio. tamen aliud est emptio. aliud permutatio. l. secunda. C. de rerum permutatione, cum similibus. ita hîc licet Zauaterij descendant à calceolarijs, tamen sunt diuersi. ¶ Item pro hac parte: quia diuersas artes faciunt. ff. de postulando. l. ex ea parte. in fine. & de excusatio. tutorum. l. si duas. §. antepenulti. C. de assessor. & domesti. l. iij. & ff. nautæ, caupo, stabul. l. prima. §. caupones. & de legatis tertio. l. seruos autem. in fine. & l. legatis seruis. §. si ex officio. & de profess. & medicis. l. oratione. libro decimo. ¶ Item pro hoc, quia vna ars habet multas species, & colonorum multæ sunt seruitutes, & species, & seruitutum multæ sunt species. vt not. in rubric. suprà de seruitut. & operarum. multæ sunt species, & diuersæ. l. si non sortem. §. libertas. suprà de conditio. indebiti. ergo, & ita consuluit Martinus de Fano. vt ipse refert in. l. tanta. C. de veteri iure enuclean. in verbo quasi pedisequæ, in secunda columna. Et consilium suum incipit Cerdones ciuitatis Aretinæ. ¶ Sed an statutum, vel ordinamentum loquens de sutoribus

compre-

compreheđat etiam Cerdones? dic, quòd sic. tex. est cum gl. in verbo sutor. in. l. sed si quacunq;. §. si magister. & ibi hoc not. Flor. s. ad leg. Aquil. Itē adde, quòd pastores non dicuntur exercere artē, vt est casus not. in. l. cum duobus. §. si in coëunda. ff. pro soc. & ibi Ray. hoc notat dicens, ꝙ pastores nō tenentur soluere gabellam, quam soluunt illi, qui exercēt artem, & vide similem tex. in. l. si quis fundū. §. si quis vitulos. in fi. ff. locati. & vide etiā Ray. in. l. lex, quę tutores. C. de admi. tu. quod no. Et adde tu, ꝙ ille tex. in. §. si in coëunda etiā probat, ꝙ ille qui colit agrum cum bobus, dicitur facere artē. ¶ Sed † circa materiā artis formo tibi istam quæstio. notabilem. Sententia est lata cōtra quendam artificem egregium, qui esset multùm vtilis ciuitati, iudex vult mandare executioni sententiam, scis, quòd ab executione non potest appellari, nec debet executio differri. l. ab executore. ff. de appel. l. ab executione. C. quorum appel. nō recip. An propter artificium egregium istius poterit populus suspēdere executionē? dic, quòd sic. Nam illi de populo poterunt ire ad potestatē, & dicere sibi. Iste homo est valens, & sapiens, & egregius in arte sua, de quo cōmunitas valde indiget, an tunc potestas teneatur suspendere executionem donec principem, vel dominos, vel superiores consulant, dic, quòd sic. casus est mirabilis, ꝙ sic in. l. ad bestias. ibi roboris, vel artificij. &c. s. de pœnis. Et ita tenet Lodo. Ro. in. cccccxcvij. singulari, quod incipit tu Senēsis habes. & facit. l. pen. qui cedē. ibi facilius hoc in decurionibus. &c. ff. ad leg. Cornel. de sicarijs. quod not. quia posset tibi facere magnū honorem, & lucrum: quia tractatur de morte hominis maximi, & vidi etiam quandoque viros egregios in aliqua arte decapitari, quod mihi satis non placet, in talibus enim patitur respublica detrimentum.

SVMMAE.

1 *Alienatio propriè dominij est translatio, ex quo rei necessaria est traditio. secus in rescriptis in quibus largißimè sumitur.*

2 *Translatio vtilis dominij alienatio non est, ergo contractus emphyteoticus alienatione non cōtinetur: quia vtile dominium, non est simpliciter dominium.*

LEX LXVII.

1 ALIENATVM. Alienatio † propriè dicitur, quando dominium rei à vēditore in emptorē transfertur: & non ante: licet res vendita dicatur ante traditionem. hoc dicit. Istud principum. ¶ Nota, & tene menti, quòd vendens non propriè dicitur alienare, nisi etiam dominium transferat, vt hîc. & l. j. C. de fundo dot. Et ideo si statutum prohiberet aliquem alienare certas res, vel bona sub pœna: vēdens ante, quàm tradat, & per consequēs ante, quàm transferat dominium, non punietur: quia nō dicitur propriè alienare, ergo. Sed quid in rescriptis? quomodo accipitur verbū alienatū? Istud reperitur apud legistas, sed est verbum Innocen. in. c. episcopi. de rebus eccl. non alienan. vbi dicit, quòd verbum alienare, in rescriptis accipitur largißimè, etiam si solùm res mihi ablata sit, dicitur alienata. ita dicit Lodoui. Roma in. cccclxxx. singulari. quod incipit Tu scis, quòd quid esse alienatum. ¶ Nota secundò, quòd per solam conuentionem res dicitur vendi, licet dominium rei non transferatur, vt hîc, & ratio est: quia venditio est de contractibus, qui solo consensu perficiuntur, vt. l. consensu. in principio. suprà de actio. & obligatio. & institu. de obligatio. quæ ex consensu. ¶ Nota tertiò, quòd per solam venditionem sine traditione factam etiam à domino non transfertur dominium, vt hîc. & l. si ager. suprà de rei vendic. & ibi bona gloss. & not. per gloss. in. l. si fundum. suprà de fundo dotali.

2 ¶ Sed quęro, an † appellatione alienationis propriè veniat cōtractus emphyteuticus? & videtur, quòd sic per not. per Bal. in. c. j. in fi. principij. in titu. per quos fiat inuestitura secundum gloss. ibi ꝙ alienatio dicitur propriè, non solùm si alienatur proprietas, sed etiā si alienatur vtile dominium. ¶ In gloss. j. in prin. ibi. C. de iure emphy. l. j. dic, ꝙ ista gloss. vult, quòd ponamus casum in ista. l. secundum dictam. l. j. in princi. ibi, neque alienationis. vbi vult tex. quòd cōtractus emphyteuticus, non sit alienatio, cum dominium directū remaneat penes ipsum dominum dantem in emphyteusim. ¶ Sed contra posset argui. Nam per contractum emphyteuticum trāsfertur saltem vtile dominium in emphyteutam, vt. l. j. in fine. suprà si ager vectiga. vel emphyt. pet. ergo est alienatio etiam propria, vt hîc. & l. prima. suprà de fundo dotali. cuius contrarium. dicta. l. j. C. de iure emphyteutico. Sed responde, quòd in dubio verba intelligiuntur secūdum proprium significatum, vt dicta. l. j. §. qui in perpetuum. si ager vectig. vel emphy. pe. Sed appellatione dominij propriè venit dominium directum, non vtile, vt dicto. §. qui in perpetuum. & ibi gloss. & Bartol. ergo cùm hîc dicatur, quòd quando dominium rei venditæ est apud venditorem, res non dicitur alienata, debet intelligi de dominio directo. vnde, licet transferatur vtile in emphyteutā, tamen res nō dicitur alienari, cùm dominium directum

remaneat apud dominum. ¶ Nec obstat.l.final, ibi, nec emphyteusis contractus.C.de rebus alie. non alienan. quia ibi non est propriè alienatio, sed ex interpretatione ibi loquitur Imperator, vt voluit ibi glos.& bene. Cætera de isto verbo alienationis, vide quæ latè dixi in.l.alienationis.suprà eod./vbi etiam tetigi latè istum articuluum. ¶ In eadem gloss. ibi.§.Quintus Mutius.de ista solut. quæ hîc ponitur est bona, & notabilis gloss. quòd appellatione venditionis continetur alienatio, sed non econtrario, in.c.j.in fi.in tit. de cõtrouer. inter dominum, & emptorem feud. Circa quod dixit ibi Bald.in fine.aut venditio prohibetur ratione rei, & tunc omnis contractus continetur, vt dicto.c.j.in fine. aut ratione personæ, & idem. vt not.in.l.ij.C.de vsucapio.pro emp. aut ratione modi, & formę:& tunc secus.vt legitur, & not.in l.fina.C.de prædijs cur.lib.x. Et idem ad literam licet latiùs, voluit Bald. in.c.j.ante finem. in titu. de alienatio.feud. vbi eleganter addendo dixit, ꝙ aut nomen venditionis profertur in materia singulari, & contra ius cõmune, & non cõtinentur alij contractus.vt dicta.l.fina. aut non contra ius commune, & tunc sic, vt voluit gloss.not. secundum eum, quæ incipit specialissimum ius, in fine. in dicta.l.fina.C.de prædijs cur.quod tene menti. Sed quid in legato omnium rerum, quas testator emit, an veniant alia, quæ ad testatorem peruenerunt ex alio titulo? dic, quòd non. tex. est notabilis, & singularis in.l.item legato.§.itẽ interest.ff.de legatis iij.secundum Lodoui. Roma. in ccccl xxxviij.singulari.quod incipit verbum emptionis, & venditionis &c. ¶ In ea.gloss. in fine. ibi.§.alienare. dic, quòd imò ille facit in contrarium ad istã.l.nam ibi dicitur alienare, qui etiam vendit rem alienam, sed certũ est, quòd per venditionem rei alienæ factam, etiam cùm traditione, non transfertur dominium: quia ipsum non habet.l.traditio.s̃.de acquirẽ. rerum domi. ergo. ¶ Potest dici, quòd iste tex.non considerat, quòd dominium transferatur in ipsum emptorem:sed solùm, quòd dominium non remaneat penes ipsum venditorem.vel dic, quòd ibi loquitur quo ad illum in odium alienantis causa mutandi iudicij. Barptholomæus Cæpola Veronen.

SVMMAE.

1 *Donatio est nomẽ generis, continet enim donationẽ inter viuos, & causa mortis. distingue verò vt hîc.*

2 *Prohibito genere prohibentur species, ergo prohibita donatione simpliciter, mortis causa donatio prohibita censenda est. permisso tamen genere, non permittuntur species, vt hîc in donatione.*

3 *Pater non præsumitur cogitare tristem euentum filij, vnde si permittat filiũ donare intelligitur (ait) donatione inter viuos, non causa mortis.*

S. DONATIONIS. Appellatione † donationis simpliciter loquendo continetur omnis donatio, & inter viuos, & causa mortis. hoc dicit. ¶ Nota, quod dixi in summario, de quo statim dicam cum glos. ¶ Nota ibi simpliciter de isto verbo, & ad quid inducatur in statuto, vide per text. Bartol. Raph. & doct.in.l.j.§.si quis simpliciter.s̃.de verborum obliga.& per text. Barto.& doct. in.l.j.in princip. s̃.de vulga.& pupil.& vide Bald.in.l.j.in princip. C.de ædi.actio.& Bal. in.l.j.C.vt his, quæ desunt aduocatis partiũ & c.¶ In gloss.vnica magna. in princi.ibi.l.j.de donatio.l.j.dic, vt ibi per Bar.& doct.¶ In ea.gloss.ibi.l.filiusfami.§.penulti. & ibi sol.refert. ista glos.vult, quòd si verbum donatio proferatur à lege, siue permittendo, siue prohibendo, tunc comprehendit etiam donationem causa mortis, vt hîc:secus si proferatur ab homine:quia tunc non comprehendit. vt dicta.l.filiusfami.§.penul.& ibi idem voluit glos. ¶ Sed Iaco. de Are.in dicta.l.filius.in princip. quem sequitur ibi Bartol. reprehendit gloss. quia verba in dubio intelliguntur secundum proprium significatum.l.j.§.qui in perpetuum.si ager vecti.vel emphy.pe.l.non aliter.de leg.iij.¶ Sed donatio causa mortis, non est propriè donatio. vt.l.j.s̃.de dona. ergo. ¶ Non obstat ista.l.quia quando verbum donatio, sumitur in genere. comprehenditur omnis species, vt hîc; aut sumitur in specie, & tunc venit solum donatio inter viuos, vt dicta.l. filius.siue proferatur ab homine; siue à lege quicquid hîc dicatur, secundũ Pau. de Cast. in dicta.l. filius. ¶ Sed pro declaranda ista materia reuoco in dubium prædicta quærendo de duobus. ¶ Et
2 primò quæro, † an prohibita donatione, videatur prohibita etiam donatio causa mortis?& glo. ibi, vel prohibendo &c.videtur tenere, quòd sic, quando prohibitio fit, à lege, non autem quando fit ab homine:sed tu dic, quòd vtroque casu videtur prohibita omnis donatio, etiam causa mortis, quia si est prohibita donatio propria, quæ est vt genus:ergo videtur prohibita omnis eius species.l.si quid earum.§.interruptum.ff.de lega.iij. & ita tenet Lodo.Ro.in dicta.l.filius.circa princi. ¶ Secundò quæro, si est permissum alicui donare, an poterit donare causa mortis?& gloss.hîc videtur distinguere, aut est permissum à lege, aut ab homine, vt dixi.s̃.quod nihil est. Bartol. verò

videtur

videtur tenere secundum Iaco.de Are.quòd non videatur permissa donatio causa mortis,vt suprà dixi sed Lod.de Roma.in dicta.l.filius circa prin. tenet contrarium primo per regulam, cui licet, quod plus &c.de regulis iuris. Nam si permittitur donare simpliciter,videtur etiam permissum donare causa mortis,quia donatio inter viuos in se plus habet,& plus valet,quæ non potest reuocari.vt.l.j.suprà de donatio. donatio verò causa mortis continet minùs:quia potest reuocari,vt.l. non omnis in principio.suprà si certum petatur. ergo.¶ Secundò,mouetur per istum tex.hìc.nec obstat secundum eum dicta.l.filius.§.penultimo. quia ibi fuit concessa administratio inter viuos, & posteà dictum fuit simpliciter,quòd posśit donare,quod est similiter intelligẽdum inter viuos. l.fina.§.cui dulcia.suprà de vino tritico, & oleo legato.&.l.nam quod liquide.§.fi. de penu. lega. & extra de rescriptis.c.sedes cum similibus.¶ Se-
3 cundò† quia non est credendum,quòd pater pręsumatur cogitare tristem euentum filij. l. cum tale in principio.de conditio.& demonstrationibus.¶ Vel tertiò,secundum eũ potest dici, quòd ideo ibi non intelligitur donatio causa mortis ex eo,quia fuit donata respectu peculij, quod post mortem finitur.l. peculium.suprà de peculio.l. si seruus.suprà de solu.quia etiam isto casu videretur pater cogitasse de morte filij: quia dicta donatio causa mortis,sumit effectum post mortem donantis.l.non omnis in principio.ff. si certum petatur. &.l. senatus.§.ex hoc senatu. suprà de donatio.causa mortis.ergo hoc nõ est credendũ patrem cogitasse.argumento dictæ.l.cum tale in principio,& dicit,quòd iste intellectus est multũ singularis ad dictã.l. filiusfamiliâs.§.penultimo. dicit tamen,quòd iste intellectus restringit nimis communem sententiam doct.ideo dicit,quòd ratio communis est ad illum tex.quia donatio causa mortis est magis præiudicialis, quàm donatio inter viuos:quia per donationem causa mortis filius induceretur pluries forte ad donandum, cũ eas posset reuocare,vt dicta.l.non omnis, quàm ad donationẽ inter viuos quam sciret se non posse reuocare,& sic si faceret istas donationes causa mortis,& moreretur,plùs posset præiudicare pater.arg.c.fi. extra de translatio. prælato. ergo patri concesisse sibi in dubio non videtur. ¶ Et istam partem credo veriorem, nec est verum, quod dicit domi.Lodo.quòd in dicta.l.filius.§.penultimo.pater sibi cõcesśit administrationem peculij inter viuos:quia imo solum concesśit simpliciter,vt posset donare.licet in.§.j.eiusdem legis dicatur,quòd pater concesśit administrationem: &c.sed nihil habet cõmune cum.§.penultimo. Et per dictam.l.si filius.§.penultimo.dixit Bald. in capitulo primo.in penultima colum.in princ. in titu.de prohibi.feud.alienatione. per Federi. ꝙ si vassallo est concessum,quòd posśit donare feudum,quòd nõ poterit donare causa mortis: quia ista non est propriè donatio, secundum Iaco.de Are.vt.l.j.§.primo.de donatio.& istud credo verum per prædicta,licet Lodouicus de Rom.in dicta.l.filius teneat contrarium.¶ Addit etiã Bald. in præallegato titulo, quòd si verbum donatio ponitur permisśiuè,non includitur donatio causa mortis,sed prohibitiuè sic,vt dicta.l.filius. versicu.pari ratione,quia à quo remouetur genus,remouetur & quęlibet eius species.l.si quid earum §.interemptum.ff.de lega.tertio.Bartholomæus Cæpola Veronensis.

SVMMAE.

1 *Dictio arbitratus, est nomen iuris,ex quo non cadit in seruum. non ergo potest esse arbiter seruus. vel arbitratus iuris dispositionem importat, non arbitratoris,aut amicabilis compositoris sententiã. vnde concesso arbitratu intelligitur, vt arbitretur secundum iuris rigorem,*

2 *Arbitrator seruus esse non potest,quoniam arbitramentum aliquid commixtum habet cum iure, cuius omnino expers seruus est.*

LEX LXVIII.

ILLA VERBA.Ista verba,arbitratu talis,important ius,& in seruum non cadũt hoc dicit.ad literam.¶ Nota primo.quòd ista.l. dupliciter intelligitur in glos.vno modo,quòd loquatur de arbitrio iuris,de quo loquitur totus titulus.ff.&.C.de arbitris.& iste intellectus hìc in glos.quæ incipit bene sequitur.ibi qui-
1 dam tamen contra.Et secũdum† hoc ista.l.vult dicere,quòd ista verba arbitratu talis spectant ad ius,id est cadũt in eos,qui sunt capaces iuris.vnde arbitrium,id est compromissum non poterit fieri in seruum,vt.l.parui.§.primo.suprà de arbi.sed iste intellectus videtur contra istum text.dum dicit arbitratu.quod verbum importat arbitramẽtum,vt.l.siquis arbitratu.ff.de verborum obligatio.cum similibus non autem arbitrium,id est cõpromissum iuris importat.Et ideo dic, quòd secunda lectura,quæ ponitur hìc in prima glos.& & in.ij.&.iij.est verior,scilicet quòd hìc loquatur de ipso arbitratore,& velit dicere,quòd arbitramẽta significãt ius,quod intellige duobus modis. vno scilicet respectu arbitrari debẽtis, vt scilicet arbitretur secundum ius,vel arbitrio boni virii,

vt.l.si libertus ita iurauit suprà de oper.lib.& tãgitur hîc in secundum glos. ¶ Alio modo etiam intelligitur istud verbum ius significant. scilicet quòd ipsum arbitrari sit quid iuris,& sic bene sequitur in textu,& in seruum non cadunt, quasi dicat,quòd seruus non poterit esse arbitrator, cũ ea quæ sunt iuris,ad eum non spectet,vt.l.quod attinet infrà titulo primò.¶ In glo.j.in fine.dic, quia allegat dictum.§.fi.cum.l.sequenti,intelligit istum text.de arbitratore,non autem de arbitro. vt dixi suprà.¶ In glo.in verbo ius significant ibi, alia reformatur.Nota istam glo.quòd libellus qui porrigitur in reductione ad arbitrium boni viri dicitur reformatorius secundum Ioan.Andr.qui dicit hanc glo.esse notabilẽ ad hoc,scilicet in.c.veniens:de iure iur.& ex hac glos.nota practicã petendi reductionem ad arbitrium boni viri in libello,vt peto in melius reformari.&c.dic, vt de hoc plenè notatur in dicto.§.arbitrorum,&.l.siquis arbitratu.ff.de verbo.oblig.¶ In glos.in verbo,& in seruum.ibi licet quidam contrà.ista glos. vult hîc in fine.secundum aliquos,quòd iste text. loquatur de arbitrio iuris,& sic in seruum nõ cadit.secus in arbitratore.Nam seruus bene posset esse arbitrator, arg.l.cum filio in fine.de cur.furi. sed glos.non videtur tenere istam,dum dicit,licet quidam cõtrà,quasi dicat & malè.¶ Tenet ergo glos.quòd ista.l. loquatur etiam in arbitratore,

2 † ¶ Ex quo not.vt dixi secundum istum intellectum verum,quòd seruus non potest esse etiam arbitrator vt hîc:& hoc tenet Bar.in.l.si stipulatus fuerit illud,aut illud,in principio:quia arbitramentum non consistit in libera volũtate,sed debet arbitrari,vt bonus vir.& si non faceret corrigeretur per iudicem,& istud est iuris:& ideo in seruum non cadit:vnde si esset aliqua electio,quę consisteret in mera voluntate,vt in alternatiuis, vel in legato optionis: tunc quia istud ęst facti, bene cadit in seruum.vt dicta.l si seruus stipulatus.&.l.fin.in principio eod.titulo.& etiam in deportatum.vt.l.cum pater.§.hæreditatem.de leg. ij.fallit in seruo pœnæ,vt.l ex facto.§.siquis rogatus ad Trebel.ita dixit Bar.in dicta.l.si stipulatus.

SVMMA.

1 *Dolum malum abesse promissio,continet omnem dolum,qui per promissorem contingeret,non per aliũ quia factum alienum promittere nemo potest nisi cum pœna.vt nu.2.*

LEX LXIX.

1 HAEC VERBA.† Qui promittit dolum malũ abesse,videtur promittere de omni dolo,qui posset cõtingere circa illã rem,de qua stipulatio interponitur.h.d. ¶ In gl.ibi comprehendit

2 etiam extraneum.† quod est verum,si pœna est apposita.aliâs secus:quia de facto alieno quis promittere non potest.l.stipulatio ista. in princi.ff.de verbo.oblig.& ita not.glos.in.l.nouissima in verbo quanti.ff.iudi.solui. & bene.dic,vt ibi.

SVMMAE.

1 *Hæres hæredis primi defuncti est hæres, ex testamento vel abintestato secũdum quòd primus decesserit.& aliâs remissiuè.nu.5.*

2 *Tres inquit,pauci dicuntur.contrà,imò duo dicuntur multi,vt insti.de pat.pot.in fi.*

3 *Hæc verba quisquis mihi hæres erit sit hæres filio meo,hæredem hæredis non,continent vt illum ad bona filij vocent.*

4 *Operarum per libertos patrono simpliciter facta promissio,ad eius demũ filios porrigitur,si ex persona sua illi primi hæredes extiterint.*

7 *Hæc verba si decesserit cum hæredibus ad clericum relata quomodo intelligantur.*

LEX LXX.

SCIENDVM.Appellatione hæredis veniũt etiã omnes in infinitũ, præterquàm in tribus casibus hîc positis.h.d.concordat.l. hæredes.ff.e. vide tex.cum glo.omnino.in.l.qui per successionẽ.j.ti.j.vide omnino quod notatur in.l.boues.§. hoc sermone.circa prin.j.eo.¶ In tex.ibi per multas successiones.expone secundũ gl.hîc & bene.i. per multos gradus succedendi,quasi glo.velit dicere,ꝙ nõ est dubium.ꝙ etiã si mille simul,& pariter

1 hæredes† ꝙ omnes dicerẽtur hæredes,quod videbatur innuere ista litera.sed vult dicere,ꝙ multi gradus.s.quando vnus post alium succedit, omnes dicuntur hæredes etiã primi defuncti.in tantũ,ꝙ etiã si primus qui mortuus decesserit ab intestato cui Titius successerit,& posteà me in testamento hæredem instituerit,ꝙ ego,primo defuncto abintestato,ero hæres ex testamento, & ecõtrario.si primus habuerit hæredem Titiũ ex testamento,& ipsi Titio succedãt abintestato, ꝙ tunc dicor etiã hęres primi defuncti abintestato, licet ipse fecerit testamentũ gl.singularis in.l.iij.ff. de peti.hæred.¶ Ex quo not.ꝙ licet primus mortuus fuerit abintestato,nihilominus possum in libello dicere me fuisse suũ hæredem ex testamẽto & econtra,vt in casu prædicto,& valebit libellus per dictã glo.singularẽ.¶ Nota etiam ex hoc secundò hæres hæredis,primi testatoris est hæres, vt.l.fi.C.de hæredibus instituendi & dicã infra, vnde dixit ibi,not.Bar.in dicta.l.fi.ꝙ si aliquis est patris sui hæres ex persona sua pro parte, & pro parte

parte ex persona fratrũ suorũ postea mortuorũ, pro alijs partibus recte dicit in libello se patris sui hæredẽ insolidũ simpliciter, quia q̃ heredis est heres, testatoris primi est hæres. facit. l. ante penul. ff. de vulg. & pupillari, & quod supra dixi. ¶ In tex. ibi paucis. ¶ Not. hîc, † ꝙ tres dicũtur pauci. Nã
2 hîc dicit, ꝙ paucis tẽporibus, & postea non excipit. ĩ. nisi tres casus. Circa quod vide omnino, q̃d dicã in. l. Neratius. in. viij. q. ĩ. eo. ¶ In tex. ibi speciebus. dic id est casibus specialibus. aliter accipitur in. l. donationes. §. species. suprà, de donatio.
3 ¶ Nota † hîc in versi. veluti, ꝙ si dico in testamẽto meo, ista verba, quisquis mihi hæres erit, sit heres filio meo. ꝙ isto casu non venit hæres heredis ad hæreditatẽ pupilli, vt hîc, &. l. cũ filio, &. l. qui liberis. §. hec verba: vbi plenius de hoc. s̃. de vulga. & pupill. & not. plenè per glos. & doc. in. l. qui pater. s̃. de acqui. heredi. Et ꝙ de hoc assignat̃ hîc in tex. vna ratio. s. quia hæres hæredis isto casu est incertus ipsi testatori. dic tu, & per consequẽs nõ videtur vocatus ad hæreditatẽ pupilli. alia ratio ponitur in dicta. l. qui liberis. §. hæc in fine. videlicet quia iste hæres hæredis nõ venit ex iudicio testatoris, dic tu, ꝙ ratio illius rationis ponitur hîc in tex. vt. s̃. dixi. Nam ratio quare non venit ex iudicio testatoris est: quia erat sibi incertus, sed non ipse hæres, quẽ sibi instituerat. ¶ Et per istas rationes dico, ꝙ non solũ quando testator dixit per hæc verba, quisquis mihi hæres erit, sed etiã si dixit ille, vel illi, qui hæredes erũt, vel Titius, qui mihi hæres erit, & sic nominando nomine proprio sit hæres filio: ꝙ omnibus istis casibus nunquam veniet hæres hæredis: quia nõ venit ex iudicio testatoris, non põt dari bona ratio, quare magis videatur vocatus in vno casu, quã in alio. licet glos. dixerit cõtrariũ, & malè. in. d. l. q̃ pater. & eam ibi Bar. & Bal. & Pau. de Cast. reprobat. licet etiam Bald. eã videatur sequi in. l. quidã elogio, circa finẽ. C. de iure delibe. & fortè nõ bene. de quo dic plenè in. d. §. hæc verba per doc. & in iuribus. s̃. al legatis. ¶ Nota in. §. itẽ in lege, casum, in quo hæres hæredis non dicitur primi testatoris. Nã licet patronus, & eius hæres possit libertũ ingratũ accusare: vt. l. ij. &. l. fin. C. de bonis libertorũ, tamen hoc non intelligitur de omni hærede, sed solùm
4 de primo, vt hîc. ¶ Nota † in. §. Itẽ dicitur. ꝙ si libertus promittit operas patrono, nec adijcit libe risq; eius, ꝙ tunc filij demũ possunt petere dictas operas. si ipsi ex persona sua fuerint primi hæredes patris. nõ si ex alia: vt hîc, &. l. cũ patronus. §. cũ libertus. s̃. de operis liber. vbi est bonus text, ꝙ si promisisset patrono, & liberis, ꝙ tũc liberi possent petere etiã si non essent hæredes patris. Et sic facit ille tex. ad feudũ, vt licet regulariter filius nõ succedat in feudũ paternũ, nisi adiuerit etiã hæreditatẽ patris, vt in. c. j. in ti. an agnatus, vel filius. tamen hoc fallit, nisi vassallus accepisset inuestiturã pro se, & liberis per dictũ. §. cũ libertus. de quo per Cy. & Bal. & doc. in. l. liberti liberteque. C. de operis liber. & per Bal. & alios in. d. c. j. An agnatus, vel filius. ¶ Nota in fine ibi. nõ ex successione effectus. dic, quia alijs successit, qui fuerat hæres primi testatoris, vt filius vel seruus, vt in. d. §. cũ libertus. ¶ in glo. proximum in fine.

QVAERO pro declaratione glo. & huius l. & materiæ. An appellatione hæredis veniat nõ
5 solũ † primus hæres, sed etiã omnes in infinitum. vide Bal. in. l. Gallus. §. etiã de libe. & posth. & per Bar. in dicta. l. Gallus. §. etiã in pe. q. & ibi per doc. ff. de libe. & posthu. & per tex. & glo. Bal. & doc. in annalibus. C. de lega. & per tex. & Bal. plenè. in l. fi. C. de here. insti. & per. Bar. Ang. & doc. in. l. pa terfa. ff. de vulga. & pupilla. & per Bar. & doc. in. l. cum antiquitas. C. de testamentis, & vide omnino Ang. in consilio. clxxxij. & Bal. in. l. etiã. ff. solu. matri. & per glo. & canonistas in. c. ex transmissa. extra de filijs presbyterorũ: vide omnino Ang. in cõsilio. ccciij. quod incipit charissime frater. Nota quando fit mentio de heredibus ex suo corpore nascituris, vide Oldra. in cõsil. cxxxj. Adde, ꝙ ver
6 bum, heres relatum † ad clericum, si decesserit cũ hæredibus intelligitur, etiam de filijs, sed de agnatis. idem in inuestitura feudi, sic facta pro se, & heredibus suis, secundum Bar. in. c. naturales in tit. si de feudo fuerit controuersia. Itẽ adde qualiter capiatur hæres in hac materia vide plenè per Iaco. de Alua. in. c. j. in. §. & si clientulus. de alienatione feudi. vide in. c. fi. de peculio cle.

SVMMAE.

1 *Res ad aliquem pertinere dicitur, cum simpliciter idest in vniuersum pertinet.*

2 *Actio redhibitoria non transit in secundum emptorem, hoc est, secundus emptor non poterit agere tali actione contra primum venditorem.*

S. VERBA HAEC. Vbicunque
1 reperiuntur ista verba. s̃. ad quẽ † ea res pertinet: intelligitur de illo, qui succedit in vniuersum dominiũ, non autem in periculari. h. d. ¶ In glo. j. ibi nõ in re illa
2 tantũ. Not. ex glo. ꝙ actio redhibitoria † nõ trãsit ad successorẽ singularẽ: vnde si emptor, qui poterat agere redhibitoria, puta pro equo morboso empto, & illũ equũ vẽdat, vel alteri leget, ꝙ ille legatarius, vel secundus emptor nõ possunt agere redhibitoria contra primũ venditorẽ, & vide,

quæ dixi in.l.ſciendũ in.§.deinde aiunt ædiles.de ædi.edic. ¶ In ea gloſ.ibi.l.etiã ſi in rem.ſol.ibi illa exceptio iuriſiurandi competebat ſuper illa re,& ſi cõpetebat illi ergo ad quencunq; vadat illa res etiam ſi vadat ad ſingularem ſucceſſorem, trãſit cum eadem exceptione.vt ibi per doct.

SVMMA.

1 *Capere, & accipere differunt.illud maioris eſt potentiæ,non enim reſtituit.hoc autem ſecus, vt nu.20. Item de verbo peruenire,vide hîc Alciatum.*

LEX LXXI.

1 ALIVD EST.† Capere dicitur ille,qui habet cũ effectu,nec alij eſt reſtituturus. ſicut eſt puenire ſed acci
2 pere† dicitur quis,etiã ſi alij ſit reſtituturus.h.d. ¶ In gl.j.ibi, in.l.nõ videtur cepiſſe. dic,vt ibi per gloſ.quæ opponit de.l.ex facto.§.Iulianus Lõginus de vulg.& pupill.& de.l.in ſubſtitutione eo.tit.& de.l.cum quaſi.§.ſed & ſiquis. ſ.de fideicõmiſſa.liber.de quibus vide ibi plenè per gloſ.quæ clarè,& bene loquitur.

SVMMAE.

1 *Rectè præſtare promittere quid ſit.& dictio rectè quid importet.nu.2.*
3 *Periculum & damnum in quo differunt.Item quid damni appellatione contineatur.nu.7.*
4 *Damnum an furtum contineat.*
5 *Dictio vel, inter diuerſa ponitur.*
6 *Cogere debitorem per vim ſoluere,rem alterius comedere,vel vinũ bibere num ſit damnum dare.*

1 S.HAEC VERBA. Iſta verba† promitto tibi præſtare indẽnitatem rectè in talibus rebus, important,ꝙ ſtipulator nõ ſentiet periculũ,vel dãnũ ex ea re. h.d.mutatis verbis. ¶ Et not.ꝙ vis eſt ĩ hac ſtipulatiõe ſolũ in illo verbo rectè,qđ importat.ſ.periculum & damnũ nõ fieri:quod intellige.ſ.ab ipſo promiſſore,non autẽ ſi daretur ab alio:quia quis nõ poteſt promittere factũ alienũ.l.ſtipulatio iſta. in prin.ſ.de verbo.oblig.niſi pœna apponeretur. vt.e.l.§.alterius.&.§.ſiquis inſulã,vel niſi promiſiſſet ſe facturũ,& curaturũ,vt.l.inter ſtipulantẽ. in prin.ff.de verb.oblig.& not.in dicta.l.ſtipulatio iſta.in prin. ¶ Sed fortè poſſet dici,quòd iſtud
2 verbũ† rectè etiã hoc importet:nã hîc dicitur,ne ſtipulator dãnũ ſentiat,quod põt intelligi.ſ.à quo, quẽ curando potuiſſem prohibere,nõ autẽ dicit, ꝙ periculũ,vel damnũ ipſe promiſſor non dabit, quo caſu eſſet clarũ,ꝙ de alieno facto tũc non teneretur. ¶ In gloſ.in verbo periculũ,& in verbo
3 dãnũ.Not.ꝙ periculũ† proprie dicitur in perſona,dãnũ in rebus.Ratio iſtius ſecũdi eſt: quia dãnũ eſt diminutio patrimonij, vt.l.iij.ſ.de damno infecto.Ex quo ego infero,ꝙ ſi dico fecerunt pacẽ,& promiſerunt adinuicẽ,ꝙ vnus nõ daret dãnũ alteri ſub pœna mille ducatorũ,quæ conuentio valet,vt.l.non impoſsibile.& ibi gloſ.& doc.ſ. de pactis,ꝙ iſto caſu ſi vnus vulneraret alium in perſona,ꝙ tunc nõ veniret contra promiſsionẽ, & ſic non caderet in dictã pœnã mille ducatorũ: quia vulnerando non dedit dãnũ,ſed periculum per iſtas gloſſellas. ¶ Item:quia vulnerando non dicitur propriè diminuerẽ patrimoniũ,ſed perſonam ergo. ¶ Sed fortè cõtrarium eſt verius: quia nulla maius damnum poteſt eſſe alicui, quàm in perſona:quia ipſa omnibus rebus præferenda eſt. l.fi.C.deſacro.eccle. ¶ Secũdò,iſti facientes pacẽ, ſi fuiſſent interrogati,an intellexerint ſolũ de dãno:quod ſit diminutio patrimonij : an verò etiã de damno,ſeu periculo perſonæ,certè idem dixiſſent:quia quis magis timet in perſona ſua ; quàm in rebus,vt probatur in toto ti.ff.ad.l.Rhodiã de iactu.vbi omnes,qui ſunt in naui proijciunt res ſuas potius in mare,vt ſaluent perſonas ſuas,& facit dicta.l.fi.C.de ſacro.eccle.ergo idem eſt dicendũ in vtroque.arg.gloſ.not.in.l. tale pactũ.§.fi.ff. de pactis,& gloſ.in cle.j.de reſcriptis. ¶ Sed pul-
4 chrè poſſet dubitari, an† appellatione damni veniat furtum?& per conſequens ſi ſtatuto caueatur,ꝙ ſi damnũ alicui detur,ꝙ ſtetur iuramento damnum paſsi,& fiat alicui furtũ,an ſtabitur iuramẽto illius,cui ſit factũ furtũ?& videtur,ꝙ ſic, per.l.in hoc iudicio.ff.de ſeruo corupto, & ibi hoc ponitur per Albe.de Roſa.& Bart.in.l.quod Nerua in.iiij.col.in fi.verſi.ij.quero quot ſunt ſpecies culpæ.ibi & ꝙ hęc opinio ſit vera.ff. depoſiti. videtur tenere incidẽter ꝙ ſic. ¶ Sed tex.in.l. nauta.in fi.ff.nautæ. caupo. ſtabul. videtur probare qđ nõ. Nam ibi inter damnum,& furtum poni
5 tur dictio† vel,quæ ſolet cadere ſemper inter diuerſa,vt.l.hæc verba.ille,aut ille infrà eodem ergo.Ad idem eſt tex.in.l.ij.§.penul. rerum raptarum ſupra vi bo.rapto.ad idem eſt text.inſtitu.de noxalibus in prin.ibi ſi furtum fecerint,aut damnum dederint. ¶ Tertiò, hoc probatur manifeſtè in.l.ſi ſeruus ſeruũ.§.ſi oliuã,ſuprà ad.l. Aquiliam.vbi text.ponit differentiam inter furtum, & damnum.Nam damnum dicitur illud, quod ſit cum corruptione, & damnificatione rei, vt probatur etiam in.l.iij.ſuprà de damno infecto, ſed furtum fit cum amotione, & ita tenet Flori. in dicto.§.ſi oliuam,quod dicit eſſe vtile ad ſtatuta loquentia de damno,vt non veniat furtum.vide omnino, quæ plenè ſcripſi in.l.redhibere in

terio

tertio notabili.ff.de ædil.edict. vide.l. etiam.§.fi. ff.sol.matrimo. Quartò,de hoc est glos.ordina. institu.ad.l. Aqui.in prima glo.& est glos.in termi nis in.l.non possunt,in principio.ff. de legibus.& istud tenuit Bald.in dicta.l.nauta.licet in contrarium videatur facere.l.cum duobus.§.damna fatalia.ff.pro socio.& de hoc vide quodnot.Bald.in l.j.C.de ordine cog.¶ Et de damno vide bonam glo.in.c.si canonici.de officio ordina.libro sexto.

6 Sed pone† statutum extat, quòd siquis dederit damnum tali,puniatur in centum, modò quidā coëgit per vim debitorem suum sibi soluere. An per hoc dicatur dedisse damnum debitori, vt sic puniatur,à statuto?dicas,quòd non.Casus est nota.in.l.sed & partus.§.fin.suprà,quod metus causa.¶ Item quæro quartò.an appellatione damni veniat bibere vinum alienum, & comedere res alienas.dic,quòd non.tex.est in.l.qui occidit.§.siquis alienum.ff.ad.l.aquil.& ratio est,quia vtitur re ad suum vsum destinata. vnde statutum pœnanale loquēs de dāno dato in re aliena,nō habebit locum in bibente vinum alienum, vel comedente vuas alienas,vel blada:ita dicit Flo.in dicto §.siquisalienum. Aduertas tamen,quòd licet nō videatur damnum dare tamen,dicitur dillapidare,vt probatur in.l.tertia.§.Itē verum.ibi comederit:& ibi vendiderit,& ibi donauerit,& ibi cōsumpsserit.ff.rerū amotarū:vbi omnia ista equiparantur.Sed donare & consumere est dillapidare,vt.l.filiusfamiliàs,in principio.ff.de donatio:& in.l.contra iuris.§.si filius supra de pactis. ¶ Ad idem,quòd comedere sit dillapidare,facit bonus tex.in.l.si seruus.§.amouisse suprà de acquir.hæredite.¶ Hinc est quod dixit Bald.in.l. si fideiussor.§.fina.suprà qui satisda.cog.& in dicta.l.si seruum.§. prætor ait, quòd sicut sequestratio fit propter dillapidationem,ita etiam propter comestionem,& hoc tenet Angel.de Perusio. Rapha. Ioan.de Imola.Angel.de Aretio.in.l.imperatores §.fin.ff.de appellatio.& Bald.in ti.quo tēpore mi les inuesti.petere debeat.primo.§.fi.& idē sentit Innocen.in.c.fi.de seque.posses.& fruc.& Archy. in.c.quia res.xj.q.j.de quo latè dic per Angel.de Aretio in dicta.l.Imperator.§.fi.¶ Item & quintò quæro, an appellatione damni veniant expensę?dic,quòd non. casus est in c.in nostra,& ibi.gl. & in capitulo olim nobis,extra de iniurijs, & damno dato.vide glos.primā magnam in.l.j.§.fi.ff. siquis ius dicenti nō obtēper.& quod ibi signaui. ¶ Item & sextò quæro, si contractus factus per aliquem annulletur,an dicatur passus damnum? vide glos.in capitulo secundò. de constitutio.sed in contrarium est glos.in capitulo fin.de electione in sextò.facit quod not.Bal.in.l.nemo martyres.C.de sacrosan.eccle.¶ Item septimò quæro, an dicatur ille dare damnum,qui percipit tanquā possessor fructus alienos?dic,quòd non.per text. in titulo de pace constantiæ.ibi sine fructibus & damno,quia ibi fructus,& damnum ponuntur, vt diuersa secundum Bald.ibi. qui hoc tenet in trigesimaprima columna.pro quo ego allego etiā text.in.l.cum contra.C.si vendito pigno.agatur. ibi & fructuum,& ratio damni.& est text.in.l.j. §.j.suprà de ædili.edicto.& ibi Bald.& ibi dixi in

7 quinto notabili, vbi vide.¶ Itē octauò† quæro, quid veniat appellatione damni generaliter? dic, quòd omnis ille generaliter,& largo modo dicitur dare damnum,qui facit illud,quod ius facere non habet,vt est text.in.l. nemo damnum, infrà titulo primò.in penultima charta in fi.Sed verè, & propriè damnum est cum diminutione patrimonij,vt.l.tertia.suprà de damno infecto, & ita vult glo.in dicta.l.nemo damnum,quod not.pro statutis.¶ Item nonò quæro.an ille,qui perdit lucrum dicatur pati damnum?dic,quòd sic,vt per glos.& doc.in.l.non ampliùs.§.primò.de leg.j.& l.reprehendenda.C.de institu. & substitutio.sub condi.factis:& ibi vide dominum Paulum. ¶ Itē decimò quæro,nunquid appellatione damni veniat incendium?dic,quòd sic,vt probatur in.l. capitaliū.§.incendiarij in fi.ff. de pœnis. & in.l.qui ædes.§.j.ff.de incendio,ruina naufragio. Et probatur in.l.iij.ff.de damno infecto.vbi dicitur, ꝙ damnum est diminutio patrimonij.adde, quòd damnum dicitur illud,quod quis est passus, deducto tamen prius eo,quod apud se remansit, vt corium,vel carnes,vel solum, vt not.Barto.in.l. facienda.ff.arborum furtim cæsarum.

SVMMA.

1 *Nomen res partem continet, habet enim rationem totius vnde condemnatus ad rem dandam, condemnatus est ad partem, vt absolutus à toto, censetur absolutus à parte.*

LEX LXXII.

1 APPELLATIONE REI. Absolutus à toto,† videtur absolutus à parte.hoc dicit. vel sic exceptio rei iudicatæ,quæ obstat in toto,obstat etiam in eius parte.hoc dicit.secundum glos.Et ratio est,quia quod pluris,vtique tanti.l.cum furti. suprà de in litem iur.Item, quia in maiori summa minor continetur. ¶ Quot autem modis capiatur verbum res,vide per doc.in.l.j.ff. si cer-

tum petatur,& vide quod dixi in l.pecuniæ, in principio.& in l.nominis & rei in principio.& in l.rei appellatione.§.eo.

SVMMAE.

1 *Rei rectè restituendæ promißio fructus rei continet propter dictionem rectè.*

2 *Rectè & ritè differunt,hoc enim ad iuris solennitatem,illud ad substantiam videtur referri.*

LEX LXXIII.

HAEC VERBA. Qui pmittit rem rectè restitui: videtur promittere etiã fructus restituere. h.d. ¶ Nota 1 hîc,ꝙ verbũ † rectè, importat,& includit fructus. ¶ Secundò,not.quòd verbum rectè,importat arbitrium boni viri,vt hîc,& ita vult glos.in l.aliud. §.fin.suprà eod.& glos.hîc.¶ Et adde, quòd est 2 differẽtia † inter verbum rectè,& ritè.Nam verbum rectè,causam significat: verbum verò ritè, iuris solennitatem denotat.vt est glos.in l.secunda.suprà de inofficio.testamento.& in l.sed si lege.§.scire. de petitione. hæreditatis. & in l.iustè posſidet.ff.de acquirendda possessione.& est etiã glos.in l.non putauerit in.§.non quæsiis.suprà:de bonorum possessione contratabulas. quæ etiam dicit,quòd quandoque vnũ, pro altero ponitur, vt dicta.l.ij.de inofficioso testamento. Barptholomæus Cæpola Veronensis.

SVMMAE.

1 *Anulus signatorius non est ornamentum, de signo verò & sigillo numero 3.4.5.& .6.& aliàs remißiuè, vt hîc.*

2 *Antiani sunt octo magistratus Bononienses,penes quos rerum Bononiæ suma est.illorum autem officium quatuor menses durat.*

7 *Sigillum doctoris quo vtitur in suis consilijs an fidem faciat, vide hîc quòd non.*

8 *Mercatorum societate dissoluta,dissoluitur quoque sigillum,vt illo nemo amplius alijs contradicẽtibus vti audeat.*

10 *Sigilla quare inuenta.*

11 *Sigillum facit rem præsumi esse illius,cuius est sigillum,& alia plurima pulchra habentur hîc de sigillo,& aliàs remißiuè.vt nu.9.*

13 *Sponsus an poßit desponsare coniugem cum alieno anulo,sicut doctor fieri cum alieno pileo vel etiã anulo.*

14 *Anulus quare in quarto digito collocatur in cõiuge. vide hîc Aul.Gel.in noct.Attic.li.x.c.xj.vbi inquit hæc veteres græcos anulum habuisse in digito accepimus,qui minimo est proximus propter neruum qui ex corde procedit.*

LEX LXXIIII.

SIGNATORIVS. Appellatione ornamentorum non venit anulus signatorius. h.d. mutatis verbis.& ad hoc semper allegatur.vide Bar.in l.cũ aurũ.ff.de auro.& argẽto legato.Ex quo not. secundum glo.hîc,ꝙ si lego tibi ornamenta mea, 1 † non veniet anulus signatorius.vt l.argento.§. ornamẽta.§.de auro & argento legato.¶ De sigillo,& signo.vide Bal.omnino in c.vt nostrũ.extra de appell.& ibi dixi in iij.notab.vbi vide.De materia sigilli vide.l.ad testium.§.si ab ipso,vsque ad finẽ cũ l.seq.& quod ibi not.doc.ff. de testa. vide plenè p Io.de Prato.in l.si pcuratorẽ.ff. de pcura.¶ Cęterũ quia hîc dicitur. de anullo, & de sigillo:ideo videamus aliqua circa ista duo.¶ Et primò quæro,pone ꝙ sunt plures officiales, vt sunt 2 hîc Bononiæ Antiani, † qui habẽt sigillare rescripta,& supplicationes,& vnus tantũ, putà, prior tenet sigillum,an sufficiat,ꝙ ipse solus sigillet pro omnibus?dicas,ꝙ sic,vt voluit not.Bal.in c.j.§.j. in ij.col.in tit.de contro.inuesti.allegat ea quæ plenè not.in c.inter dilectos.de fide instrumentorũ 3 in nouel.¶ Secũdò quæro, † an iudex posſit citare aliquẽ dando simpliciter nuntio sigillũ suum, ita vt citatus debeat nũtio credere? dic, ꝙ sic, secundũ tamen quod not.glo.notabilis in c.significauit extra de appellatio.hoc videtur tenere Inn. in c.quoniã contra falsam extra de probatio.vbi dixi.ꝙ delegatio probatur per sigillũ tãtũ delegãtis sine alia scriptura,& hoc tenet etiã Ang.& ibi dixi in l.consentaneũ.C.quõ,& quando iudex in gl.in verbo cõmune facto.¶ Ex quo infero, ꝙ si famulus alicuius mei amici veniret ad me cũ sigil 4 lo domini sui,& peteret aliquid,quod deberẽ † ei credere,quod tamen intelligo verũ,si peteret rẽ, quã verisimiliter dominus potuisset petere.alias secus.arg.l.vel vniuersorũ.ff.de pigno.actio.cũ si. Nam est possibile,ꝙ habeat sigillũ,à domino pro petenda aliqua re.non tamen illã petit sed aliã.Et adde bonũ tex.circa hoc in l.siquis vxori.§. apud Labeonẽ,& quod ibi notat.ff.de furtis.pro hoc vide.d.Dominicũ de sancto Gemi.in c.quãuis. in iij.col.Ex quo.dicit Archy.de procurato. li.vj.& vide gl.j.& doc.in c.significauit.extra de appella. & vide quod dixi in actione de in rem.vers.in illa.q. an, & quando quis posſit alicui credere.

Tertiò

¶ Tertiò quæro, an sigillans instrumentũ videat cõsentire his, quæ in instrumẽto cõtinentur? dic,
5 † aut sciebat ea, quę in instrumẽto cõtinebant, & tunc videtur cõsentire aliàs non. vt. l. ij. & ibi Barto. C. de rebus alie. non alie. & in l. fi. C. plus valere, quod agitur. & vide gloss. in l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. in verbo assignãte. ff. de verborum obligatio. & in l. fideiussor. §. si pater. secundum vnam lecturam. ff. de pigno. & in l. Caius. & ibi per doct. suprà de pigno. action. & not. Bartol. in l. quæ dotis. in vltima quæstio. suprà soluto matrimo. ¶ Episcopus sigillat sigillo ecclesiæ suæ, vt lxxiij. distinctio. in nomine. & not. gloss. ij. in verbo signatis post medium. xcvij. distinctio. c. final. nobilissimus, quam glo. omnino vide, quia ponit alias quæstiones de sigillo. & not. Innocen. in c. ij. circa medium. extra de fide instru. ¶ Quid si aliquis sigillat toressum, siue baletum signo alieno?
6 dic, quòd tenetur pœna † falsi. vt est gloss. in l. j. §. qui in rationibus. in verbo aliqua re. ff. de falsis. & propter illam gloss. condemnaui Iacobum Parolinum in. xxv. libris. quia in tribus pannis lanæ, quos emerat, extirpauit signa domini olim pannorũ, & apposuit sua signa, propter creditores vẽditoris. &c. ¶ Quartò quæro, quid si sigillum est vitiatũ, an faciat fidem? dicas, quòd non, vt est casus in c. inter dilectos, & ibi notatur, extra de fide instrumentorum. ¶ Quintò quæro, quomodo probatur sigillum? vide gloss. in cap. si post cessionem. & capitu. licet causam. de probatio. ¶ Sextò quæro, an mandatum probetur per sigillum. vide gloss. in cle. vbi literis. extra de procurato. vbi doct. licet Ioan. Andr. in dicto ca. post cessionem. de probatio. teneat contrarium: sed tu dic, vt dixi suprà eo. ca. secunda quæstio. ¶ Septimò quæro, an habens sigillum præsumatur procurator, & admittatur? vide text. in cap. quorundam. de solut. vbi per Hostien. & Anto. de Butr. & Ioannẽ de Imola: & ibi dicit Hostien. quòd si iste præstat cautionẽ de rato admittetur, vt procurator. Fallit nisi esset sigillum propriũ ipsius domini, quo vtebatur ad constituendum mandatum: quia tunc admittitur sine cautione secundum docto. ibi. Item debet esse persona honesta, secũdum docto. in l. si procuratorem absentem. suprà de procurat. ¶ Item quæro, an sola ostensio sigilli probet mandatum, putà, si non esset impressum in scriptura, vel appensum? vide plenè per do. Dominicum de sancto Gemi. in c. quamuis. in tertia col. cum sequen. de procur. lib. vj. ¶ Octauò quęro, an probetur quis esse iudex delegatus, si habet sigillum? dic, quòd sic secundum Ang. in l. cõsentaneum. C. quomodo, & quando iudex. ¶ Nonò quæro, an per sigillum transferatur periculis rei emptę, & an possessione rei acquiratur? dic, quòd sic, casus est not. in l. quòd si neque. §. j. s. de peric. & commo. rei ven. & hoc tenet Bartol. in dicta l.
7 Titia. in fi. s. sol. mat. ¶ Decimò quæro, † an sigillum doctoris appositũ in consilijs suis sit authenticum, & faciat fidẽ? dic, quòd non. Nam doctor debet facere celebrari instrumentum publicũ de suo sigillo, secundum Iaco. Butr. & Bal. in l. si qua per calumniam. C. de episc. & cleri. ¶ Vndecimò quæro, an literis episcopi forensis cum sigillo credatur, & an priuata, vel publica scriptura, quæ habeat sigillum domini probet sicut instrumẽtum? vide per docto. in dicta l. si qua per calumniam, & per Barto. in l. publicanus. suprà de publicanis, & per Cano. in cap. ij. extra de fide instrumentorum. & vide gloss. & Cyn. & doct. in l. pacta nouissima. C. de pactis. & in dicta l. procuratorem. suprà de procurat. & ibi doct. & vide Cyn. in ru-
8 brica digestorum. ¶ Duodecimò quæro, † si plures mercatores dissoluant societatem, apud quem debeat stare, & remanere signum, vel sigillum societatis? & dic secundum Flor. in l. cum in diuersis. ad finem. suprà de religiosis, & sumpt. funer. quòd non debet remanere alicui sociorum integrum: quia ex quo dissoluta est societas in pactis, & in exercitio societatis, & in substantia, dissolutio sequi debet. & in accidentibus, & sequentibus substantiam. argumen. l. cum in plures. §. lege dicta. suprà locati. Et sic vnus non poterit post eà dicto signo, vel sigillo vti. & ita videtur tenere Barto. in suo eleganti tractatu, de insignijs, & armis. in fine. tertia columna. versicu. quæro qualiter ista arma, seu insignia transeant, in successores. &c. vbi vide latius per eum. vide omnino Alberic. de Rosate in l. quæro. ff. de success. patron. Ego autem credo contrarium, quòd cum si-
9 gnum, & sigillum societatis dicatur † cõmune sociorum, sicut aliæ mercantiæ, vt probat mihi text. notabilis in l. procuratoris. §. si propter mercem. suprà de tributo. quòd si diuiditur societas, ita etiam debet diuidi signum, & sigillum, quantum ad hoc, vt omnes possint vti eodem, si velit de per se negotiari, nec isto casu habebit locum. l. final. suprà de fide instrumento. vel vnus poterit emere partem eius à socijs volentibus, & sic solus tunc poterit vti: & istud vidi fieri multoties in magnis mercatoribus: ex quo etiam sequitur, quòd signo, vel sigillo vnius mercatoris, alius, eo inuito, vti non poterit: sed nũquid quando maior pars remanet in societate, & minor recedit, possit maior pars societatis signo vti? vide plenè in exceptis ex libello fratris Ioannis de vsuris. in rubri. de signo societatis, qualiter vti liceat, & incipit capitulum. Vlterius quæro nunquid

quando maior pars. ¶ Decimotertiò quæro,
10 quare sunt adinuenta signa, † & sigilla? dic secundum Bald. in authen. dos data. C. de donatio. ante nupt. quòd ideo sunt adinuenta, vt res ex ipsis signatæ cognoscantur. facit l. ad recognoscendas. C. de ingenuis manu. & vide omnino Bartol. in l. stigmata. C. de Fabricēsibus. libro. xj. vnde Bal. dicit in dicta authenti. dos data, Ballæ mercatorum presumuntur esse illorum, quorum sunt signa, vel sigilla. allegat. Barto. in. l. eum, qui. §. fina. suprà de furtis. Sed circa hoc adde Dy. & Guido. de Suza. quos refert Tancredus de Corneto in suo opere in rubrica vndecima, in vltima questio. vbi arguit pro, & contrà,
11 † an signum, seu marcha, quæ imprimitur animali, vel alteri rei, probet rem esse illius, & in effectu videtur concludere, quòd si cōtradicatur, facit præsumptionem, non probationem: aliâs de facili posset quis priuare aliquem dominio rei suæ; & sic si rectè consideras, istud est contra dictum Bald. & cum hac conclusione Tancredi transit domi. meus, domi. Ioannes de Anania in cap. final. prælatorum. extra de accusatio. ¶ Decimoquartò quæro, an sigillum quod non habet nomen sigillantis probet? dic, quòd sic, vt tenet gloss. prima quæstione prima. si quis inquit, & not. in cap. inter dilectos. de fide instrumentorum. ¶ Decimoquintò quero, an sigillum Pape sine subscriptione faciat chartam authenticam? dic, quòd non. glo. est. xij. quæstione. ij. cum redemptor. ¶ Decimosextò quæro, sunt duo domini Fratres nati simul, & eodem tempore: quia fortè nati sunt cæso ventre matris, regunt simul, & pariter, quomodo vocabitur, & describetur sigillum eorum? dic, quòd vocabitur sigillum geminorum fratrum dominorum de tali loco, vel prouincia. verbi gratia. dicetur sigillum geminorum fratrum de la Scala. Ita notabiliter dicit Bald. in procemio Digestorum, in. §. sed cum nos. ad finem. vbi omnino vide. & idem posset dici in sigillo plurium mercatorum, quod not. & vide Baldum, in. l. in quibus. C. de secūdis nupt. & Iaco. Aluar. in capitulo primo. in principio. in prima quæstione. in titul. de ca. de marchis. ¶ Decimoseptimò quæro. vnde habuit originem, vt signo crucis signaremur, & an traxerit originem à testamento veteri? vide gloss. xj. distinctio. ecclesiarum, & ibi Archydiaco. ponit quomodo signum crucis fieri debeat.

¶ Decimooctauò quæro, de quæstione quotidiana inter dominos. Aliquis dedit chartam albam sigillatam suo sigillo, nunquid stabitur scripturæ posteà in ea factæ contra sigillantem? vide Innocent. & domi. Franciscum Zabarel. in capi. scripturam. in fine. extra de fide instrumentorum. vbi concludunt, quòd non. ¶ Decimononò, quæro prælati, & principes concedunt alijs officium suum sigilli, & illi sigillant literas etiam non visas à dominis concedentibus, an possint? Francisc. Zabarel. in dicto cap. scripturam. in fin. tenet, quòd sic, & sic se habet consuetudo secundum eum. Adde, quòd sigillum non est de actis: quia hîc ponuntur, vt diuersa: ita dicit Bald. & Francisc. Zabarel. refert in cap. cum olim magister in secundo notabili. in fin. extra de officio delegati. ¶ De materia
12 † sigilli. vide plenè per Innocen. in cap. primo, & secundo. extra de fide instrumentorum, & plenè per Specu. in tit. de probatio. §. videndum. versicu. quarto, & versicu. x. vsque ad vndecimum. & per Bald. latè per remissiones in titu. de pace Constantiæ. in principio. in secunda colum. ad finem. & plenè per Ioan. And. in Nouella. in cap. quamuis. de probatio. lib. vj. & in cap. quanto. in Nouella. de his, quæ fiunt à prælato. & per Ioan. And. & doc. latè in cap. secundo. de fide instrumentorum. & in cap. ij. de solut. & per Specul. in titu. de fide instrumentorum. §. vt autem ad hoc. & Azo in summa de procurat. in fine. & per Bald. in. l. Tribunus. de milit. testamento. Et vide plenè per Bald. super rubrica. C. de fide instrumentorum. & in. l. distractæ. C. de rebus alienis. non alien. & per Bartol. in. l. nuda. suprà de donatio. & per Cano. in cap. j. extra de cle. percuss. & in cap. post cessionem. de probatio. & per Innocentium, & Ioan. Andr. in capitu. ad audientiam. extra de crimine falsi. & aliquid per Iaco. de Aluar. in capitulo primo. in penultima columna. in tit. qui testes sunt necessarij ad probādū no. inuestitu. Et vide omnino, quod scripsi latè etiam per remissionem in. l. prima. §. si intelligatur. de ædil. edicto. ¶ In materia anuli, quæro primo an si sponsus mittat alienum anulum suæ sponsæ, & posteà in locum illius alium dedit, an valeat donatio? dic, quòd sic. casus est not. in. l. si donatæ. §. si sponsus. suprà de donatio. inter virum, & vxo-
13 rem. per quem text. dicas, quòd † quis potest desponsare suam sponsam etiam cum alieno anulo. ¶ Item per illum textum, solet dici, & bene, quòd quis potest doctorari, & recipere insignia doctoratus per Pileum alienum, & per anulum alienum, & ita vidi fieri anno præterito Millesimo quadringentesimo quadragesimosecundo. In ecclesia, sancti Petri hîc Bononiæ dum quidam doctoraretur.

QVAERO secundò, quare mulieribus quando desponsantur imponitur anulus in quarto digito, qui vocatur anularius? dic, quia in eo est vna vena, quæ vadit vsque ad cor. vt dicit tex. xxx. quæstio. v. fœminæ.

Quero

QVAERO tertiò, an per anullum poſsit quis inueſtiri putà de aliquo feudo, vel alia re, dic, quòd ſic, non tamen per ipſum anulum transfertur poſſeſsio, ſed denotatur ſignũ inueſtituræ, vt eſt tex. in c. ex ore. extra de his quę fiunt à maio. parte ca. & ibi not. & not. per gloſſ. & docto. in c. ex literis. extra de conſuetudine, & no. in c. j. in prin. in titu. quid ſit inueſtitura.

QVAERO quartò, quis poſsit deferre annulum, & an prælati poſsint? vide text. & Ant. de Butri. & Ioan. de Imol. in capit. penultimo. clerici, extra de vita, & honeſta cleri. & Anto. de Butri. in c. fin. de poſtul. præla. & Archi. vij. q. j. ſicut alterius: an appellatione auri, vel ornamenti contineatur anulus? vide Bartol. in l. cum aurum. ff. de auro, & argento lega..

SVMMA.

1 *In claris non eſt inſiſtendum.*

LEX LXXV.

RESTITVERE. Iſtam l. declaraui in l. reſtituere. ſ. eo. Ideo non inſiſto. dic ergo, vt ibi dixi: quia iſta lex eſt ſatis clara. Barpthol. Cæp. Veron. ¶ Præter ergo, quod hac de re ſufficienter ſuperius dixit, cùm ſit res ſatis cla-
1 ra, non putauit rurſus dicere, neque de nouo † in ea inſiſtere, neque etiam in l. ſequẽ. dediſſe. Nam etiam clara eſt, & eius materia breuis: ideo de vtraque breuiter expeditus tranſitum facit ad l. frugem. quæ ſine fruge nequaquam eſt futura. Hector Foreſtus Vaſionenſis.

SVMMA.

1 *Verbum dare, habet rationem generis: cõpenſare verò, & permutare habent rationem ſpeciei ſub illo enim continentur.*

LEX LXXVI.

1 DEDISSE. Verbũ † dare, comprehendit, & cõpenſare, & permutare. h. d. quid autẽ ſignificet iſtud verbũ dare. vide tex. & ibi doc. in l. vbi autẽ. non apparet. in fi. ſ. de verbo. obli. & inſti. de act. §. ſic itaque. ¶ Iſte tex. videtur probare, quòd ille, qui permutat tenetur dare, de quo vide quæſtionẽ, quã diſputaui anno 1451. Barptholomæus Cæpola Veronen.

SVMMAE.

1 *Fruges, nomẽ generale eſt, vt omne quo veſcimur contineat, & frumẽtũ, omne quod ariſta cõplectitur.*

2 *Fabæ non ſunt lupinum.*

3 *Fœnum appellatione fructus continetur.*

4 *Farina frumentum non eſt, vnde frumentũ debens non liberatur præſtando farinam. nu. 8.*

5 *Obuentio quid ſit. remiſsiuè.*

6 *Redditus eſt generale nomen, item redditus, & fructus differunt. nu. 7.*

LEX LXXVII.

1 FRVGEM PRO. Appellatione † frugis continetur omne id, quo homo fruitur, & veſcitur: & ideo aues, & feræ, & poma veniunt appellatione frugum: licet Iulianus, dixit contrarium, & malè. Item appellatione frumenti venit omne id, quo ariſta, id eſt ſpica in ſe habet, & venit etiam lupinum, & fabæ. h. d. tota. l. ¶ Nota primò, ꝙ ſi locarem fundum vni, & ipſe mihi promittit dare tertiã, vel quartã partem omnium frugũ, ꝙ ipſe tenebitur mihi dare etiam partẽ pomorum, & carnium, & auium, quæ ſunt captę in illo fundo, vel quia ibi natę erãt, vel quia ibi captæ, vel etiã ferarum, quod eſt multùm no. ¶ Nota etiã in caſu prædicto tenebitur mihi dare etiã partem lignorũ, quæ inciderit in nemore, & partẽ argẽti, vel lapidum, quæ ex dicto fundo locato euulſerit, quod eſt bene not. ¶ Nota in. §. frumẽtum, ꝙ illud dicitur frumentum, quod habet in ſe ariſtam. & ideo ſecũdum gl. hîc in verbo ariſtam teneat, venit etiã auena hordeum, & ſpelta, & ſimiles. Item veniunt etiã appellatione frumenti, lupinum, & fabæ, & per cõſequens venit etiã miliũ, & meloca. Et adde, ꝙ aliquando appellatione frumẽti omnia, quæ ad victũ ſunt neceſſaria, accipiũtur, vt probatur in l. modios. C. de ſuſceptoribus, & archarijs. li. x. & in l. ij. C. de cano. frumẽta. vrbis Romæ. li. xj. & ita dicit gl. in rubr.
2 dicti tituli. de cano. frumẽta. † Nota etiã ibi lupinum verò, & fabas: ꝙ appellatione fabarum non venit lupinum, licet in quibuſdam ciuitatibus, vt eſt in ciuitate Veronæ dicãtur in vulgare fabæ lupinæ: tamẽ etiã vbi eſſet talis cõmunis vſus loquẽdi, nihilominus ſi vnus mihi promitteret decem corbes fabarum, non intelligeretur de illis lupinis: quia illæ propriè non ſunt fabæ. arg. l. j. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager vectigal. vel emphyteu. pe. cum ſimilibus. ¶ Extra textum not. quòd fruges, & fructus pro eodem ponuntur, & ſic tantùm ſignificat vnum, ſicut aliud, ita dixit gloſſ. in verbo fructuum, in l. j. §. Labeo. per iſtum textum. ſuprà de aqua pluuia arcenda. ¶ Sed extra etiam quæro, an appellatione frumenti, vel

frugum veniat fœnũ,palea,vel similia? dic, quòd non. vt dicit glos.in dicta.l.j.in.§.de eo opere: in verbo frumenti.s̃.de aqua plu.arcen.¶ Itẽ quandoque appellatio frumenti accipitur largè pro omni grano, vel strictè pro frumento tantùm. & gloss.in.l.j.in.§.de eo opere:in verbo frumenti,dicit,quòd largè accipitur,sed glos.sequens in eo.§. quæ incipit in arando. dicit, quòd accipitur strictè.Sed breuiter secundum Bartol. in dicto.§.de eo opere,appellatio frumenti secundum veram, &propriã significationẽ accipitur:largè verò per istam.l.vt dixit glos.s̃.in verbo frumenti. dixit tamen Iaco.de Are.hîc,ego intelligo illud esse frumentum,quod excedit sui nobilitate omnes alias fruges propter communem vsum loquẽdi, cum quo Iacobo trãsit Bart.in.d.§.de eo opere.Sed tu dic,quòd hoc fuit dictum gl.fi. vbi aliquid de hoc dicam.& gl.in.l.triticum.in.ij.gl.s̃.de verbo. obli.
3 Item dico,quòd † appellatione fructuũ bene venit fœnum , vt est casus. in.l.si vsufructuarius.ff. qui.mo.vsusfru.amittatur. & est casus apertus in l.si absente.§.j.syluam.ibi,item fœnum immaturè cæsum in fructum est.ff.de vsufructu. & vide quod in eis apostillaui,in lectura domini Floriani.& vide consilium do.Antonij de Sicilia in causa illorũ de Sacramosto pro decima Seruæ. Itẽ vide text.in.l.vsufructu legato.§.j.ff.de vsufructu.
4 ¶ Item quæro, † an appellatione frumẽti contineatur farina?vide Bar.in.l.quæsitũ.§.illum fortasse.de leg.iij.& Bal.in.l.nõ dubium.C.de legib. Sed an appellatione fructuum contineantur pensiones domorum probatur, quòd non in.l.apud Iulianũ.§.j.ff.de leg.j.& ibi hoc not.Albe.de Rosa.& vide.l.prædiorum.cum gl.ff.de vsur.&.l.vsura.j̃.eo.& vide Alb.de Rosa.in suo primo Alphabeto in verbo fructus.& vide quod not. Bar.in.l. si vrbana.in vlti.col.in princi.de condi.indebi.Et adde,quod not.Io.And.in.c.pastoralis. de deci. in Nouella.& vide Lod.de Ro.in.l.diuortio.§.fi. ad fi.ff.solu.matri.& in.l.diuortio.§.si fundum. eo.titu.vbi ponit,quid sit fructus,redditus,& prouentus.
5 Quid contineatur appellatione † obuentionum,vide Bart.in.l.si vrbana.circa fi. & quòd ibi signaui.ff.de condi.indeb.vide Bal. in.c j.in decima col.in titu.de capitaneo,qui curiam vendidit. ¶ De siligine vide tex.& Ange.in.l.si quis vxori. §.item apud Labeonem.ff.de iniurijs.Item appel
6 latione † redditũum venit partus. text. est cum gloss. in.l.deducta.§.hæreditatem. in verbo retinebit.in fine.ff.ad Trebellianum.Redditus est vocabulum generale ad omnes prouentus, vt not. ff.de conditio.indebiti.l.si vrbana.& ita dicit Bal. in.c.conquerente.in verbo,cum redditibus.extra de restitu.spolia. Differentia est inter fructus, & lucrum & ponitur per Io. And.in.c.pastoralis. de decimis in Nouella. ¶ In gloss. id est, opponitur contra istum text.in quo dicitur,quòd fruges dicũtur redditus.Nam partus est redditus,& tamẽ non est fructus.vt.l.Paulus.§.j.suprà de vsur. soluit gloss.& bene.omnis fructus,seu fruges est redditus.ita loquitur hæc.l.sed non ecõtrario. omnis redditus est fructus,ita loquitur cõtrarium. vide omnino Alberi. de Rosa. in suo primo Alphabeto.in verbo redditus.& in.l.Paulus.§.j.de vsur.ex quo not.Aliud,quòd si promitteret partem frugis,non tenebitur dare partem partus ancillarũ: secus autem si promisisset dare partem redditus: tunc venirent etiam partus ancillarum , vt dicta l.Paulus.§.j.& hic in gloss. quod bene nota. pro instrumentis locationum,in quibus ista verba solent apponi.in glo.in verbo si aliqua.ibi pelle,&c. vnde Vergi.in.j.Georgicorum.

Vnde prius lætum siliqua quassante legumen
Aut tenues fœtus viciæ,tristisq; lupini

¶ In gloss.final. quæ incipit.s.lupinum. &c. not. secundum Bartolum,hîc,quòd si quis mihi promittat decem corbes frumẽti, intelligitur de illo meliori secundum communem vsum loquendi, vt hîc,vt.l.Labeo.de supellect.lega.& ita etiam tenebat domi.Iacob. de Are. Facit etiam.l.semper. infrà titulo primo.de quo dic , vt dixi suprà in ver. Itẽ quæro,an appellatio frumenti accipiatur largè. Quid autem veniat appellatione tritici. vide per textum, & gloss. & latè per docto. in.l. triticum.suprà de verborum obligatio. ¶ Diffe-
7 rentia † inter fructus , & redditus ponitur per Flori. in.l.vsufructu legato.ff.de vsufructu. Item adde,quòd appellatione frugum continentur arundines,sylua cædua,& arbores cæduæ.vt.l.qui fundum.§.cum fundum.ff.de contrahenda emptione. & in Specul. in titu. de locato, & conducto.in.§.primo.versicu.penulti.& vide quod no. in cap. nisi cum pridem. circa principium. extra de renuntia.Item appellatio frugum comprehendit etiam vindemiam,& messem,vt est tex. cum gloss.in verbo frugibus in.l.prima.C.de agricol. & censi. libro vndecimo. Item adde , quòd verbum frugum,vel fructuum,vel his similia,habet denotare rem perfectã: ad quod optimè facit. de pœ.di.ij.dum sanctam.secundum Io.An.in.c.qui prior.de reg.iu.li.vj.in Nouella. appellatiõe emolumenti quid contineatur,vide do.Dominicũ in c.j.circa prin.de testi.in.vj. Quid veniat appellatione fructuum vide omnino Albe. de Rosat. in suo primo Alphabeto, in verbo fructus cũ sequẽtibus.Quid aũt cõtineatur appellatione fructuũ, vel redditũ.vide do. Dominicũ in.c.generali. in princi.in antepenul.notabili.& in vltima col.circa fi.

ca finem.de electio.lib.vj.Bladi appellatione non veniunt legumina,neque milium.c.ex multiplici.extra de deci.Albe.in primo Alphabeto,in primo verbo fructus,& in verbo Bladũ.An appellatione fructuum veniunt mobilia confiscata?vide omnino Ioan.de Anania in.c.quoniam. in aliquibus in quarto notabili.extra ne prelati vices suas. Quid veniat appellatione prouentuum. vide Ioan.And.in.c.pastoralis.in verbo prouentibus. extra de donatio.qui dicit,quod omnino comprehendit. vide text.ibi de hoc. & in.c.Iacobus.j.de Simonia.& ibi per Lapum de Florentia in repetitione sua.vide text.in ca.Pastoralis.in fine.extra de appel.& vide omnino Lapum in dicto c.Iacobus.ad finem. Nũquid farina dicatur fructus. respondeo non propriè loquendo: quia farina est materiatum disgrediens à materia:ita, quòd non potest ad materiam reduci: & pro tanto ille, qui
8 † debet frumẽtum non potest offerre farinam.l. quæsitum.§.illud fortassè,de lega.iij. quia denominatio debet fieri à forma præsenti, non à forma finita,vt præterita:nisi aliter conueniant contrahentes. ita dicit. Bald. in.l.j.in fine.ij.col.C. de fructibus, & lit. expen. differentia inter prouentus,& facultates.vide Francis.Zabarel.in cle.ij.de religio.do.Si legatur res cum commodis, & prouentibus,veniunt percepta viuo testatore.Bal.in l.Lucius.ff.de leg.ij. ¶ Prouẽtus ecclesiæ, vel Castri debent æstimari,quantũ valeát, deductis expensis,Bal.in.l. quidam.ff.de condi.& demon.

SVMMAE.

1 *Possessio interdum proprietatem significat adeo, vt legata possessione, & proprietas legata esse censenda est.*

2 *Possessionibus venditis, aut legatis, an res mobiles, & iurisditio continentur.*

3 *Relatiuorum interdum vtrunque pro altero capitur. vnde emptio pro venditione,& locatio pro conductione nonnunquam accipitur, & contrà.*

LEX LXXVIII.

1 INTERDVM. Appellatione † possessionis venit etiam quandoque proprietas. hoc dicit. Concordat.c.cum ad sedẽ. circa principiũ.ibi, cum possessionibus, & pertinentijs,extra de resti.spol. & vide gloss.in.l.si de vi,circa principium.ff.de iudic. ibi sic,& aliâs.¶ Nota hîc,quòd si vnus legat possessiones suas,videtur legare proprietatem.Et ratio in hoc optima potest esse: quia aliâs legatum esset nullius,vel saltem paruæ vtilitatis: sicut dicimus in illo,qui legat instrumentũ. Nam videtur legare debitum: non autem ipsam chartam, cum illud esset paruæ vtilitatis.l.seruum filij.§. eum qui chirographum.s̃.de lega.j.&.l.qui chirographum. de lega.iij.facit.l.Labeo.s̃.de pactis. & quod ibi notatur.Credo tamen, quòd idem esset dicendum in petitione:licet non sit illa ratio paruæ vtilitatis,vnde si dico, peto possessiones, quas tenes,intellige de possessione, & proprietate, vt dicto.c.cum ad sedem.& vide Bar.in.l.cum antiquitas.C.de vsufructu.qui videtur intelligere istã l.quando erat communis vsus loquendi testatoris,vt vocaret possessionem ipsam proprietatem, non autem nudam possessionem, & idem vult Barto.in.l.vxorem.§.legauerat.in fi.de legatis.iij.

2 ¶ Sed quæro,quidam † rusticus,vel alius vendidit possessiones suas,an videatur vẽdidisse possessiones tam mobilium,quàm immobilium,& pecuniam?Bar.tenet, ꝙ sic,in.l.magis,puto.§.idem Pomponius.per illum tex.ff.de rebus eo. sed Cy. in.l.fi.in.xij.& vltima.q.C.de compensa. Format istam quæstio.& Bar.reassumit.in.l.vxorem.§.legauerat. de lega.iij.vbi in effectu dicit, quòd nõ. per.l.filij.§ .qui fœnus.ad municipa.Sed in dubio ad vulgare,& commune eloquium recurrẽdum est,& secundum communem vsum loquendi intelligendum est.l.cum de Lanionis.§.Asinam. de fundo instruct.cum simi.vt dixi suprà proximè. ¶ Item quæro,vendidi tibi omnes possessiones meas,quas habeo in tali Castro. An videar vendidisse iurisdictionem?Dy.in.l.iij.ff.de acqui.rerum do.dixit,quòd non.si habebam iurisditionem ratione personæ,sed si ratione possessionũ tunc venit in possessione.allegat.c.j.de capitaneo, qui curiã vendidit,& sic, si habet iurisditionẽ vi territorij, vendito territorio venit iurisditio:sed si habet vi alterius priuilegij non debet secundum Dynum,quem sequitur Bald. in dicto ca.primo. in prin.vlti col.versi.alia quæstio.formatur à do. Dy.&c.in glo.j.ibi,econtra dominium pro possessione.&c. Adde ad gl.tex.& gloss. in.l.iubemus nulli.§.fi.in verbo proprietatem:& ibi dixit Sali. quòd verbo proprietatis cõtinetur, etiã sola possessio,quandoque secundum subiectã materiam, quod facit ad interpretationem statutorum, & vide text. cum gloss. in.l.si finita.§.Iulianus.ff.de damno infect.vbi exponitur dominium pro possessione:adde etiam ad gloss.† quòd aliquando capitur emptio pro venditione, & econtrario, & aliquando capitur locatio pro conductione, & econtrario. vt est text.in.l.veteres. cum.l.sequen. suprà de actio.emp.quod facit pro saluando libellum.vt in simili not.Bartol. in.l.j.ad finem.C.de vsufructu. & facit gloss. notabilis in.l.& puto.§. primo.& quod ibi Floria.suprà famil. erciscund.

in glos.in verbo possessiones ibi, id est res possessas. Idem exponit gloss. in.l.quoties.C.de rei vendicatio.& in.l.ij.C.de probatio. Barptholomæus Cæpola Veronen.

SVMMAE.

1 *Impensarum tria sunt genera, quædam enim necessariæ, quædam vtiles, quædam voluptuariæ. singulas explicat. necessariæ dotem minuunt, vt numero 2.*

3 *Expensæ in exigendis nominibus constitutis in dotem, factæ, an minuant ipsam, quæstio est.*

4 *Expensa quæ causa fructuum colligendorum fit, non minuit dotem, estò quòd videatur necessaria. & nu.5.& 6.*

LEX LXXIX.

IMPENSAE. Ista.l.diuiditur principaliter in tres partes: in prima ponitur, quæ dicãtur im-
1 pensæ † necessariæ. vsq; ibi vtiles. Ibi secunda, in qua ponitur, quæ dicantur impensæ vtiles vsque ibi voluptariæ. Ibi tertia & vltima, in qua ponitur, quæ dicantur voluptariæ, seu voluntariæ impensæ, hoc dicit in summa. Impensę illæ dicuntur necessariæ, quibus non factis res erat peritura, vel deterior futura: illæ verò dicuntur vtiles, quæ solùm faciunt rem meliorem. Voluptariæ autem, quæ tantùm ipsam exornant. hoc dicit. iste text. multùm regularis. concordat.l.impensę. &.l.j.in princi. &.l.quod dicitur. §.vtiles cum omnibus legibus sequen. suprà de impensis in re-
2 bus dota.factis. ¶ Nota primò, quòd † illæ dicuntur necessariæ impensæ, quibus non factis &c. Et adde, quòd ad hoc, vt istæ impensæ minuant dotem, secundum dictam.l.quod dicitur. in princi. requiritur, ꝙ sint factæ in ipsa re, vt in dicta.l.j. §.cæterum.de impẽsis in reb.dot.& quòd sint ad perpetuam rei vtilitatem, vt.l.iij.§.generaliter. eodem titu. Sed pone, quòd vxor dedit in dotem
3 nomina debitorum, † an expensa, quæ fit per maritũ in exigendo dicta nomina, dicatur expensa necessaria, & sic spectet in totum ad vxorem: id est, & sic minuat dotem? & gl.in.d.l.j.in verbo factæ sunt, dicit, quòd non. Sed quòd imò spectet ad virum. Facit text.cum gloss.in.l.fina.C.de pactis conuen. Sed tu aliter dic, vt ibi per Bartol. in dicta.l.j.& vide Barto.qui idem tenet in.l.j.C.de bonis mater.& idem Ange.de Aret.institu. de actionibus.§.propter retentionem. Et quod dixi ad perpetuam rei vtilitatem, intelligo principaliter: non autem si veniat in quadam cõsequentia, vt est text.cum gloss.not.in verbo causa.in.l.fina. suprà de impensis. Et ideo dico, quòd si disgum-
4 brasset maritus, vel fecisset † aliqua fossata principaliter solũmodo causa quærendorum fructuũ, quia fortè aliàs non potuisset colligere, quòd licet illa expensa duret posteà longo tempore, vel perpetuò, quòd nihilominus diceretur spectare ad ipsum maritum: nec ab vxore, vel eius hęredibus poterit repeti. Secus si principaliter fecisset, vel vt duraret longo tempore, vel perpetuò: licet etiam in consequentiã causa fructuum quærendorum fecisset, & ita ego intelligo gloss.in.l.iij.in verbo ad eam. ibi sed quid si vxor. suprà de impen. in reb. do. fa. text. Ibi ne cogatur fundo, aut mancipijs. dic primo: quia fortè plus est expensa, quàm valeat ipsa res, vel dic, & meliùs, quòd est tanta, quam non posset soluere mulier: nisi rem ipsam venderet, & tunc isto casu non potest sibi mulieri dici vtilis, cum cogatur ipsam rem vendere. concordat.l.in fundo. & ibi vide bonam gl. suprà de rei vendica.& in.l.si seruos. suprà de pigno.actio. Et intelligo istum text. solum in vtilibus, secus si fuissent necessariæ: quia tũc licet mulier non posset satisfacere, tamen cogeretur vendere rem, vt probatur iste tex. dum loquitur solũ de vtilibus, & probatur in.l.vtiliũ.ff.de impen. in reb.dot. ¶ Nota in ver.voluptariæ, quæ dicãtur expẽsæ voluptariæ, & dic, ꝙ de istis mulier, vel alius marito nõ tenetur, nisi secundũ quod dicitur
5 in.l.pro voluptarijs.ff.de impẽ.in reb.dot.fa. † Fallit, nisi res esset venalis: & propter istas expensas plùs posset vendi. vt.l.ꝙ si hæ.ff.de impẽ. &.l.nisi venalem.suprà de rei vendicat. ¶ Et adde, quòd
6 † istæ impensæ etiam si essent factæ de mandato mulieris: tamẽ non possunt repeti per actionem mandati. vel neg.gesto. vt est tex. in.l.in voluptarijs.ff.de impen.& in.l.j.§.sed nec ob impẽsas.C. de rei vxo.actio. licet contrarium dixerit, & malè glos.magna.ad finem in.§.propter retentionem. instit.de actio. vbi vide per domi.meum do. Angel.de Aret. Secus est in vtilibus, quia tunc bene repetuntur per actionem mandati, vel nego. gestorum. vt dicto §.sednec ob impensas. ¶ In glo. in verbo in his.ibi.l.j.§.penul.gloss.dicit ad illum text. quòd ibi loquitur in reficiendo, quæ expensa est necessaria. hìc in faciendo de nouo, & tunc est vtilis. vt hìc. vel dicit gloss. quòd aliquando est necessaria, aliquãdo vtilis, secundum qualitatem rei. ¶ Tu adde, vel secundum qualitatem temporum. Nam si esset tempore guerræ, in quo hostes auferrent aquam ciuitati, vt fecit Nico. Picininus Brixiæ iam quatuor abhinc annis? tũc pistrinum esset necessarium ad molendinandum, vel quando esset magna aquarũ siccitas, adeò, vt molendina

dina, non possent exerceri: tunc esset necessarium, vt dixi, aliàs secus: & ita ista iura concordentur. ¶ In gloss. fina. in verbo incrustationes. in fin. dic, licet expositio glos. sit bona, tamen potest exponi aliter. vt dum dicit incrustationes, vel lorica tiones, intelligatur de pictura Mosaica, vt est Venetijs in ecclesia sancti Marci. Barptholomæus Cæpola Veronensis.

SVMMA.

1 *Simplex, siue generalis, legatorum repetitio libertates legatas continet.*

LEX LXXX.

IN GENERALI. Appellatione legatorũ veniunt etiã libertates. hoc dicit. Vel sic lex. xij. tabul. quæ dicit, ꝙ legata in substitutione videntur repetita, habet locum etiam in libertatibus ex eius mente. hoc dicit. ¶ Nota summaria, & adde, quòd ratio est, quare veniunt ex mente libertates: quia lex duodecim tabul. cantauit solùm in legatis, ergo secundum ea, quæ in. l. curatoris. C. de nego. gestis. Et quando in substitutione videatur repetita legata, quæ sunt relicta in institutione, vide per tex. gl. & docto. in. l. licet Imperator. ff. de leg. j. ¶ Sed an appellatione legatorum veniant prælegata? dicam in. l. in conuentionalibus. ∫. eo.

SVMMAE.

1 *Obligatio, vel condemnatio restitutionis est generalis, adeo, vt omne damnum contineat, quod passus actor probabit.*

2 *Verbum restituere, capitur (inquit) pro destruere. imò restituere est in pristinam formam de nouo statuere.*

LEX LXXXI.

CVM PRAETOR. Obligatus, vel damnatus ad restitutionem, id est destructionem operis, tenetur etiam ad omne damnum, quod actor, vel aduersarius suus consequutus est. hoc di
1 cit. Vel sic, appellatione † restitutionis continetur etiam omnis vtilitas aduersarij. vel sic, appellatione restitutionis, non dicitur quis rem restituere, vel destruere: nisi etiam omne damnum
2 resarciat. hoc dicit. ¶ Nota † secundum gloss. quòd hîc verbum restituere, capitur pro destruere, vt. l. prima. in princip. §. primo suprà quod vi aut clam, & bene. Sed tamen dic, quòd potest sumi etiam propriè: de quo verbo dic, vt dixi in. l. restituere. la. j. suprà eodẽ. pone hîc quęstio. quam ponit Angel. in. l. si fideiussor. §. meminisse. ff. de lega. j. & ego. dixi in tractatu de guerra, in trigesimosecundo notabili. vide textum, cum ibi not. in cap. venerabili. extra de officio delega.

SVMMA.

1 *Amplius & minus comparatiua sunt sine positiuo, adeò, vt sicut minus soluere dicitur, qui nihil soluit: ita debere amplius dicitur, qui nihil antea debebat.*

LEX LXXXII.

VERBVM AMPLIVS. Verbum ampliùs, verificatur
1 † etiam in nihilo: sicut verbum minùs. hoc dicit. de hoc dic, vt est text. & ibi dixi, in. l. minùs. suprà eodem. Et dixi latè de istis verbis minus, amplius rescindi. & simil. in. l. creditores. ad finem. suprà eodem. ¶ In gloss. prima. in fine. not. gloss. pro statutis. quia dicit, quòd verbum amplius, & minus propriè non significant nihilum: de isto verbo amplius. vide gl. in. l. diuortio. §. quod in anno in verbo amplius. ff. soluto matrimonio. & Alberic. de Rosa. in suo primo Alphabeto. in verbo amplius. Barptholomæus Cæpola Veronen.

SVMMA.

1 *Bonum, cui plus est annexum incommodi, quàm commodi, bonum propriè non dicitur.*

LEX LXXXIII.

PROPRIE. Bona dicuntur
1 † illa propriè, quæ afferunt comodum, non incommodum. hoc dicit. hanc. l. declara, vt per gloss. & ibi dixi in. l. bonorum. ∫. eod. & in. l. subsignatum. §. bona. & latius in. l. princeps bona. ∫. eo. dic, vt ibi dixi: de verbo propriè, vide Bald. omnino in. l. si non speciali. in penul. col. in fi. C. de testamen. & quod ibi signaui. vide, quæ scripsi. ∫. in rubri. in. vj. q. in fi. secundæ partis principalis. ¶ Et quando dicatur locatio propria, & impropria vide plenè per Bal. in. l. fi. in. xiiij. q. C. de hære. insti. Barptholomæus Cæpola Veronen.

SVMMAE.

Nomen liberi, omnes continet descendentes, ita vt nos Adamo liberi sumus.

2 *Filij sunt, qui vel nascuntur, vel nascentur immediatè. Nos ergo Adamo liberi sumus propriè, filij verò impropriè.*

3 *Filiarum verò appellatio in fauorabilibus nepotes cōtinet, in odiosis secus, odia enim restringi. &c.*

4 *Dictio sæpe, non facit regulam.*

5 *Filiorum appellatio an filias contineat. remissiuè.*

LEX LXXXIIII.

FILII APPELLAtione. Ista.l.breuis est, sed tamen difficilis propter gloss. suam, & materiam, quam posuit Bartol.in.l.liberorū.ff.eo. & per Bald.& aliquos in.l.filium.ff.de his, qui sunt sui, vel alie.iur. &hoc dicit. secundum quod intelligit Bart. in dicta.l.libero-

1 rum.in.iij.col. † Appellatione † liberorum simpliciter facta, id est nulla facta propria mentione filiorū, cōtinētur omnes liberi.h.d. Et intellige omnes liberi.i.omnes descēdentes: quia appellatiōe liberorū veniunt omnes in infinitū, vt.d.l.liberorum.ff.eo.cum simi. An in contractibus appella-

2 tione filiorum includantur posthumi? vide Lod. de Roma.in.lvj.singulari.in secūdo ordine meo. ¶ Circa istam.l.essent plura vidēda. Et præcipuè duo, primò an appellatiōe, filiorū veniāt nepotes, & omnes descēdentes. ¶ Secūdò dato, quòd veniant, an veniant ex propria significatione: an verò ex interpretatiua, hoc est fictè, & impropriè: & quia Bartol.has duas quæstiones multùm latè examinat, in dicta.l.liberorum. ideo ibi reseruo. vbi plura.& etiam aliâs quæstiones vltra Bartol. satis latè dicam: vide omnino, quæ ibi dicam. &c. ¶ In gloss.magna.in princip. Opponitnr pro declaratione gloss.dicto.§.fina.instit. qui dari testamēto tutores poss.vbi si pater dat tutorem filijs, non videtur dare nepotibus. gl. soluit secundum

3 aliquos, aut sumus in fauorabilibus, † & tunc veniunt etiam omnes filij, &nepotes, vt.l.si quis ita. §.j.suprà de testamentaria tute.aut in odiosis: & tunc secus, vt.l.ij.ff.de liber.& posthu. & ratio est: quia odia restringi, & fauores conuenit ampliari, vt.l.cum quidam.in fine.suprà de liber.& posthumis.& cap.odia.de regu.iur.in sexto. Sed ista solutio non est bona, quia aut datio tutoris est fauorabilis, vt dixit gloss.in princip.& tunc deberēt contineri nepotes contra dictum.§.final. sinautem esset odiosa, esset contra ipsammet gloss. in principio. quę dicit, quòd est fauorabilis. vel dicas melius, quòd gloss. voluit aliud dicere: videlicet, aut quæris, an appellatione filij veniant omnes filij, & tunc distingue, vt in glos.aut sumus in fauorabilibus, aut odiosis. ¶ Aut tu quæris, an appellatione filij veniant nepotes: & tunc loquitur contrarium, scilicet dictus.§.fin.vbi dicit, quòd non. ¶ Sed tunc iterum contra glos. opponitur, quòd imò etiam veniant nepotes, vt.l.senatus consulta. suprà de ritu nupt. gloss. hîc, in fine. propter hoc dicit, quòd regulariter non veniunt nepotes. vt dicto.§.final. Sed fallit in dicta.l.senatus. & ratio fallentiæ est, quia debet reddere rationes, vt.l. si quis tutor.§.fina.&.l.libertum.§.senatus.suprà de ritu nupt. ¶ Ista etiam solutio videtur contra istum text. qui dicit, quòd omnes liberi continentur: & per consequens intelliguntur etiam nepotes, vt dixi, suprà eo.in summario. ¶ Ideo dicit gl. lxxiij. quòd stat regula dicti.§.final. sed ista.l.loquitur secundum.l.liberorum.versicul.sed etiam Papinianus.infrà eodem. vbi est speciale propter duram separationem filiorum à parentibus, vt ibi, & in.l.possessionum.C.communia vtriusque iudi. ¶ Et pro ista opinione gl.quòd appellatione filiorum regulariter non comprehendantur nepotes. facit text.in dicta.l.liberorum.in versic.nisi voluntas.ibi sæpe, & nepotes accipi.&c. Nam dictio sæpe, non facit regulam, sed specialitatem, sicut dictio interdum, vt de vtroque est text.& ibi dixi in.l.sæpe.in princip.suprà eod. Sed an hoc sit verum semper? dic, quòd nō. Nam distinguitur, quo animo proferatur, vt not. Barto.in dicta.l.liberorum.in secunda & tertia colum.dic vt ibi dicam. Cæterùm, quia ista.l.loquitur generaliter, quòd appellatione filij continentur etiā nepotes, vt dixi suprà in summario: ideo ista solutio non est bona quantùm ad dictum.§.fi.insti.qui dari tu. pos. vnde gloss.in dicto.§.fina.in verbo appellantur, dando quartam solutionem dixit: aut nos loquimur secundum communem vsum loquendi, & tunc non continentur nepotes appellatione filiorum: & ita loquatur dictus.§.fina. Aut nos loquimur de proprio significatu, & tunc bene continentur: vt hac.l.& dicta.l.liberorum.cum similibus. Et hanc solutionem videtur sequi Iaco. Butrig.in quadam sua disputatione, vt refert Barto. in dicta.l.liberorum.in quarta col.& pro hoc facit gloss.nota.in.l.quòd si nepotes. suprà de testamentaria tute. ¶ Sed Barto. in dicta.l.liberorum. in fine.secundę colum.in versic.mihi videtur ista verba esse imperfecta &c. dixit aliter, & sextò, & fortè meliùs quātum ad istum.§.videlicet, quòd ratio illius.§.est, quia licet ibi videatur fauor filiorum, vel nepotum, vt habeant tutorem, vt dicit hîc

cit hîc gloss. in princip. tamen ex parte tutoris est onus, vt l. tria onera. suprà de excusatio. tut. & in §. item tria onera. institu. de excusatio. tu. Et ideo tutor datus filijs, non videtur datus nepotibus, vt dicto. §. fina. qui ita debet intelligi. Et hoc maximè: quia eis modicū præiudicium fit: quia semper prouisio legis, & iudicis dantis tutorem legitimum, vel datiuum, & hoc fortè voluit dicere gl. in. l. iusta. j. eo. quæ dicit, speciale est in datione tutoris, secundum Bar. in dicta. l. liberorum. licet gl. in illa solutione non stet. Nam dicit in fin. sui, vel dic, vt dixi in. l. filij. s. e. & se remittit ad istā gl. hîc ¶ Sed certè pro nunc starem cum opinione, & solutione Bar. vt suprà dixi. Vltimò istam. l. intellige, quando appellatio filij profertur simpliciter, quo casu continentur etiam nepotes, vt suprà dixi in summario: probatur in. l. Lucius. in vltima charta. suprà de hæredi. insti. & in. l. Gallus. §. instituens, secundum lecturam Bart. ibi. s. de liber. & posthu. Secus autem si proferatur appellatio filij certi, & nominati, nominādo eum nomine proprio: quia isto casu non cōtinentur nepotes, vt est glossella notabilis, in dicta. l. si quis ita. §. j. s. de testa. tu. ita dixit Bar. in dicta. l. liberorum. in versic. sed mihi videtur: salua eorum reuerentia. ¶ An
1 appellatione filij cōtineantur filiæ fœminæ, † vide. l. iusta interpretatione. j. eo. vide. l. si quis ita. & ibi gl. Bar. & doc. ff. de testa. tut. vide Cy. in. l. quicunque. in. j. q. C. de seruis fugi. & no. gl. in prin. in l. si quis filiabus. ff. de testa. tut. & vide tex. in. l. si ita scrip. in prin. ff. de leg. ij. & Bar. in. l. j. s. eo. & in. l. j. ff. de peculio. vide in consilijs diuersorum docto. consi. xiij. Barptholo. Cæpola Veronen.

SVMMAE.

1 *Ad collegium, vel vniuersitatem constituēdam tres, vt minimum sunt necessarij, quare autem tot requiruntur, vide hîc. nu. 2.*

3 *Quot homines turbam, congregationem, plebem, populum, constituant, item quot domus ciuitatem efficiant, vide hîc. Plato verò quinque homines ciuitatem facere ait. in lib. de republ.*

4 *Equi ad equitium cōstituendum, quot necessarij, hinc patet.*

5 *Gens & populus idem, item quatuor, aut quinque, & ad summum decem, gentem constituunt.*

6 *Exercitum quot homines faciant, item quot rixam, quot cœtum. quot multitudinem, hinc liquet. Legionem verò interim. 12500. milites ex Varronis sententia constituunt.*

7 *Multum temporis de quinquennio, & aliquot, & plurimos annos, de duobus dici.*

8 *Tres multi sunt, & pauci: diuersis tamen rationibus.*

9 *Dictio quis, vel qui, & quilibet, quando distributiuè ponitur, in vno duntaxat verificatur.*

10 *Multoties quoties factum dicatur, & plurimos, duos vel tres efficere, & sæpe factum quid sit.*

11 *Decem oues gregem ouium, & quinque porci gregem porcorum constituunt, & aliâs de ijs omnibus, remißiuè.*

LEX LXXXV.

NERATIVS PRIscus. Tres personæ faciūt collegium. hoc dicit. cum gloss. fina. & istud est de iure ciuili, vt tres faciunt collegium, vel congregationem: sic de iure canonico duo, vel tres. gloss. x. q. j. c. j. Archydi. ibi refert Rofredum in libellis suis iuris canonici, super titu. de iure patrona. tenere, quòd à principio tres requirantur ex post facto, duo etiam faciunt congregationem, & sic intelligo text. in cap. primo. extra de election. & hoc satis videtur de mente gloss. ibi, & quod dicitur. & placet Francis. Zabarel. Ioan. Andr. ibi dicit congregationem, id est collegium, & de hoc vide per Ioan. de Imola in dicto cap. primo. extra de electione. ¶ Adde hîc omnino, quod not. Bal. in cap. Imperator. in secunda colum. in princip. extra de iuramen. calum. & vide Alberi. de Rosate in suo opere statutorum in prima parte, quæstio. x. vide omnino gloss. decima quæstione prima. cap. primo. ¶ In gloss. prima. ad finem. ibi idem de familia. &c. dic, quòd in l. detestatio. §. familiæ. suprà eo. & hîc allegata in gloss. dicitur sub dubio fortè, quòd tres personæ, ad minùs faciunt familiam. quod est verum sine dubio fortè, vt ibi dixi latiùs, & hîc tenet etiam gloss. & bene. ¶ Extra gloss. quæro de pluribus:
1 & primò † quot personę faciant vniuersitatem? & dic, quòd tres. vt tenet gloss. in dicto. §. familiæ. per istum textum, licet loquatur in collegio.
2 ¶ Et rationem: † quare tres ad minus requirantur ad faciendum collegium, vel vniuersitatem, ponit Bald. in rubric. C. pro socio. in principio. videlicet, quia in duabus personis non inuenitur, maior pars: vnde id, quod debet expediri per vniuersitatem non potest expediri per duos discordantes, hāc rationem ponit tex. in simili in. l. item si vnus. §. fina. principaliter, de arbitris. ¶ Secun-
3 dò, quot † faciant turbam. dic decem, aut quindecim, vt est text. & ibi omnino Bartol. in. l. prætor ait. la seconda. in princi. suprà de vi bonorum rapt. ¶ Tertiò, duo faciunt congregationem, vt est text. cum glo. in cap. j. extra de electione. quod

declara,vt statim dixi.s̄.in prin.de collegio. Quartò,decem homines faciūt populum,siue plebem. x.quæstio.iij.vnio.& ibi gloss.& not.glos. in dicto c.j.de electione.& not.gloss.in verbo extinctum. vj.distinctio.non est peccatum.& not.Bald.in authen. quod locum.in decima, & vltima quæstio. C.de collatio. & not. in.l.ea quidem.C.de accusa. & Barto.in.l.sicut.§.fin.in decurionibus.ff.quod cuiusque vniuer.nomine.Facit pro hoc secūdum Barto.in dicta.l.prætor ait.l.oues. suprà de abige. coniuncta.l.rerum mixtura.s̄.de vsucap. & hoc tenet Bald.in authenti. quod locum.circa finem. C.de collat. ¶ Quot faciant plebem? dic decem, vt est glos. in verbo extinctum.vj.distinctio.non est.§.his itaque respondetur. allegat.x.questio.iij. vnio. ¶ Item quæro, quot domus faciant ciuitatem,& prædicta gloss.vj.distinctio.non est peccatum?&.x.quæstione.iij.vnio.& dicto cap.j.de electio.allegātur.& probant, quòd decem domus faciunt ciuitatem. Nam si decem homines faciunt populum,& plebem, ergo decē domus tantum, in quibus decem tantùm homines habitāt,dicuntur facere ciuitatem. vide Leonardum Aretinū, in commentarijs in Aethicem Aristotelis, qui dicit,quòd decem homines non faciunt ciuitatem.

4 Quintò quæro,quot faciant gentem † equitum? Barto.in.l.j.ff.de probatio. & in.l.sicut.§.final. in decurionibus.ff.quod cuiusque vniuer. nomine. & in dicta.l.prætor ait.in princip.dixit, quòd videtur,quòd decem ad minus, sicut dixi de popu-

5 lo:quia ista duo † populus, & gens, ponuntur pro eodem.vt probatur in.l.omnes populi. ad finem. ibi,id apud omnes gentes.suprà de iustitia, & iur. cōiuncto.§.omnes populi.ibi id apud omnes populos.&c.institu. de iure naturali gentium, & ciuili.& sic in vno loco dicitur populus, in alio dicitur gens, & tamen ponuntur pro eodem. Tamen contrarium tenet Barto.& dicit, quòd putat, quòd tantùm quatuor, vel quinque faciunt gentem.subaudi tu equitum, vt statim dicam:allegat in argumentum.l.oues.cum gloss. suprà de abigeis.nam gloss.ibi æquiparat equos, qui sunt animalia grossa potius porcis,quàm ouibus, quæ sunt de multum minutis animalibus,licet porcus etiam sit de minutis,vt dicit Bart.in dicta.l.oues. Sed nō sunt adeo minuta animalia, vt sunt oues. Cum ergo homines equites sint quodammodo de grossis respectu peditū, meritò dicit ipse Barto.in dicta.l.oues.argu.illius gloss. quòd quatuor, vel quinque faciunt gentem equitum:& ita dicit se intelligere,quod dixerat in dicta.l.prætor ait.in princi.vbi non distinguit equitem à pedite. ¶ Et ideo in dicta.l.oues.dicit, quòd si essent homines pedites,quòd tunc plures etiam quinq; deberent esse,putà,decem quasi velit dicere,cū pedites homines dicātur magis minuti,quàm equites,meritò plures requirentur.argu.text.& gloss. in dicta l.oues.quod est multum not. & maximè ad statutum,quod disponit,si quis gētem coadunauerit, puniatur tali pœna, quo casu, quando statutum simpliciter loquitur de gente, dixit Bart. in dicta l.prætor ait.in princi.quòd tunc sufficerent quatuor,aut quinque. ¶ Sed hoc indistinctè non credo verum : sed secundum prædicta fortè melius sic posset dici,aut statutum dicit si quis coadunauerit gentem equitum,& tunc quatuor sufficiāt: aut statutum dicit gentem peditum, & tunc decem requirantur per prædicta: aut dicit simpliciter gentem,& tunc dicamus: aut coadunauerit equites,& tunc quatuor etiam sufficient. Aut coadunauerit pedites:& tūc decem ad minus requiruntur,vt patet per prædicta. ¶ Aliquot anni,de quot annis intelligatur? vide Alberi. de Rosate in suo primo Alphabeto , in verbo aliquot anni. ¶ Sextò quæro,quot faciant exercitum? dic tot

6 tot milites, † quot saltem ad minus faciāt vnam legionem.vt est text.& ibi Barto.in.l.ij.§.exercitum.ff.de his qui not. infa. quod facit pro terris subditis alicui ciuitati, vel Regi,quæ permittunt ire in exercitum,vel facere exercitum, non enim dicitur in exercitu,vel facere exercitum,nisi mittat tantam gentem,quę legionem faciat:& secundum Barto.sis cautus,quando vocaris ad dictandum talia instrumenta, quòd exprimas qualiter intelligatur exercitus. ¶ Sextò quæro, quot faciant rixam?& dic duo tantùm,vt est text. in dicta.l.prætor ait.in fine principij.suprà vi bonorū raptorum. ¶ Septimò quæro, quot faciant cœtum?dic decē,aut quindecim,sicut in turba:quia idem significat cœtus,& turba. vt probatur in dicta.l.prætor ait. in fine princip.ibi,per turbationem,& cœtum , faciendo pūctum post verbum cœtū,& nō ante,& hoc ibi firmat Bar. ¶ Sed an grex,turba,vel societas mercatorū,in vno remaneant? vide Bal.in.c.Imperator.extra de iura. calum.in.ij.col.vide tex.in.l.sicut.§.fi.& ibi gloss.& doc.ff.quod cuiusq; vniuer.nomi. & habetur per gl.& doc.in.l.si grege. de leg.j. ¶ Octauò quæro, quot faciant multitudinem? vide Bal. in.l.ij.ff. de excu.tut.& tex.insti.de iure personarū.§.fi. videtur sentire,quòd duo tantùm faciant, & ad idem tex.in.l.j.§.hoc rescriptum.s̄.ad Syllanianum,& hoc videtur tenere Barto.in dicta.l.prætor ait. in prin.vbi dixit, quòd aliquando multitudo est ex maiori numero:aliquando ex minori, quā sit turba.gloss.tamen in dicto.§.fi.tenet expresè, quòd tres tantùm ad minus requirantur, & est text. in l.ij.§.ignominiæ.ibi multa genera.s̄.de infami.& vide

vide Baldum, vbi dicit, quòd si accuso te, quòd
percussisti me multis vulneribus, quòd potest fie
ri condemnatio de tribus per illum textum, secus
si dixissem pluribus vulneribus, quia tunc non
posset fieri condemnatio, nisi de duobus, quod
not. & est text. in l. prima. C. de fideicommissis. &
est text. in l. licet Imperator. ibi, quæ ex multis col
ligitur. suprà de legatis primo. & vide text. instit.
7 de lite. obliga. §. multum. vbi † multum tempo-
ris accipitur pro quinquennio, & ibi vide etiam
gloss. Sed Ang. in dicta. l. licet dicit, quòd tres non
dicuntur facere multitudinem, per id, quod habe
tur in authen. de referendarijs. in principio. vide,
quæ dixi in repetitione. l. j. ff. de legatis. j. Adde ta-
men, quòd multi sunt quadraginta. extra de cle-
ri. excommunicato. cap. latores. & not. gloss. xliiij.
distinctio. c. commensationes. & not. gloss. xxxiiij.
distinctio. vidua. Aliquando multi dicuntur tan-
tùm plures, quàm trigintatria milia hominum.
xlv. distinctio. disciplina. post medium. & not. glo.
in verbo effrœnata. in cap. cum causam. extra de
testibus. & not. gloss. in dicto cap. vidua. & xliiij.
distinctio. comessationes. Adde, quòd quamplu-
res ad minus dicuntur quinque, vt est gloss. not.
iuncto text. in l. si pater. suprà de fideicommiss. li-
ber. quod not. ad statuta facientia mentionem de
prædictis dictionibus. Item adde, quòd ille dicitur
facere per aliquot annos, vel menses, qui facit per
duos annos, vel menses. casus est cum gloss. pri-
ma. in cap. primo. extra qui matrimo. accusa. pos-
sunt. & vide omnino text. cum gloss. in ca. penul-
ti. cum canonicis. extra de censibus. & vide. l. li-
bertus. §. fina. ff. de manumiss. testamento. & l. in-
ter illam. §. final. ff. de verborum significatio. &
gloss. in l. vsuræ. C. de vsuris. & vide gloss. in ver-
bo primas Calendas Ianuarias. in l. eum, qui Ca-
lendis. in princip. ff. de verborum obligatio. & ibi
doct. & adde plurima dici de duobus, vt est gloss.
notabilis. de consecratio. distinctio. ij. in gloss. pri-
ma. & vide omnino gloss. in authen. de triente, &
semisse. §. & quia sæpe. in verbo plurimorum fi-
liorum. colla. iij. vide omnino Archidiac. xxxiiij.
distinctio. Christiano. vbi dicit per text. ibi pluri-
mas, quòd duo non sunt plurima, sed plura sic. &
dicit, quòd habes simile. tertia quæstione quinta.
quia suspectæ. in princip. Nam ibi ponuntur duo
exempla, & tamen dicuntur plurima duas simul.
xxxj. quæstione. j. quomodo. Adde, quòd tres di-
8 cuntur multi. † vt not. gloss. lxvij. distinctio. re-
liqui in verbo trium. de hoc vide plenè per Albe-
ric. de Rosat. in suo primo Alphabeto, in verbo
multa: & adde, quòd octo, vel plures dicuntur
multi. ita dicit Bald. in l. hac consultissima. in fine.
C. qui testamenta facere pos. & vide omnino Al-
beric. de Rosat. in l. constitutionem. C. de admi-
nistratio. tuto. & in l. j. post medium. super verbo
ex multitudine. C. de veteri iure enuclean. Item
adde, quòd tres dicuntur pauci, vt probatur in l.
sciendum. & ibi dixi, suprà eodem. Item viginti
tria milia dicuntur pauci. de quo vide gl. in c. cum
causam in verbo effrœnata. extra de testibus.
¶ Adde, quòd dictio omnis, in singulari nume-
ro verificatur in duobus, vt est text. notabilis. in l.
si ita quis. §. Seia. in verbo, quod omne. ff. de ver-
borum obligatio. secundum Angel. in l. quòd si
nolit. §. si plures. ff. de ædilitio edicto. & ibi ego di
9 xi in octauo notabili. ¶ Dictio † quis, vel qui, vel
quilibet quando ponitur distributiuè, non verifi-
catur nisi in vno, vt l. si fuerit. in principio. ff. de
rebus dubijs. vnde si dico substituo ei, qui vlti-
mò morietur, non est substitutus nisi vni tan-
tùm. vt dicit domi. Pau. in l. eum, qui nouissimus.
10 ff. ad Trebellianum. † Quando autem dicatur
fieri multoties. vide per Archidiaco. in capitu. ad
apostolicæ. circa medium. in. §. deierāt enim mul
toties. de re iudica. in sexto. ¶ Nonò quæro, quot
faciant pluralitatem? & sic qui dicantur plures?
dic duo, vt l. fina. ff. ad Trebellianum. & l. vbi nu-
merus. suprà de testibus. & facit id, quod statim
dicam. & not. gloss. in l. ij. §. ignominiæ. suprà de
infamibus. vbi omnino vide. ¶ Decimò, quot
exiguntur, vt dicantur plurimi? dic. duo, vel tres,
vt est text. cum gloss. in authenti. de triente, & se-
misse. §. & quod sæpe nobis. collatio. tertia. Et
idem ego dico de verbo plures. argumen. dictæ. l.
vbi numerus. & argu. eorum, quæ statim suprà
dixi pluries verificatur in duabus vicibus, vnde si
in libello dico pluries me percussum, intelligitur
de duabus percussionibus. ita not. Bald. in l. fidei-
commissa. §. si quis decem. ff. de legatis. iij. & vi-
de Bartolum, in l. si gemina arbor. in fine. ff. ar-
borum furtim cæsar. & dominus Angel. de Are-
tio. in suo tractatu maleficiorum in gloss. in ver-
bo pluribus. & pluribus. & vide Bartol. in l. quid
tantum. in principio. ff. de arbit. & quod ibi signa-
ui: & vide omnino domi. Lanfranc. in suo tracta-
tu de arbitris. in quinta parte principali. xvj. quę-
stio. versicu. iuxta prædicta quæro. Aliquando si-
gnificat ter, vt est text. & ibi doct. in cap. olim. ex
literis. extra de rescript. ¶ Frequenter compre-
hendit vltra duas vices, tex. est in authen. vt im-
mobilia ante nupt. dona. in vltima colum. in prin
cip. ibi, sed. licet, secundò, vel frequenter. collatio.
quinta. ¶ Sæpe quot vices faciat? dic, quòd arbi-
trio iudicis relinquendum, vt in authenti. de testi
bus. §. secundo. & ff. de verborum obligatio. l. con
tinuus. §. primo. ita dicit Innocen. in c. cum opor
teat. circa principium. extra de accusatio. in con-

trarium tamen facit.l.sciẽdum. suprà eodem. vbi probatur, quòd tres dicantur pauci, vt ibi not. Sed quòd duo dicantur plures, tenet Barto.in.l.si gemina.ad finem.ff.arborum furtim cæsarũ. vbi omnino vide: quia ponit etiam, quid importent ista verba, pluribus, & pluribus percusionibus, & dicit, quòd quatuor, & pro eo facit gloss. not. in.l.vsuræ.C.de vsur. Et circa hoc, qui dicantur pauci, vide gloss.primã. & quod ibi not. in.l.& si post tres.suprà si quis caut. & adde, quòd aliquando.xxxiij.milia dicuntur pauci, vt.lxxv.distincti. disciplina.& ibi gloss.in verbo paucorum.& not. gloss.xxiiij.distinctio.comessationes. & not.gloss. xxxiiij.distinctio.vidua. Et est hoc respectu aliorum, qui sunt plures, vt dicit gloss.in dicto cap.disciplina.argu.l.maiore.suprà eo. & probatur in.l. j.C.de veteri iure enuclean. ibi ex paucis, scilicet antiquæ prolixitatis comparatione:& sic ibi multa dicuntur pauca habito respectu ad maiora. sic C.de vsufructu.l.antiquitas.in fine.& ibi in gloss. & in authen. quibus mod. naturales effici.legi.§. sit igitur licentia.quod potest valere ad multa secundum Albericum.in dicta.l.j.in princi. de veteri iure enucle.
11 ¶ Vndecimò quæro, quot † oues faciant gregem.dic decem.Et quatuor, aut quinque porci faciunt etiam gregem porcorum. vt.l. oues.& ibi Barto.suprà de abig.Et idem in equis, & alijs animalibus grossis, vt quatuor eorum, vel quinque, dicantur facere gregem: vt dicit glos. not.& ibi Barto.in dicta.l.oues.& adde, quod dicam in.l.boues.in princi.infrà eo. ¶ Duodecimò quæro, an leprosi faciant collegium. dic vt not. Innocen.in.c.ij.extra de eccl.reæd.fi.vltimo circa prædictas quæstiones.vide Bartol.in præallegatis locis.& Barto.in.l.sicut.§.j.s̃.quod cuiusque vniuer.nomine.& Flo.in.l.j.s̃.de probatio.

SVMMA.

1 *Iura prædiorum, vt seruitutes, magis ad qualitatem ipsorum, quàm ad aliud quoduis referuntur, secundum enim illa, res (hoc est prædium) tanti, vel non tanti est. Sunt autem seruitutes prædiorum iter, actus, via, aqueductus, stillicidium, prospectus, & similia. hanc verò legem summauit duntaxat.*

LEX LXXXVI.

QVID ALIVD. Iura & seruitutes prædiorum ita sunt de qualitate ipsorũ prædiorũ, sicut est eorũ bonitas, salubritas, & amplitudo. hoc dicit. transeo ad legem vt Alphenus.

SVMMAE.

1 *Vrbis, & Romæ appellatio, quid contineat.*
2 *Vsus communis efficit, vt regulæ derogetur.*
3 *Ciuitatem etiam habitare dicitur, qui manet in suburbijs, ex quo gaudent priuilegio ciuiũ, vnde suburbia magis sunt pars ciuitatis, quàm comitatus.*
4 *Bartolus studens in monasterio sancti Victoris non gaudebat scholarium priuilegio. extat adhuc eius cubiculum, quod nos abhinc duos annos vidimus. magna enim pro religione à forensibus Bartoli deuotis scholasticis visitatur.*

LEX LXXXVII.

VT ALPHENVS. Vrbs Romana clauditur muris: Roma verò continentibus ædificijs.h.d.concordat.l. ij.in princ.s̃.e.& ibi vide omnino qđ ibi scripsi. &.l.collegarũ.§.j. &.l.ædificia. &.l.qui in cõtinẽtib⁹ vrbis.j̃.e.& adde hîc.q.quã habes in libr.meo.q.lxxxj.aliâs.lviij.& nõ omittas.¶ Not.
1 † ꝙ appellatione vrbis etiã alterius, quàm Romanæ cõtinentur ædificia, & ea, quæ sunt intra muros ipsius:& ratio ponitur per tex.in.l.pupillus.§. vrbs.j̃.e.¶ Nota, ꝙ appellatiõe Romæ, vel alterius ciuitatis nuncupatę nomine proprio veniunt etiã continentia ædificia:& sic suburbia, vt hîc in gl.& dixi in.d.l.ij.in prin.s̃.e. Quid autẽ si ꝑferat vtrũq; nomẽ simul.s.nomen propriũ ciuitatis: vt Roma, & nomẽ appellatiuũ, vt est vrbs, quid debeat attẽdi? dic, vt habetur per gl.in d.l.ij.& vide quod scripsi. Not tex.ibi ex cõsuetudine quotidiana. per quẽ dixit Bart.in.l.nõ dubiũ.ad fi.ij.col.C. de legi.ꝙ licet regulariter debeamus stare ꝓpriæ significationi verborũ. vt.l.j.§.is qui nauem.s̃.de
2 exerc.&.l.nõ aliter.de leg.iij.tamẽ hoc † fallit, nisi aliter esset cõmunis vsus loquẽdi: qui dicitur esse mens ipsius, & potius attẽditur, vt.l.librorum.§. quod tñ Cassius.& ibi gl.& Bar.s̃.de leg.iij.& allegat etiã.l.in vulgari.&.l.anniculus.j̃.e.& dixi in.l. intestatus.s̃.e.¶ Et ideo dũ dicit hîc tex.ex cõsuetudine subaudi.s.loquẽdi, vt probatur.j̃.ibi, cũ di
3 ceremus.¶ Vltimò no.hîc in fi. † ꝙ etiã illi dicũtur habitare in ciuitate, vel in vrbe, qui habitant extra muros ciuitatis, vt in suburbijs.i.in burgis, vt faciũt maxime Florẽtini, qui habẽt pulchra palatia extra ciuitatẽ prope muros tñ.Et vt faciunt etiã Mediolanẽses & nostri: Veronẽses extra portam Sorij in Burgo de Sorio. Nã omnes isti dicũtur habitare in ciuitate. Adde tñ vnũ notabile dictum Bar.in.l.j.§.permittitur. post med.s̃.de lib. agno.vbi dixit No.per gl. ibi in verbo maneat, ꝙ quis dicitur in ciuitate manere: licet ibi nõ sit pręsens, dũ modo ibi habeat familiam suã, qđ inducit ad vnã.q. dic, vt ibi per eum. Sed tu de hoc allega tex.in.l.cũ scimus.§.j.C.de agr.& cẽsi.li.xj.&hoc tenet Flo.in.l.j.§.habitare.s̃.de hisq deie.vel effu. ¶ In gl.fi.in fi.in verbo habitaremus, ibi in suburbijs

bijs.per istā gl.cū tex.dixi in.l.eū, qui vectigal.s.e. quòd scholares, q sunt extra muros ciuitatis Bononiæ,si studeāt, gaudeāt omni priuilegio scholarium:quia dicūtur esse in Bononia, & probatur etiam in.l.secunda cum glos.suprà eodem.Sin autem quis studeret in castris:tunc secus,vt est glo. in principio decretalium.in verbo commorantibus.Et idem si studeret in aliqua ecclesia, vel ab-
4 batia quæ esset extra suburbia,vt † fecit Bartolus noster illuminator iuris ciuilis,qui veritatem ipsam,& æquitatem semper fuit secutus,qui studuit in ecclesia sancti Victoris extra portam sanctæ Mamæ de Bononia.Nam ipse non debebat tunc potiri priuilegio scholarium,cum dicta ecclesia distet ab vrbe Bononiæ per tria miliaria &c.pro hoc est text.in.l.collegarum.§.primo.infrà eodem.Et vide quod dicam in.l.qui in continentibus infrà eodem.Aduerte etiam, quòd hîc videtur casus,quòd suburbia ciuitatis,& sic burgi qui sunt extra ciuitatem dicuntur esse potius de ciuitate,quàm de comitatu.inde hîc probatur manifestè,si bene ponderetur,& probatur etiam in.l.qui in continentibus infrà eod. & in.l.secunda.suprà eodem.quod nota ad multa.Et maximè ad id,quod dixit Bald.in.l.secunda.C. quemadmodum testamenta aperiantur.vbi dixi t,quòd quando est vna consuetudo in ciuuitate, & vna in comitatu,testamentum quod fit in suburbijs ciuitatis,debet fieri secundum consuetudines ciuitatis,& non comitatus.allegat ipse.l.Titius.§.Romæ,de excusa.tu.facit etiam.l.vxorem.§.legauerat.de le legatis tertio.& in.c.si ciuitas.de sententia excommuni.in vj.

SVMMA.

1 *Dictiones pecunia,& res,vel bona non conuertuntur.nam pecunia est nomen generalius, quàm res vel bona.vnde non sequitur,vt qui pecuniam habet,rem habeat,sed contra,qui rem habet, pecuniam habet.*

LEX LXXXVIII.

PROPEMODVM. Tantùm pecuniæ quis dicitur habere, quantùm valent res, &
1 bona sua.† Sed non econtra quis dicitur habere tot bona, & res quot possent comparari ex pecunia,quam ipse habet.hoc dicit.iste text. pulcher.¶ Nota hîc in fine contra illud, quod vulgariter solet dici, Chi ha dinari,si ha calzari, quia hoc non est verum.Nā sæpe diues eget multis rebus,quas comparare non potest licet habeat pecuniam.Et hoc maxime habet locū in victualibus tempore guerrę,& famis,vbi multoties,quis cum pecunia sua non potest emere sibi panem: & hoc accidit hîc Bononiæ anno præterito per aliquot dies,licet guerra proprie non esset. Quando verò dicatur aliquid propriè fieri, vide Bald. in.l.si non speciali post madium.C.de testamētis, & quod ibi signaui. Ista.l. potest allegari, quòd omnia per pecuniam æstimantur.Sed non econtrario.Barptholomæus Cæpola Veronensis.

SVMMAE.

1 *Iumenta boues nō sunt.armenta verò & iumenta & boues cōtinent.pecus quoque vtrū.q; significat & boues & iumenta.de quo Ver.dic mihi Dameta cuium pecus.*

2 *Si iumenta non sunt boues,qui tenetur dicere vitium iumentorum non tenetur dicere vitia boum.*

3 *Iumenta continent equos.& quatuor equi constituunt equitium.*

LEX LXXXIX.

BOVES MAGIS. Appellatione iumentorum non veniūt boues,Sed appellatione armentorum sic.hoc dicit. Concordat l.ædiles aiunt.§.iumentorum.s. de ædi.edicto. &.l.legatis.§.iumentis.s.de leg.iij.Et adde,quòd appellatione pe-
1 corū veniunt etiam boues,vt† quia nomen pecoris est nomen generale,comprehēdens omnia animalia,vt est tex.cū glos.in verbo eulogium. in dicto.§.iumentorum,quæ omnia nota: quia faciunt, & induci possunt ad multa:& adde quæ scripsi in actione in factum redhibitoria.in quinto casu.Nunquid appellatione bouis veniat vacca,dic,quòd sic.l.si aliena.§.si bos.aliter Scæuola, ff.de vsucap. dixi in.l. bouem in principio.ff. de ædi.edicto.¶ In glo.prima ibi id est non sequitur &c.Not.ex glo.quòd ille,qui tenetur dicere vitia
2 † iumentorum,non tenetur per hoc dicere de boue.vnde ex hoc dicas, quòd si quis vendat iumenta,& boues cuidam,& dicat,vide,ista iumēta habent tale vitium,quòd propter hoc non excusatur,si boues illud vitium habeant:quia de illis dixisse nō videtur.cum appellatione iumentorum non veniant boues.vt dixi.¶ In glo.iumentorum in fin.not.ex glos. quòd appellatione iu-
3 mentorum † veniunt equi.Nam dicit glos. quòd iumenta faciunt equitium. & hoc quia ex ipsis equis fit. ¶ Quot autem equi faciant equitium id est gregem equorum, dic quatuor, vel quinque,vt est glos.not.in.l. oues suprà de abigeis. & dixi in.l. Neratius in fine suprà eodem. vide omnino Bald.in.l.prima in vltima colum-

na.in principio.in versiculo Quintus de furtis.

SVMMAE.

1 *Actus in dubio vel simpliciter, primus & vnicus intelligitur, sicut nuptiæ primæ. idem de hærede dicendum. vt intelligatur de primo, sicut appellatio fructuum primos continet. numero tertio. vide hîc. ix. limitationes ad primum.*

2 *Clausula, cum potestate prorogandi, intelligitur de vnica & simili (hoc est tanti, temporis & facultatis) prorogatione.*

4 *Lex verba, & actus cum validitate, non infirmitate intelligit.*

5 *Frater hæres patris tenetur dotare sororem, etiam sæpius si mala sorte dotem amiserit, dos enim alimentorum loco est. quæ nunquam soboli sunt abneganda.*

6 *Eleemosyna vno certo die anni pauperibus relicta, an censeatur semel tantum, an vero pluries relicta. distingue. vt hîc.*

7 *Procurator cum appellandi facultate potest appellare sæpius.*

8 *Facultas eundi & redeundi concessa intelligitur secundum causam, cuius gratia conceditur.*

9 *Regula, quod actus de vnico tantum intelligatur, vera (inquit) est si affirmatiuè proferatur, secus si negatiuè. vide quia notandum.*

10 *In compromisso hæres hæredis testatoris est hæres.*

11 *Facultas, seu licentia in ciuitatem eundi vsque ad mensem intelligenda est, vt intra mensem possit ire, quoties volet.*

12 *Dictio vsque, habet vim repetitionis.*

13 *Exulem, siue bannitum sæpe capiens, toties præmium consequitur.*

S. HOC SERMONE. Verba simpliciter prolata in dubio intelliguntur de primo actu. hoc habet in effectu & ad hoc semper allegatur iste. §. Concordat. l. stipulatio de dote. & l. dotem. & l. licet, & l. dotis promissio. §. quod enim vulgatũ. suprà de iure doc. cum similibus hîc positis in glos. Item concordat. l. hæc conditio, si in capitalium. ff. de conditionibus & demonstratio. & l. si fuerit. & l. inter socerum. §. fina. ff. de pactis dot. & in capitulo non potest. §. primo. de præbendis. libro sexto. quod tamen limita pluribus modis. vt infrà dicam. & limitat Raphael in consilio. xxvij. ¶ Pone igitur, vt hîc ponitur in gl. etiam per quatuor modos. vel tu pones aliter per similia iura. Et primò per istum text. & similes. dixit Barto. in quodam suo consilio, quod incipit Andræas, quòd pœna testatoris non commissa contra primum hæredem non committitur contra hæredem hęredis. Exemplum, si mandatur hæredi, quòd construat capellã & infra annum sub certa pœna, qui hæres infra annum decedit: & sic nondum pœna fuit commissa. Nam hæres eius infrà tempus residuum non faciens capellam non incidit in pœnam: quia intelligitur pro primo hærede. l. qui liberis. §. hæc verba. de vulgari & pupillari & quod habetur in. l. j. in. §. quicquid ad. l. Fal. & hîc. ¶ Sed quid si primus hæres decesserit infra annum, & restabat ita modicum tempus, quo capella non potuisset fieri, an dicatur pœna comissa contra primum hæredem? glos. est notabilis hoc decidens de pœniten. dist. j. glos. penul. & in. c. cõmissa de electiõe. Sed tu dic de hoc, vt plenè not. in. l. illa & in. l. hoc iure & l. ita stipulatio. de verb. obligatio. & hæc not. per moderniores. in. l. prima. C. de his quæ pœnę nomine. ¶ Item per istũ textum. dicit Specu. in tit. de arbitri. §. excipitur. versiculo, sed quid si fuerit actum in compromisso. dicit quòd si fuerit actum in compromisso,
2 † quòd dies prorogetur, quòd tantũ semel poterit prorogari, & non pluries per istum textum. & per. c. cum in multis. de rescriptis libro sexto. licet in contrarium allegat. l. veluti. §. hęc vox. suprà de edendo. & . xix. dist. c. j. ¶ Adde nisi esset dictum semel, & pluries, & toties, quoties &c. quo casu quoties, vel quot vicibus possit, vide Bald. in consilio ducentesimo octauo. & seq. & in tractatu de arbitris, in verbo prorogatio, & quod ibi signaui. ¶ Item adde, quòd appellatio fructuum facta in vltima voluntate, vel alia dispositione in-
3 telligitur † de primis fructibus, qui colligentur in anno, si verba proferuntur conditionaliter, aliàs secus. vt not. Barto. in. l. inter. stipulantem. §. sacram. ff. de verborum obligationibus. Tu dic idẽ de fructibus, qui colliguntur in sex mensibus, vt l. diuortio. §. quod in anno. ff. soluto matrimonio & ibi Baldus dicit per illum textum, quòd siquis emit vuas, vel rosas viridarij, quòd intelligitur de primis, si bis in anno colliguntur, quod notat. Item adde hîc quod dicit Bald. in titulo de pace Constantiæ in decima columna. versiculo deinde quæro pone. vide Anto. de But. in consilio trigesimosexto. & vide Paulus. de Castro. in. l. properandum. §. si autem alterutra ante finem. C. de iudicijs. vbi dicit, quòd tempus semel suppletum amplius non suppletur, vt. l. ab hostibus. §. sed quid simpliciter. ff. ex quibus causis maiores. licet istum textum non allegat. vide etiam Baldũ in capitulo primo. §. porrò. ad fin. penul. col. in titu. quæ fuit prima causa. & bene. vide Bald. in l. j. in fin. C. de furtis, & in statutis vltimarum vo-

luntatum

luntatum diuersorum casuum in.l.lxxiiij.notabili. & vide Bald.in.l.contra negantem. circa principium.versi.quæro igitur iuxta hoc.C.ad.l.Aquil. & vide Bald.in titu.de pace Constantiæ in.x.col. in principio.versiculo deinde quæro, pone quòd princeps. vide ea quæ bis tantùm fieri possunt,& non ter vt habes in vno quinterno paruo.quem Venetijs scripsi recolligendo diuersa. Adde hic omnino vnam quæstionem,quam ponit dominus Dominicus de sancto Geminiano in.c.si pro te.in prima quæstione. de rescriptis libro sexto. & vide do. Benedictum de Plombino in.l.matrimonij.ff.qui,& à quibus.in glos. magna.ibi etiam secundò significantur,vt ibidem,&.l.hæc conditio.dic,vt ibi notatur per glos.& adde, quòd ratio ibi est:quia matrimonium primum non tenuit:quia ibi mulier erat minor.xij. annis: & sic
4 non erat nubilis.vt dicit,ibi text. Nam † lex semper debet intelligi de actu valido,& non de inualido.ergo illa prima coniunctio,vt inualidus actus non attenditur.¶ Et sic limitatur iste.§.videlicet quòd verba intelligantur de primo actu. scilicet valido per dictam.l.hæc conditio.cum similibus.
5 ¶ In ea.glos.ibi.l.cum pater.§.pater.dic ibi † frater tenetur semper dotare sororem suam.maximè cum habeat omnia bona paterna.vt est text. in.l.cum in plures.§.fi.suprà de admini.tu. & est glo.in.l.Zenodorus.C.ad Macedo.& facit quod not.Bart.in.l.post dotem.in.viij.columna.versic. circa tertiū.scilicet quid iuris sit. suprà soluto matrimonio. vbi disputat, an onus dotādi filiam spectet ad hæredem patris etiam extraneum, & tenet, quòd sic,& per Dy.& Bart.in.l.si marito.§. si voluntate.eod.titu.de quo etiam vide latè per Ang.de Aretio.insti.de actio.§.fuerat in versiculo teneas etiam menti.prout dixit Cy.in quadragesimasecunda columna.ergo non est mirum.si in dicto.§.pater filius semper tenetur: quod tamen intelligo nisi soror fuerit in culpa perdendi dotem,secundum quod not.per Barto.& doc.in in authen.quod locum.C.de collatio.¶ Et sic secundò limitatur ista.§.vt non habeat locum in eo,qui semper ad aliquid teneatur ex dispositione iuris.¶ In ea.glos.ibi authen.sed quamuis dic, soluendo eodem modo,quo dixi de fratre. Nam ibi loquitur in patre,qui semper debet dotare filiam,vt.l. liberos.de ritu nup.&.l.fin.C.de dotis promissione.Et hoc ideo maxime:quia dos succedit loco alimentorum,vt not.in.l.sancimus.C.de nuptijs.sed alimēta semper debet prestare pater filio,non solùm semel,sed plures,vt.l.j.ff.de libe. agno.secundum ea,quæ not.in.l.siquis à liberis.§. si vel parens.eo.titu. ¶ In ea glos.ibi de liber.& posthu.l.placet.Solutio.ibi est propter fauorem institutionis,& testamenti,vt ibi voluit glos.Sed an ista duo scilicet fauor testamenti,& institutionis simul requirantur.dic quòd sic,licet glos.ibi sentiat contrarium & malè secundū doc.& maximè secundum dominum Paulum de Castro. ibi.¶ Et per hoc tertiò.limitatur iste.§.quòd nō habeat locum,quando esset fauor institutionis, & testamenti,vt verba etiam intelligantur de secundo actu,vt dicta.l.placet.¶ In ea glos.in fine. dic,quòd ibi erant verba clara, & aperta. Nam ibi dixit quandocunque:& sic ibi erant verba extensiua ad secundum actum,vt dicit hic Barto. ergo non est mirum si intelliguntur de secundo actu:quia in incertis non certis &c.vt.l. cōtinuus §.cum ita.de verborum obligationibus cum similibus.¶ Sed hic verba erant dubia,& ideo dixi in summario,verba simpliciter prolata in dubio &c.Et sic quartò,limitatur iste.§. vt habeat locum in casu dubij,non certi.facit pro hoc,quia lex semper debet esse de dubio.l. Domitius Labeo.suprà de testamentis:&.l.quod Labeo.suprà ad Carbo.¶ Extra glos.not.quòd per istum text. & per.l.eum,qui Calendis.in principio. suprà de verborum obligationibus.dixit Bart.in.l.qui cū
6 quidam.suprà de annuis legatis.quòd si quis † relinqueret fratribus minoribus in festo sancti Frācisci vnam certam pictantiam id est eleemosynā, quòd ista pictantia non debebit sibi dari nisi semel allegat.etiam.l.cum pater.§. pater.de legatis secundo.Sed tu adde alia iura,quæ hic allegantur in glos.& suprà in principio dixi. ¶ Nec obstat secundum eum dicta.l.cum quidam,vbi videtur probari contrarium:quia ibi illud est,& ita interpretatur pro omni anno propter qualitatem personæ relinquentis,& eius cui relinquitur. Nā iussit dari decurionibus,propter quod præsumitur vt ibi.Vnde dixit ibi Barto. quòd ista interpretatio debet sumi ex qualitate etiam legati,vt si sit magna,non debeatur nisi semel.si verò esset parua sæpiùs argumento.l.sed si susceperit.§. primo.suprà de iudi.quod not. bene.pro quinta limitatione huius.§.videlicet,ꝙ habeat locū maximè in legato,quando esset magnum,secus si esset paruum.Sed certè licet istud dictū sic coloratū: tamen videtur contra prædicta allegata iura,quę loquūtur generaliter & forte nimiū restrigerent.

QVAERO secūdò pone,ꝙ dn̄s dat mādatū ꝓcuratori suo agēdi,& appellādi,& appellationē prosequendi: an si procurator succubuit, & appellauit & iterum succubuit †:an secundò poterit appellare?istam.q.format Cy.in.l.inuitus.in xiij.q.C.de procurato.vbi dicit, quòd videtur, quòd non per istū tex.& per.l.dotis promissio.s. de iur.do.cum similibus.tamen contrarium ipse

determinat: quia fuit sibi commissa appellatio indefinitè, quæ indefinita æquipollet vniuersali, vt l. si pluribus. suprà de lega. secundo. & vide omnino Bald. in dicta. l. inuitus, in fine, vbi allegat etiã aliam rationem, ex qua colligitur etiam alia limitatio ad istum. §. & hîc adde, quod dicam infrà eadem in quinta quæstione. Ex quo not. sextã limitationem ad istum. §. vt non habeat locum, quando verba proferuntur taliter indefinitè, quòd æquipolleant vniuersali, vt not. per glos. & doc. in dicta. l. si pluribus.

QVAERO tertiò, data est securitas alicui eundi, & redeundi indeterminatè, id est simpliciter, & indeterminatè fuit petita: an intelligatur ista securitas pro vna vice tantùm? an pro pluribus? Barto. tangit in. l. j. ff. ad. l. Iuliam maie. & dicit per istum text. quòd intelligitur pro prima vice tantùm. quod tamen intelligat verum, nisi cõcessio sit facta pro certa causa, vt putà concessa est securitas veniendi, & redeundi pro pace faciẽ-
8 da: † tũc debet intelligi, quòd possit ire: donec pẽdet iste contratus. argumento. l. continuus. §. qui insulam. de verborum obligationibus. facit. l. veteres cum. l. seq. de itinere, actuque priua. Itẽ hoc limita, vt infrà in sexta quæstione. Et sic ex hoc vltimo nota septimam limitationem ad istum §. videlicet. quòd verba in dubio intelligantur de primo actu, hoc verum. nisi subsit certa causa, propter quam debeat necessariò intelligi etiam de secunda, vel tertia, & pluribus.

QVAERO quartò, an ista l. habeat locum regulariter in omni oratione? & dic, quòd non: quia habet locum tantùm in oratione affirmatiua, non in negatiua, vt est text. cum glos. notabili in. l. hoc genus. ff. de conditionibus, & demonstrationibus cum qua transit ibi Barto. de quo vide Bald. in. l. si, vt proponis, la prima, in secunda colũna. versicu. ob id, quod nullum est &c. C. quomodo, & quando iudex: Ex quo not. octauã limitatione ad istum. §. vt habeat locum, quando verba proferuntur affirmatiuè, secus si negatiuè. & propter hoc adducitur pulchra. q. pone pater instituit filiam suam hæredem, & subiunxit hæc verba præcipio, & inhibeo dictæ filiæ meę, ne cõtrahat matrimonium, nisi cum mercatoribus vel liberis, vel agnatis eorũ, & qui se gerant pro mercatoribus, & mercatores censeantur. & si secus fecerit, eã priuo hæreditate mea vltra legitimã. & hæc filia nupsit filio mercatoris, q̃ mortuus est, dicta filia vult nubere secundo viro, nõ mercatori sed nobili, an possit impunè. vide omnino Albe. de Rosate in. l. fi. in prin. pe. col. versiculo vltimo, quæro pulchram. q. C. de sponsalibus.

QVAERO quintò, in quibus casibus regulariter verba intelligantur de primo actu? dic secũdum Cy. quòd quando committitur actus, qui non consueuit nisi semel fieri, non videtur nisi semel comitti, & de primo actu cogitatur, & hîc actus mandatur ab homine. Sed quando committitur, vel mãdatur à lege, tũc actus debet fieri iteratò, ita dicit Cy. in. l. vbi veluti. §. hæc vox. ff. de edendo, quem refert, & sequitur Bald. in dicta. l. si vt proponis, in vltima columna. versiculo in iiij. gl. ibi nũquã. ibi officio suo quia. C. quomodo, & quando iud. & sequitur Bal. in dicta. l. veluti. §. hæc vox. vbi Bal. infert hoc ad. q. statuto cauetur, quòd omnes causæ cõpromittantur: modò quæritur, si super vna causa factum est compromissum, & expirauerit. vtrum iteratò debeat fieri? & primò arguitur, quòd non: quia vera debent intelligi de primo actu: & allegat istum. §. & de condi. & demonstratio. l. hæc conditio. posteà dicit, quòd contrarium est verum: quia ista verba proferuntur, à lege, & lex de sui natura debet disponere nõ solùm super vno casu, sed etiam quotiens opus est, vt dicto. §. hæc vox, aliâs esset imperfecta. adducit etiam pro hoc, quod not. Cy. in l. inuitus in. xiij. q. C. de procura. quem allegaui, suprà in secunda quæstione, vbi vide, & dicit Bald. q̇ ista. q. est sæpe in palatio, ideo eam not. Idẽ etiã tenet Bal. in. l. qui per salutem. in fi. s. de iureiurã. vbi vide. & in. l. fideicõmis. §. si quis. ff. ff. de leg. iij. Ex prædictis autẽ collige nonam limitationem ad istũ. §. vt habeat locum. s. q̇ verba intelligãtur de primo actu, q̃ proferunt ab homine: secus sic ꝓferãtur verba à lege. vt. d. §. hæc vox. quod not.

10 QVAERO sextò, pone † factũ est cõpromissum, & est facta mentio de hærede, an intelligatur de primo hærede, vel etiã de alijs in infinitum? videtur q̇ de primo tantũ intelligatur per istũ. §. sed Specu. in tit. de arbitris. §. finitur. versi. sed si fit. dicit contrariũ. s. q̇ de omnibus intelligitur: quia hæres hæredis. &c. vt. l. fi. C. de hęred. instituti. & ita tenet etiam. do. Fran. Zab. in. c. fi. compromissum in. v. q. extra de arbitris.

11 QVAERO septimò factus, † seu cõcessus est alicui saluus cõductus veniẽdi Veronã duraturus vsq; ad mensem, ille venit semel Veronã, & recessit, iterũ redijt Veronã, voluit capi, vel fuit captus, dũ esset quæstio in facto, allegabat ad hoc dictũ Bar. in. l. j. s. ad. l. Iul. maie. q̇ potuerit capi, ꝑ istũ. §. Sed quidã dominus Segnorinus dixit, q̇ illud dictũ Bar. debet intelligi ĩ securitate data sine limitatione tẽporis. adde, q̇ isto casu, & nõ alio loquitur Bar. quia loquitur, quãdo est indeterminata petitio, & indeterminata cõcessio salui cõductus, vbi nõ sit limitatũ tẽpus, sicut in quæstione nostra, intelligitur toties, quoties vult, vsque

ad illud tempus,per.l.sicut in annos.suprà quibus modis pig.vel hypo.sol.l.legatum.& ibi glo.suprà de annuis lega.& Barto.in simili idem dixit in.l.si mihi.& Titio.suprà de verborum obligationi. in emphyteusi concessa vsque ad tempus hoc ver-
12 bum,† vsque,habet vim repetitionis,& ita in terminis tenet.do.Raph.Cuma in dicta.l.j.suprà ad l.Iulia.maie.

QVAERO octauò,statutum dicit capientem bannitum ex delicto pecuniariter, & consignantem habere dimidiam condemnationis.qui-
13 dam† cepit,& cõsignauit vnum talem codemnatum:& habuit dimidiam: deinde cõdemnatus habuit gratiam,à domino vt liberaretur à carceribus,& quòd solueret aliam dimidiam ad certos terminos fisco:& cum in termino non soluisset, denuo ab eodem captus,& consignatus est,an iterum capiẽs debeat iterum habere partem suam? videtur quòd non:quia statutum intelligitur de prima vice,per istum.§.item quia sic haberet aliã dimidiam,& sic totum, contra mentem statuti. Et duæ causæ lucratiuæ concurrerẽt,contra.§.si rem.institu.de legatis sed contrarium est verius s. eum habere partem:quia hoc statutum quasi fauorabile latè est accipiendum. suprà ad Sylla.l. iij.§.quoque. facit de condi.& demo.l.hoc modo:in fi.Non obstat iste.§.quia hîc hominis,ibi legis dispositio,quę intelligitur quoties expediat.ff. de edendo.l.veluti.§.j.& ibi Bal.& idem Bald.suprà de iureiuran.qui per salutem.est enim eadem ratio hac secunda vice.Non obstat secundum argumẽtum quia debet habere dimidiam cõdemnationis durantis tempore capturæ. arg.suprà de noxali.l.in delictis.§.j.de testamẽto mili.l.Titius & sic dimidiam dimidiæ.Non obstat tertiũ: quia non est lucrum,sed laboris remuneratio quædã. argumento.l.Attilius Regulus.ff.de dona. Item non cõcurrunt eodem,sed diuerso tempore, nec ad idem, sed ad diuersam partem vt plenè per Barto.de leg.ij.l.Mæuius.§. duobus. illud autem clarum est,quòd per gratiam sibi factam non intelligitur pœna carceris remissa totaliter,sed dilatata.de mi.l.Aemilius.facit de rece.arbi.l.ij.&.ff.locati.l.item quæritur.§.quòd impleto.& ita consulendo terminauit.do.Raph.de Raymundis Cumanus in consilio suo,quod incipit statutum dictat capientem.Barptho.Cæpola Veronensis.

SVMMAE.

1 *Reddere condemnatus ad maiora tenetur, quam qui ædere condemnatur. differunt ergo reddere & ædere.*

2 *Ratio quid,& quomodo reddẽdæ rationes,remißiuè.*

S.INTER REDDERE.
1 Qui tenetur† ædere rationem, non tenetur reliqua soluere: secus si teneret reddere rationẽ.
2 hoc dicit.¶ Nota† primò, quæ dicatur ratio,de quo dic,vt habetur per text. & glos.in.l.siquis ex argentarijs.§. rationem.suprà de edendo.¶ Nota ergo,quòd si aliquid damnatur,vel iubetur,edere rationes,satis est si ipse ostẽdat ipsum computum rationum,nec ex hoc ipse tenetur soluere si facta ratione,in aliquo reperiatur obligatus.secus si condemnaretur reddere rationes:quia sub isto verbo, reddere, significatur totum hoc.scilicet quòd ipse computet rationes, & si reperiatur in aliquo debitor,quia aliquid forrè remanet apud eum,tunc ad illud restituendũ videtur condemnatus.¶ In glo.j.in fine.ibi de cõdi.& demonstra.l.cum seruus.dic not.illam.l.quę est melior de corpore iuris, quomodo quis debeat reddere rationes.de hoc vide Ioã.And.in.c. pe.Ioannes.extra de testamentis in nouella,& ibi per doc.& glos.in cle.j.in verbo reddere de testamentis & in Specu.de instrumentorum edi.§. nunc verò aliqua.versiculo sed nunquid secundum dictum.& adde aliũ bonum tex.in.l. quãuis rationes eo titu.de condi.& demon.&.l.Thais.§. Titius Sticho.suprà de fideicommis.liber.&.l.qui filium.§.fin.de manu.testamento.&.l.Labeo.lib. secun. posteriorũ.ff.de statu liber.

SVMMA.

1 *Optimum maximumque in iure etiam id esse dicitur,quod est liberum:licet nulla seruitus ei debeatur.vnde qui promittit ædes optimas & maximas,liberas tantum pollicetur.*

LEX XC.

QVI VTI OPTIMAE. Qui tradit ædes,& dicit eas tibi trado vti optimæ maximęque sunt,† non tenetur pro hoc nisi eas liberas tradere,nõ autem sibi ab alijs seruitus debetur.h.d.¶ Not.tex.ibi vti optimę.& dic,ꝙ iste tex.videtur habere parũ dubitationis: quia dixit venditor vti.i.sicut optimæ sunt.i.trado tibi eas optimas.sicut sunt.¶ Sed,adde ꝙ iste text. habet locũ,etiam si dixisset,trado tibi optimas, & maximas,& sic non apposuisset dictionẽ vti.i.sicut, vt est text.in.l.j.in fi.ff.de euictio.Et idẽ si dixerit, trado tibi fundũ optimũ,& maximum , & promitto ius fundi per me deterius factum non esse,vt.l.si cum fundum infrà eodem. Et de isto

verbo optimus, maximusque. vide text. & quod ibi dicam in. l. illa verba optimus, infrà, eodem & in. l. non tantum in traditionibus. ¶ In glos. prima. in fi. dic hoc verum, si venditor ignorabat: aliâs tenetur ad interesse, vt ibi not. & facit. l. Iulianus. §. sed quod dixerimus. suprà de actionib. empti. ¶ In glossella quæ incipit ab ædibus vicinis, dic, hoc ideo dixit glos. quia res sua nemini seruit, vt. l. in re communi. supra de serui. vrbano. prædio. & l. vti, frui. in principio, suprà. si vsusfructus pet. Barptholomæus Cæpola Veronensis.

SVMMA.

1 *Pronomina mea, & tua, simpliciter prolata, etiam actiones comprehendunt, idem dicendum puto de sua, nostra, & vestra, cum omnia sint possessiua.*

LEX XCI.

MEORVM ET. Actiones quandoque veniunt appellatione meorum, & tuorum. hoc dicit. mutatis verbis. vt in glos. pone casum, & text. dicit, quandoque; propter. §. argento. quem infrà allego, vbi non veniunt actiones. ¶ Et adde, quòd Bartol. in. l. Quintus la secunda. §. argēto. suprâ de auro, & argento, legato exemplificat istam. l. alio modo. videlicet, dicēs, quòd quan-
1 do dictio † meus mea meum, & tuus, & suus, & similia ponuntur de per se sine aliquo adiuncto, vt relinquo tibi omnia mea, & tūc etiā habet locum ista. l. ¶ Quandoque adiungitur cum verbo generali, vt est cum verbo rei, vel cum verbo bona, & tunc idem, vt. l. nam quod. §. finali, cum l. sequenti. suprà ad Trebellianum, & in. l. si legatus. §. siquis bona, eod. titulo vbi est casus de vtroque. Et ita intelligatur glos. hîc, & etiam hæc lex. ¶ Quandoque verbum meum, habet subiectū cum quo adiungitur generis subalterni, vt lego argentum, & vestes meas, & similia; & tunc ista pronomina significant dominium vel quasi ita loquitur dicta. l. Quintus. §. argento, cum glos. & l. seruos. de lega. tertio. ¶ Fallit primò, ex natura eius, cum quo quis loquitur. ¶ Secundò fallit, ratione personæ loquentis. Tertiò ratione rei, de qua quis loquitur: de quibus vide exempla per Barto. in dicto. §. argento. ¶ Quandoque habet subiectum specialiter perticulare, vt lego talem librum meum, & tunc hoc est clarum. ¶ Sed quid de genitiuo istorum pronominum meus, tuus, suus, & similia? vt, si dico. lego tibi librū illius, an intelligatur de dominio libri illius. dic, vt per Bar. & doc. in rubrica. supra de noui oper. nunciatione. ¶ Et adde circa materiam huius. l. omnino quod dicam, in. l. pupillus. §. fi. ĵ. eo.

SVMMA.

1 *Filia ex statuto abintestato patri nō succedens, an sit de proximioribus patri testanti, remißiuè.*

LEX XCII.

PROXIMVS. Ista. l. est clara, cum sua glos. adde pro nūc ad glos. solum. vnum tex. insti tu. de legit. agno. suc. §. proximus: & vide omnino Alberi. de Rosa. in suo Alphabeto. in verbo proximus, & hîc adde. ¶ Sed pone, quòd
1 ex forma statuti † filia, vel soror non succedat patri, vel fratri abintestato. & pater, vel frater instituit, vel substituit sibi hæredes proximiores, an tunc intelligatur de proximioribus secundum ius commune, & sic de filia, vel sorore? an verò de proximioribus ex forma statuti, & sic quòd filia, vel soror non dicatur proximior, ex quo est exclusa, à statuto, vide quod not. Barto. in. l. hæredes mei. §. cum ita. in versiculo & pro hoc dico. in terminis. ff. ad Trebel. & Bald. in contrarium in. l. quicunque in. iij. columna. versiculo sed ponè statuto cauetur. C. de seruis fugi. vide consilium. quod feci pro causa illius de Marega. quæ ventilabatur Paduæ.

SVMMAE.

1 *Mouentia & mobilia idem. & omne quod vel moueatur, vel moueri potest, continent.*
2 *Pecunia ad rem immobilem emendam præparata immobilis rei appellatione non continetur. & nume. 6. & 9.*
3 *Legato generali per nomen mobilia, vel mouentia, cum pecunia sit mobilis, an debitorum nomina cōprehendantur, remißiuè, & aliâs nu. 14.*
4 *Mola molens, tametsi moueatur, non est res mobilis magis, quàm tegula tecti.*
5 *Molendina naualia, vel fluuialia sint ne mobilia, vel immobilia, remißiuè.*
7 *Publicatis bonis, an publicentur nomina. & possessio an mobilia significet, remißiuè. vel de hoc, nu. 13.*
8 *Stabilia bona quæ sint.*
10 *Ius vectigal, seu pedagium, colligendi mobile, an immobile sit, remißiuè.*
11 *Seruitus res est mobilis.*

Fructus

12 *Fructus pendentes, an legatis rebus mobilibus contineantur. remißiuè.*

13 *Iura & actiones non habēt corpus, ergo non sunt mobilia, distingue.*

LEX XCIII.

MOVENTIVM. Appellatione mouentium veniūt res mobiles, & adde omnino qđ not. Franciscus Zabar. in clemē. j. in. ix. x. & . xj. q. de rebus eccle. non alienan. & econtrario appellatione † mobilium veniunt res se mouent , nisi aliud appareat de voluntate loquētis. hoc dicit. Et qui fructus veniant appellatione mobilium, vide in Spec. de fructibus, & interesse. §. j. versi. sed pone prælatus. & versi seq. ¶ In text. ibi significasse subaudi illud attendendum est, & isto modo text. est clarus, nec destruitur, vt facit hîc gloss. final.

QVAERO, quid si mortuo viro, bona † mobilia debeantur hæredibus eius, & immobilia vxori, & reperiatur pecunia pręparata ad emptionē, an debeatur vxori? dic, ꝙ non quia attēditur præparatio, vel destinatio. vide Bald. Ange. & Imo. in. l. cætera. §. hoc Senatus. versi. sed si præparauerit. ff. de leg. j. vide Lodo. in. l. j. §. si domini. in fi. ff. ad Syllanianum. & vide tex. qui videtur probare cōtrarium in. l. iij. §. quid ergo. ff. de contrario iudic. tutel. & Lodo. de Roma. in. l. si ex legati causa. in. iiij. col. in prin. ff. de verb. obli. ¶ An † in legato generali veniant nomina debitorum? vide tex. & Bar. in. l. Caius. in prin. ff. de lega. ij. vide Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de fruc. & interesse, & etiam Spe. in. §. j. versi. sed quæritur, cum præcedenti versi. & sequētibus vsque ad versi. & vt per scripta. Pecunia est res mobilis, ita dicit Ange. per illum tex. in authē. de nup. §. & quia parum. ad fi.

4 QVAERO nūquid molę molendini, † vel rotæ dicantur mobilia? respondeo non, sicut nec tegulæ tectorum, donec applicatæ sunt: quia vna est contignatio. ff. de vsuca. l. eum, qui ædes, ita dicit Bal. in. c. contingit. in pe. col. in fi. extra de dolo

5 & cōtu. ¶ Sed nūquid † molendina, quę stant super nauibus, vel sicut est in Pado, & Attesi, vel Ticino, dicentur mobilia, vel immobilia, videtur dicendum, ꝙ si non habent locum firmum deputatum, in quo habent iustenēdi reputātur mobilia. vide Bar. in. l. quo minus in vltima. q. ff. de flumi. aliâs reputātur immobilia, quod not. ad multa, & maxime ad statutum de præsentatione, quod loquitur de bonis immobilibus, an poterit præsentare pro molendino.

QVAERO de quæstione subtili statuto ca-

6 uetur, ꝙ marito moriente sine liberis, vxor † succedat in dimidia immobiliū: & mobilia remaneāt penes hæredes, maritus destinauerat deputare cētum ad emptionem vnius fundi, mortuus tamen est ante, quàm emeret, an veniant ista centum diuidenda cum vxore, tanquam res immobiles ex eo: quia destinata erant ad emptionem rei immobilis, vel non? vide plenè per Albe. de Rosa. in suo opere statutorum in. ij. parte. q. ccxj.

7 QVAERO, an publicatis bonis nomina † debitorū intelliguntur publicata. vide Albe. de Rosa. in suo opere statutorum in. iij. parte principali. q. xiij. & doc. in. l. si cōstante. §. si. ff. sol. mat. & vide Io. de Ana. in. c. nonnulli. de reb. eccle. non alie. Item an appellatione possessionum veniāt bona mobilia, & immobilia, an immobilia tantùm? vide Ang. in. l. fi. C. de cōpē. Sed an appellatione mobilium, vel argēti veniāt numi. vide tex. cū ibi no. in. l. quæsitum. §. j. & . l. si chorus. §. j. ff. de leg. iij.

QVAERO, quid si legauit sua mobilia, vide in summa Rolādini in secunda forma testamēti.

8 QVAERO, quæ dicantur bona † stabilia? dic omnia illa bona, quæ moueri non possunt, secundum Ange. in authenti. de non alienandis. §. nos igitur. in fine. vbi vide.

QVAERO, an pecunia deputata ad emptio-

9 nem † rei immobilis cōputetur ex forma statuti in rebus immobilibus. vide Alb. de Rosa. in secunda parte statutorum, quæ est quæstio. ccxj.

QVAERO, quid de consuetudine, quæ est Venetijs, videlicet, ꝙ omnia bona mobilia, & immobilia, quæ sunt extra ciuitatē Venetiarū scilicet in alijs ciuitatibus, & locis intelligātur esse mobilia, quantùm ad statutū Paduæ de pręsentatione loquens de rebus immobilibus.

QVAERO, an appellatio mobilium, & immobilium trahatur ad hæreditatem? & ad nomina debitorum? vide Bar. in repetitione. l. si arrogator. in pe. charta. in fi. versi. ꝙ autē appellatio mobilium, & immobilium. & . ff. de adoptionibus.

10 QVAERO, † an ius colligendi passagium dicatur mobile, vel immobile? vide Bal. in. l. stipēdia. C. de execu. rei iudica.

11 QVAERO, quid † de seruitute? dic, ꝙ censetur immobilis, vt probatur in. l. ij. C. de seruitu. & aqua. & ita tenet per illam. l. ij. gloss. in. l. sicuti. §. si quæratur. in verbo ædium. la. ij. ff. si serui. vendic. Quid in legato bonorum mobilium, & immobilium. vide Flo. in. l. j. ff. de vsufru. earum rerū, quæ vsu cōsumuntur. & quod ibi signaui. Itē quæro, debitor meus deposuit pecuniam suā apud quendam campsorem. vtrum mittar in possessionem tanquam nominis, an tanquam rei mobilis. vide

Bald.in dicto.c.contingit.in penul.col. circa principi.de dolo,& cõtu. & in Quinterno meo primo.
12 paruo.q.xxxij. ¶ Si testator † legat alicui bona sua mobilia, vtrum in tali legato veniat frumentum,& alij fructus pendentes tempore testamenti? vide do.Pau.de Cast.in consilio.ccxxxvj. & vide in Specul.de fructibus, & interesse. §.j.versic. Sed pone, cum tribus sequen. vbi omnino vide. Adde,quòd reperiuntur bona quasi immobilia, vt est text.cum glos.in verbo cohæreant, in.l.fundi.in princi.ff.de actio.emp.facit ad hoc.l.iij.§.fi. ff.de vino,tritico,& oleo legato. Adde etiã, quòd mobilia non veniũt in interdicto,vnde vi per se, sed in immobilibus sic. vt.l.j.§.illud planè.ff.de vi,& vi arma.& not.Cy.in.l.j.in fine.C.de fideicommiss. A qua dicitur quid immobile. vide Bal. in.l.item lapilli.in princip.ff.de rerum diuisione.
13 Quid † si quis dixit dono,tibi omnes possessiones meas, an contineantur mobilia putà libri,vel se mouentia, vt boues? dic,quòd non ex communi vsu loquendi.vt.C.de compensat.l.fin.per Cy. & Bald.not.in.l.j.ff.de statu hominũ. Adde,quòd mancipium rusticum reputatur res immobilis, vt in cap.nonnulli.de rebus ecclesiæ non alienan. & ibi Imola,& Ioan.de Anania.in princip. Quid si dono tibi omnes res meas,quas habeo Paduæ, an videar donare nomina debitorum meorũ? vide plenè per Baldum,in.l.j.ff.de statu homin. & Lodoui. in.l.si constante.§.final.ff.soluto matrimo. An nomina debitorum,vel iura, & actiones dicantur mobilia,vel immobilia? vide Io.de Anania in cap. relatum.ij.circa principium. extra de testamentis.vide Cardina.in clementi.j.in princ. in.x.&.xj.quæstio.de rebus eccle. non alienan. In gloss.magna.ibi.Sed an nomina sint immobilia. Ista gloss.quærit,an nomina debitorum sint mobilia,vel immobilia? dic tu primo istam quæstionẽ mouet gl.& Iac.de Beluisio.in authen.de non alienan.§.hoc igitur.colum.ij.& idem Iacob.in.l. si conuenerit.suprà de pignor. actio. & per Iaco. de Are.& Barto.hîc,& Dyn.& Barto.in.l.potest pupillus.suprà de autho.tut. & per Bart. in.l.j.C. si aduersus transactio.& per Barto.in.l.Centurio in tertia quæstione principali.in secunda colum. ad finem illius quæstio.suprà de vulga.& pupilla. & per Bald.& Ange.& Lodo. Roma. in.l.si constante.§.fina.ff.soluto matrimo.& vide Ange. in l.hac edictali.§.his illud.C.de secundis nuptijs. & Barto.vnum verbum dicit in.l.tutor.ff.de bonorum possessio.titu.generali.& Bald. in cap.ij.in titu.de cogni.feud.& in cap.primo. in fine principij.in titu.de pace tenenda.& Cyn.in authen.hoc ius porrectum.C.de sacrosanct.eccle.& per Paulum de Castro in.l.quam Tuberonis.§.in peculio.suprà de peculio.& Flor. multum latè in.l.ij. suprà de vsufruct.earum rerum, quæ vsu consu. & per Ioan.And.in cap.peruenit.extra de censib. & Specu.in titu.de fructi.& interesse. in secunda colum.& Ioan.Andr.in additio.ad Specu.ibi.in titu.de fructi.& interesse, in tertia colum. in addit. quæ incipit: aliqui inducunt illam.l.& per Ioan. de Lignano in clemen.prima.de rebus eccle. non alienan.& per Ioan.Andr. in gloss. in verbo.vna & super ea.in cap.ij.de rebus eccle.non alienan. libro.vj.& per Oldradum in quæstionibus suis, & est.ccxxvij.aliâs.ccxix.quæstio. & incipit factum tale est,& plenissimè per Alber. de Rosat. in suo opere statutorum in tertia parte,quæstio.xiij. vide omnino Ioan.de Anania in cap. nulli.an. ꝗfin. & in fin.extra de rebus eccle. non alienan. Circa quam quæstionem breuiter conclude secundum Domi.meum Do.Flor.in dicta.l.iij.aut tu quæris,an de proprio, & stricto significatu nomina
14 debitorum, † & sic iura,& actiones veniant appellatione mobilium, vel immobilium, & dicas, quòd non: sed sunt de per se species distinctæ, vt in.l.à diuo Pio.§.in vẽditione,& in.l.j.§.exactio. C.de rei vxo.acti.ibi.vel incorporalibus. vbi hoc probat dictio vel,disiunctiua,quæ ponitur inter diuersa. vt.l.hæc verba, ille,aut ille. infrà eodem. & probatur etiam in.l.ij.ad finem primæ columnæ.ibi,se mouentes,vel instrumenta.C.quãdo, & quibus quarta pars debe.libr.x.& in.l.omnes. in princip.C.de quadrien.præscript. & in.l.quam Tuberonis.§.in peculio. suprà de peculio. Item hoc probatur: quia priuatio præsupponit habitum.l.manumissiones.suprà de iustitia,& iure,& l.decem.suprà de verborum obligatio. sed immobilitas est priuatio mobilitatis: mobilitas autem in iuribus, & actionibus propriè non cadit, quia mobilitas præsupponit corpus. suprà de rerum diuisione.l.prima.§.primo. & dicta.l.j.C. quando, & quibus quarta pars debe. immobile etiam requirit corpus, vt ibi potest colligi.& probatur. suprà quod cuiusque vniuer. nomine.l.ciuitatis. & probatur in.l.fina. in fine.C. de præscriptione
15 longi temporis. Cum † ergo iura,& actiones corpus non habeant, ergo in eis non cadit mobilitas, vel immobilitas: & ita tenet Bartol. in dicta l.prima.C.si aduersus transactio. Sin autem quæris, an ex interpretatione , & mente computentur inter immobilia, vel mobilia , & dic, si apparet, quid de eis dispositum sit, illud est seruãdum. vt dicta.l.à diuo Pio.§.in venditione, & dicto.§. exactio.si verò non appareat:& tunc aut computatur pro annonis ciuilibus,vel pro annuo reddi tu, & tunc censentur res immobiles. vt not.glos. in.l.iubemus nulli. in principio.C.de sacrosanct. eccle.

eccle.& est hodie de hoc text.expressus in clemẽ. exiuit. ibi, cúmq; annui redditus inter immobilia censeantur. &c. extra de verborum significatio.& facit.l.bene à Zenone.circa medium.ibi iura incorporea, vel panes ciuiles.C.de quadrien. præscript. Sed si computantur pro alijs rebus, tunc computantur prout fauor exigit, vt dicta.l. j.§.exactio.C.de rei vxor.actio.secundum Iacob. de Beluiso.in dicto.§.hoc igitur in authẽ.de non alienan.& in.l.si conuenerit.in principio.ff.de pigno. actio. Si autem fauor neutrum exigit: quia materia est indifferens:tunc debet attẽdi:an competant pro mobilibus, vel immobilibus, vt dixit Dyn.in dicta.l.potest pupillus.suprà de autho.tuto. Et ita intelligatur gloss.in authen.de non alienandis.§.hoc igitur.¶ Prædicta verò locum habent in dispositione legis, sed in dispositione hominis actiones personales nunquam computantur appellatione mobilium, vel immobilium, nec etiam chirographa, in quibus sunt nomina debitorum.vt.l.Caius. in princip. suprà de legatis secundo. de hoc articulo.tamen vide latiùs per domi.Flor.in dicta.l.iij.suprà de vsufruct. earum rerum, quæ vsu consumũ. & vide doctores in iuribus suprà allegatis. ¶ Sed quid si debeo decem an inter immobilia computabuntur? Item quid de pecudibus, & alijs se mouentibus? Item quid de lignis, lapidibus ad vsum ædificiorum paratis? Item quid de libris auro, & argento, an omnia ista veniant in computatione legatorum meorum mobilium? vide omnino de omnibus istis in Specu.de fructibus, & interesse.§.primo. versicu.Sed pone prælatus.cum quatuor versic.sequẽ. Barptholomæus Cæpola Veronensis.

SVMMA.

1 *Reddere, & dare, interdum idem significant, vtrunque enim pro altero, (sed impropriè) ponitur. vt nume.2.*

LEX XCIIII.

VERBVM REDDENdi. Ille propriè dicitur reddere, qui rem iam acceptam retrodat. vide gloss. de consecratio. distinctio.iiij. si baptizata est. in verbo renasci, impropriè verò, qui de nouo dat. hoc dicit text. cum gloss. facit.l.exigere dotem.in fine.suprà de iudic. & ibi, verbum redire sumitur ire. ¶ In gloss. in verbo retrodandi: ibi, hæc est propria significatio: nota istam gloss. quæ vult, quòd verbum
1 reddere, quandoque ponatur pro dare, & † tunc hoc est ex impropria significatione, & ex interpretatione assumitur.concordat gloss. institu. de actio.§.in bonæ fidei. in verbo restitui. & ibi vide Angelum, de Aretio.quod intellige verum, quando verbum dari, capitur pro sua specie, & sic est separatum à reddendo:secus si sumeretur pro suo genere, & sic pro omni actu transferendi dominium, & tunc etiam propriè, & ex proprio significatu verbum reddere, significat verbum dare, quod est vtile scire propter statuta, quæ debent intelligi in proprio significatu. ita not. dicit Bartol.in rubrica. suprà soluto matrimonio.in tertia colum. versicul. sed an expositio ista sit ex propria significatione, & idem tenet Angel.de Aretio. institut. de actio.§.in bonæ fidei.circa principium.Sed quæro econtrario, nunquid verbum dare, possit capi pro reddere? & domi. Anton.de Butri. in capitu. examinata. extra de iudic.in decima colum.ad finem. tenet, quòd non.vnde ibi dicit, quòd non procedit libellus, si aliquis petat se declarari dominum: & posteà cõ-
2 cludit ad dandum.sed † domi.Anton.de Rosellis ibi in versicu.Item adde dum domi. meus dicit, quòd non procedit libellus, si aliquis, & cætera. sub dubio fortè tenet contrarium, vbi dicit, quòd libellus potest saluari per istam legem, vt intelligatur dari, id est reddi iuxta not. in rubric. si certum petatur.& in rubr.soluto matrimonio. tu dic, quòd ista.l.non multum facit. quia loquitur in casu ecõuerso, sed dictæ rubricę bene probant.Facit pro hoc, quod not. Bartol. in.l.si olei. in fine.C.locati. & in.l.prima. in fine.C. de vsufruct.& in.l.si prius.in versiculo secundo. contra hoc opp.ego dixi, suprà de noui operis nunciatione.in quibus locis dixit, quòd verba improprientur ad hoc, vt libellus saluetur. de quo dic, vt plenissimè dixi, in rubri. suprà soluto matrimonio. super vltima gloss.

SVMMAE.

1 *Reliquorum, vel cæterorum appellatione vniuersos (sit) contineri. Item reliquorum nomine, liber est rationis.*

2 *Dictiones residuum, restum, & complementũ, quid contineant, & quid perfectum dicatur.*

3 *Olim permissum fuisse quibuslibet respondere de iure, nunc autem solis doctoribus permittitur, imò passim, ac sine discrimine, propter ordinis deprauatam dignitatem.*

LEX XCV.

POTEST RELIquorum. Totum etiam comprehenditur appellatione reliquorum. hoc dicit. Facit.l. ij.C.de hæredi.institu. & iura, quæ ibi allegantur in glos. concordat.l.cæterorum.infrà eodem. quæ etiam vult, quòd appellatione cæterorum omnia contineantur.vide, quod ibi dicam. Et adde, quòd ap-
1 pellatione † reliquorum continetur liber rationum.text.est notabilis in.l.si ita fuerit.§.quæstio. ff.de manumis.testamen.& potest esse ratio:quia aliâs non posset eas examinare dominus, & excipere, vt dicitur in.l.cum seruus.ff.de conditio.& demonstratio.& hoc tenet Salice. in.l.cum testamento.C.de testamen.manumissio.& ad istam.l. vide omnino Bald. in.l.final.§.primo.&.§.cum antiquitas.in fine.antepenulti.colum. versicu. sed quid dicis, duo fuerũt fideiussores. &c.C.de vsur. rei iudic. vbi videtur limitare istam legem. dicit enim, quòd si duo fuerũt fideiussores distributi-
2 uè, vnus in decem, alter in † residuo: & ille, qui fideiussit in decem, non est soluendo: vtrum alter teneatur insolidum? dicit, quòd non: quia diuisa, & taxata fuit obligatio per pactum, vt suprà de fideiussoribus.l.fideiussores magistratuum. licet aliâs nomine residui totum contineatur.l.j.C.de hæred.institu.& ibi per Guiliel.de Cun. ita etiam videtur dicendum in verbo reliquorum, quod not. Adde hîc, quod not. Bartol. in.l.Offilius. (alij legunt Osidius.) ff.de lega.iij. & ibi omnino do. Alberic.de Rosate.& vide omnino Bartol. in.l.si seruus.§.si ita scriptum.ff.de legatis.ij. ¶ Et adde, quòd appellatione partis totum continetur, vt probatur in.l.virili.infrà eod.& vide, quod ibi dixi, & dixi in.l.nomen filiarum.§.portionis. circa principium.infrà eod. Item per istum text. dicit, quòd si quis promitteret, vel legaret, vel remitteret residua talis debitoris suis, qui nihil vnquam soluisset, totum debitum comprehenderetur. quod not. ¶ Item adde, quòd refutatio residui, totum comprehendit, debitum. vnde, qui soluit pro residuo, totum soluisse censetur: vt hîc secundum Bald. in.l.Aemilius. in princ. tertiæ col. ff.de minoribus. ¶ Istum textum, cum similibus. induxi ad quæstionem quam habui de facto isto anno. Quidam creditor in trecentis libris confessus est solenniter per publicum instrumentum se habuisse, & recepisse quinquaginta libras à dicto suo debitore, pro resto seu residuo, & cõplemẽto dictarũ trecentarum librarum: an per hęc verba: iste creditor sibi præiudicet, vt videatur habuisse dictas trecentas libras, etiam si aliter cõstare non possit de earum solutione, & pone, quòd sumus in tali tempore, quo nõ potest opponi aliqua exceptio dictæ confessioni secundum quod habetur in.l.in contractibus.§.sed quoniam.per gloss. Cy.& doct. ¶ Et dico breuiter per istum text. quod sic. Nam istud verbum pro resto, & complemento, quod importat totum etiam esse solutum, vt hîc. ¶ Item, quia verbum residuum, quod idem est dicere, quòd id, quod restat, importat solutionem esse factam, non solùm vltimæ quantitatis solutæ, sed etiam quandam aliam primam solutionem includit, vt patet ad sensum, & probatur in dicta.l.ij.C.de hæred.instit. Facit.l.cæterorum. infrà eo. ¶ Secundò principaliter probatur per text.not. vbi est casus de ista quæstione in.l.si ex pluribus.in princi.coniuncta gloss. in verbo reliquam.supra de solu. ¶ Tertiò, pro hoc facit glos. in.l.rationes.C.de probat. ¶ Quartò, quia ex quo dicit pro complemento videtur de residuo satisfactum.argu.l.penulti.in fine.C.ad Syllanianum. ¶ Quintò, quia illud dicitur perfectum, quod ex suis partibus constat.l.j.ff.de origi.iur.vt ergo verificari possit illud pro complemento, requiritur principium solutionis præcessisse. licet enim cœptum quandoque habeatur pro completo. vt dicta.l.j.de origine iur. & in.l.& si non sint.§.quid ergo.suprà de auro, & argen.lega.tamen impossibile est, & contra rationem aliquid impleri, nisi præcedat initium.vt.l.ædificia.§.perfecisse.ff.eod. Et per istud vltimum argumentũ potissimè hoc ad literam in terminis nostris tenet Flor. in.l.qui familiæ.§.fami.ercis.vbi dicit, quòd hãc quæstionem vidit etiam de facto, & istam partem putat veriorem: & ita tenet Lodo. de Roma. in.clxxv. singulari. quod incipit, illa verba etiam quotidie apponuntur in instrumentis in secundo ordine meo. & idem tenet Bald. in.l.Aemilius in.iij.col. versicu.menses.not.quòd menses.suprà de minorib. Et ita tenet Paulus de Castro. in dicta.l.ij.C. de hæredibus instituend. & domi. Franciscus de Capitibus lyste, & pro ista parte est casus cum gl. prima.in.l.si residuum.C.de distract.pignor. quæ loquitur de residuo, quod est idem, quod restum: vt est text.in.l.post decisionem.C.de furtis. Facit etiam.l.si inter patrem.&.l.interest. & quod ibi tenet Cyn.C.de solutio. Et ista sunt, quæ ego adduxi pro ista parte, quam tenui, dum essem consultus Bononiæ in ista quęstione, licet essem tunc minimus scholaris, & nũc minimus inter Doctores, quod sæpius fecit Federicus de Senis, vt apparet in consilijs suis, & hoc erat promissum ante tempora diui Augusti, vt qui fiduciam studiorum

rum suorum haberent, consulere possent, non tamen sigillare. hodie autẽ à tempore diui Augusti est prohibitum, vt quis de iure minimè respondeat, nisi sit doctoratus, vt est tex. de vtroque in.l. ij. §. penulti. ibi, qui fiduciam studiorum suorũ. & in. §. fi. ibi, cõstituit. vt ex authoritate eius responderent. s̃. de origi. iur. & vide, quod scripsi ad hoc in.l. bene à Zenone in. xj. notabili. Barptholomæus Cæpola.

SVMMA.

1 *Litus, quid, & vnde deriuetur, eiusq; multiplex significatio.*

LEX XCVI.

LITVS EST. Litus dicitur locus eatenus procedens, quo maximus Ibernus fluct⁹ peruenit. h.d. istud principiũ cũ l. litus. j̃. eo. ¶ Et prædia dicũtur esse aliquorũ, vt filiorum siue sint illorum in communi, siue separatim. hoc dicit. finis huius legis cum glo. Barptho. Cæpol. ¶ Dicta. l. litus. Modestini Iurisconsulti fuit. hæc
1 autem Celsi. † Litus ergo dicitur terra, quãta maris excrescẽtis maximis fluctibus alluitur, ex quo litus dictum volunt ab alluo, alluis, quod idem significat, quod lauo lauas. cuius quidem deductionis ratione, prædia, ripæúe fluminibus contiguæ, litora quoque dici possunt, cum frequenter, ac sæpius exundantibus fluminibus alluantur. De mari autem meminit Vergilius his versibus.

primo Aeneidos.

Pars in frusta secant, verubusq; trementia figunt.
Littore ahena locant alij, flammasq; ministrant.
Idem paulopost.
Et iam finis erat. cùm Iuppiter æthere summo
Despiciens mare veliuolum, terasq; iacentes.
Littoraq;, & latos populos, sic vertice cœli constitit &c.

De fluminibus verò Horatius in secunda Ode.

Vidimus flauum Tyberim, retortis
Littore Hetrusco violenter vndis,
Ire deiectum munimenta Regis,
Templaq; Vestæ.

Sunt quoque qui litus deducunt à verbo lito litas, quod idẽ est cum verbo sacrifico. cas, hoc nobis magis placet. Nã qui maris fluctib⁹, vndisúe sæuientibus, aut imminentibus periculis euasis, indemnes nauigauerant, Neptuno maris, Aeoloq; ventorum mare commouentium Deo, gratias sacrificio solebant agere. vnde factum est. vt id spatij terræ, quæ aram cingit, litus quoque vocetur. Sunt etiam, qui litus aratoriam terrã, quæ non est procul mare, appellent. vnde dicimus arare litus. Sed hæc alijs missa fiant.

Hector Forestus Vasionensis.

SVMMA.

1 *Aggregatũ quantas summas, etiam seruos, & res immobiles continet. Item nomen pecunia, generalis dictio est.*

LEX XCVII.

CVM STIPVLAMVR. Appellatiõe pecuniæ res etiam continetur. h.d. de quo dic, vt dixi in.l. pecuniæ. s̃. eod. Barpth. Cæpola. ¶ Sit igitur summa huius legis, pecuniæ nomine res quascunq; cõtineri. vnde, si quis stipuletur quantam pecuniam promissor ex alicuius hæreditate consequetur, non solùm numeratam pecuniam, sed etiam omnem rem quæcunque ex hæreditate peruẽtura est, stipulatus dicitur. id quod summè notandum apparet, vt patet in.l. quisquis. de leg. iij. Hoc autem argumẽtum dici potest, quod vulgares appellant à fortiori: nam si clausula, siue
1 aggregatum † Quantas summas, cõtinet, vt certè continet. (d.l. quisquis.) prædia, seruos, vestem, argentum, & cætera. id genus, multò magis dictio pecunia, talia continebit. Hector Forestus Vasionensis.

SVMMAE.

1 *Quarto quoque anno in mense Februarij duo sunt dies, qui vnum duntaxat constituunt, proq; vno habentur, & vterque vocatur sexto Calendas Martias, id est sextus dies ante Calendas Martij, vtrunque bissextum appellamus. & numero 9.*
2 *Dies ille, quo Februarius excrescit, intercalaris, siue intercalarius dicitur, hoc est interpositus. interponitur enim inter. xxiiij. & xxv. diem. & illi coniungitur, adeò vt ambo vnum constituant, qui est horarum octo & quadraginta.*
3 *Annus olim decem mensibus cõstabat, cuius rei versus per nos hìc ab Ouidio positos vide. pulchri enim sunt.*
4 *Numa & Cæsar duos menses Ianuariũ, & Februarium addiderunt, de quo citantur per nos versus Ouidij.*
3 *An hìc iustè gloss. reprehendatur alius iudicet. Ego verò interim dico vnumquẽque mensem tres ha-*

bere dies prædominantes. vnus dicitur Calendæ, & primus est mensis, abs quo denominantur dies antecedentis mensis, vsque ad decimum quartum in mensibus, qui quatuor Nonas habent. In ijs verò, qui sex ad decimumsextum. Vnde cùm September quatuor duntaxat Nonas contineat, auferatur primus dies eius, qui Calendæ dicuntur, auferantur quatuor Nonæ, auferantur octo Idus, ablati sunt dies tredecim: ergo reliqui omnes denominantur à primo die sequentis mensis, qui October est. ex quo decimoquarto die Septembris solemus dicere decimooctauo Calendas Octobris. Decimo autem quinto decimoseptimo Calendas Octobris. & sic de alijs, quanto enim ad finem mensis properamus, tanto Calendarum numerum minuimus. In mensibus verò, qui sex illustantur Nonis, quales sunt Martius, Maius, Iulius, & October, ablato primo die, (hoc est Calendis,) ablatis Nonis, & Idibus, cum quindecim dies ablatos esse constet, efficitur, vt decimosexto die talis mensis, dicamus decimoseptimo Calendas mensis sequentis, putà Aprilis, Iunij, Augusti, & Nouembris. Secundus dies principalis dicitur Nonæ: abs quibus tres, vel quinque dies antecedentes denominantur, & Nonæ sunt in mensibus, qui quatuor habent, in quinto die, in ijs verò qui sex, in septimo. vnde primus dies antecedens, & Nonis proximus dicitur pridie Nonas, & est nunc sextus, nunc quartus mensis. Secundus dicitur tertio Nonas, & nunc quintus, nunc tertius est mensis. Tertius dicitur, quarto Nonas, & est nunc quartus, nunc secundus mensis. Quintus autem dies antecedens Nonas in mensibus qui quatuor sunt contenti, dicitur Calendæ. In mensibus verò, qui sex habent Nonas, Quinto Nonas dicitur, & est tertius dies mensis. Sextus dicitur sexto Nonas, & est secundus mensis. Septimus Calendæ dicuntur. & primus dies mensis est. Tertius principalis dies mensis dicitur Idus, quæ contingunt in mensibus, qui quatuor Nonas habent, decimotertio die, in alijs verò decimoquinto, abs quibus quidem Idibus septem dies antecedentes nominantur, vt primus dicatur Pridie Idus, Secundus, tertio Idus. Tertius, quartò Idus, & sic de alijs. hæc autem dicta voluimus, vt nulli non constet iustè an iniustè glossa sit reprehensa. Horum verò trium dierum deriuationes, aut etymologiæ, ex alijs constent, mihi tamen interim non admodum placet, quòd Idus dicantur ab iduo, as. quod antiquum verbum significare volunt diuido is. Nam si Idus dicantur, quod mensem diuidant, cùm non diuidunt inæquales partes, eodem argumento, & Nonæ, quæ etiam mensem diuidunt, Idus essent dicendæ. Sed hæc Sophistis, vt pertinacibus missa fiant. vide Macrobium Saturnalium, lib. primo. cap. xv.

Hector Forestus Vasionensis.

6 *Dictio ante, quo capiatur modo.*

7 *Singularis est hîc casus, in quo vnus, & triginta dies non sunt plures, quàm triginta.*

8 *Triginta dies regulariter mensem constituunt. vide autem hîc & distingue.*

Versus ex Ouidio posuimus. Hector Forestus Vasionensis.

LEX XCVIII.

CVM BISSEXTVS. Natus in vigesimoquarto die mensis Februarij, seu vigesimoquinto anno, quo currit
1 dies † bissextilis, natus censetur in vigesimoquarto die præcedenti, quoad hoc, vt dicatur annum compleuisse in anno sequenti eadem die vigesimaquarta, quia id biduum pro vno die habetur. Natus verò in vigesimoquarto, & sic sexto Calendas Martias, tempore quo non currit bissextus, sequenti anno proximo, quo bissextus currit: in eodem vigesimoquarto die dicitur complere annum: quamuis tunc ille mẽsis habeat vnam diem bissextilem plus: quia illa dies intercalatur, id est de medio tollitur. Nam consideratur dies præcedens bissextilem, non autem ipsa dies bissextilis seu intercalaris. hoc dicit vsque ad versicu. Cato. Ibi, secundò, ponitur opinio Catonis, qui dicit etiam mẽsem addititium, id est adiunctum, & intercalarem reperiri. vsque ibi extremò. ibi tertiò principaliter ponitur quædã opinio Quinti Mu-
è tij, videlicet, quòd † dies bissextilis, seu intercalaris attribuatur vltimo diei mensis Februarij. vsq; ibi mensis. ibi quartò, & vltimò ponitur quomodo, tunc mensis Februarij habet. xxix. dies. licet regulariter habeat nisi vigintiocto, vide textum, glos. & doct. in. c. quæsiuit. extra de verborum significatio. vide gloss. in clemẽ. j. si dominum. §. & quia in his. in verbo certam diem, de reliquijs, & veneratione sanctorum. vide gloss. in verbo primi anni in. c. si propter tua debita. de rescriptis. libro sexto. & vide gloss. de consecratio. distinctio. v. in cap. quadragesima, in verbo dies: & vide glo. secundã. in verbo quinto Nonas Martij in charta. vj. libri. vide gloss. in cap. quæsiuit. extra de verborum significatio. vide omnino gloss. xviij. distinctio. propter. in verbo decernimus. Archid. in cap. si propter tua. de electione in. vj. vide gloss. de consecratio. distinctio, iij. Crucis domini, in verbo Calẽdarum: annus pro septimana ponitur, & dies pro anno, vt est gloss. xxxj. distinctio. tenere. vide

vide omnino Archid.in capitulo si propter tua. de electione in sexto. ¶ Nota in principio. quod si quis nascatur siue die bisextili, siue die præcedenti, perinde est, ac si esset natus die precedenti tantum. quia id biduum pro vno habetur. ¶ Nota ibi, sed posterior dies intercalatur nō prior, quòd hîc est casus, quòd dies bisextus debet esse dies, quæ reijciatur, & vltima: & sic per consequens in vigesimoquarto die mensis Februarij non fiebat intercalatio, sed die sequenti tantum, quæ tamen eadem reputatur cum die præcedēti. Nam si prima die vigesimaquarta intercalaretur dies, sequeretur quòd dies prima, non vltima intercalaretur id est medio tolleretur: cuius contrarium vult iste text. maximè ex eo, quia text. dicit sexto Calēdas. & ad textum tu sabaudias. scilicet Martias, & sic significare vult vigesimaquartam diē. vt infrà apparet cum glos. in computatione Calendarū: & dixi vobis ponendo casum, licet Macrobius in libro suo, in quo tractat de materia huius. l. & de materia diei intercalaris dixit quod imò Romani post vigesimamtertiam diem mensis Februarij intercalabant. licet Græci confecto vltimo mense Februarij intercalarent. vt dicebat Cato. & infrà dicam. vult ergo Macrobius, quòd prima dies vigesimaquarta intercaletur, quod est contra istum textum, qui dicit quòd posterior, non prior intercalatur. Nisi ipsum saluando dicas, quòd ipse non curauit, vel ponderauit, an præcedat, vel sequatur dies intercalaris, & satis dicitur semper intercalari in vigesimoquarto die, cum illa dies, & dies bisextilis habeantur pro vna die tantum. vt dicit hîc text. Nota textum. ibi sexto Calendas natus & subaudi. scilicet Martij, vt dixi suprà: quia cum mensis Februarij habeat solum regulariter viginti octo dies, & sic à vigesimotertio remaneant. v. & capiatur dies prima mensis futuri, & sic Martij, quo incipiunt Calen. & sic sunt sex dies, ergo dicit sexto Calen. vt infrà apparebit in glos. clarius. Nota in versic. Cato, quod Cato ipse fuit in hac sententia, quòd esset dare etiam mensem addititium. id est intercalarem, quam opinionem glos. reprobat, quę an possit esse dicam, quā statim, & etiam cum glos. sua. dico tamen pro nunc, quòd græci errore ducti faciebant esse quandoque mēses intercalares, secundum Macrobium, vt infrà dicam. Nota in versiculo extremo, quòd Quintus Mutius fuit in hac opinione, vt dies intercalaris attribueret vltimo diei mensis Februarij, & græci hoc faciebant, sed Romani in vigesimoquarto die. vt supradixi secundum Macrobium. & hæc opinio reprobatur in glos. & bene. Nam text. hîc in principio præsupponit bisextum currere sexto Calen. Martias. vt dixi, ergo currit in vigesimoquarto die. si bene computetur, vt supra dixi. Nam secundum Quintum Mutiū, deberemus dicere, quòd curreret in pridie Calend. Martij. quod est contra istum tex. de hoc etiam dicā aliquid cum glo. ¶ In glos. magna prima quæ incipit, notat, quòd annus in principio. Ego legendo præmisi hanc glos. eam declarando, aliàs text. intelligere non potuissetis: & pręmisi etiam vobis glos. in verbo Calen. quæ incipit. & dicitur tunc bisextus, & credo quòd eis bene intellectis litera huius. l. erit vobis satis clara. dic ergo pro declaratiōe huius prin. glo. quòd annus † principaliter olim diuidebatur
3 in. x. tantùm mensibus de quo meminit Ouidius in primo fastorum his versibus.

Tempora digereret cum conditor vrbis, in anno
Constituit menses quinque bis esse suo.
Scilicet arma magis, quàm sydera Romule noras,
Curaque finitimos vincere maior erat.
Est tamen & ratio Cæsar, quæ mouerit illum.
Erroremque suum, quo tueatur habet.
Quod satis est vtero, matris dum prodeat infans,
Hoc anno statuit temporis esse satis.
Per totidem menses à funere coniugis vxor.
Sustinet in vidua tristia signa domo.

Idem in tertio.

Annus erat, decimum cùm luna receperat orbem.
Hic numerus magno tunc in honore fuit,
Seu quia tot digiti, per quod numerare solemus,
Seu quia bis quino fœmina mense parit.
Seu quod ad vsque decem numero crescēte venitur.
Principium spatijs sumitur inde nouis.
Inde patres centum denos secreuit in orbem.
Romulus, hastatos instituitque decem.

diuidebatur annus in his decem mensibus. scilicet. Martio, Aprili, Maio, Iunio, Iulio, Augusto, Septēbri, Octobri, Nouembri, & Decembri: & hæc fuit primo à Romulo, & à Numa Pompilio dinumerata dimēsio. & quatuor ex his tricenos, & singulos. sex verò tricenos tantùm haberent dies. Sed cùm numerus neque solis cursui, neque lunæ rationibus conueniret, nonnunquam vsu eueniebat, vt frigus anni æstiuis mensibus: & contrà. calor brumalibus proueniret, quod vbi contigisset, tantùm dierum sine vllo mensis nomine patiebantur assumi, quantum ad id anni tempus adduceret, quo cæli habitus instanti mensi aptus
4 inueniretur. ¶ Sed † secutus Numa quantum sub cœlo rudi, & sæculo adhuc in polluto, solo ingenio magistro comprehendere potuit, vel quia Græcorum obseruatione forsan) instructus est, quinquaginta dies addidit vt. cccliiij. dies, quibus duodecim lunæ cursus confici credi
5 dit, † annus extenderetur. atq; his quinquaginta.

diebus à se additis, cum primò essent trecenti & quatuor tantum, adiecit alios sex dies, & sic quinquaginta sex dies in duos nouos menses pari ratione diuisit, ac de his duobus priorem Ianuariũ nuncupauit, primumque anni esse voluit, tanquam bicipitis diei mensem respicientem, ac respicientem transacti anni finem, futurique principia. Secundũ dicauit Februo deo, qui lustrationũ potens creditur. lustrari autẽ eo mẽse ciuitatẽ necesse erat, quo statuit, vt busta dijs manib⁹ soluerentur. Deinde ipse Numa paulò post adiecit vnam diem Ianuario in honorem imparis numeri. Ianuarius igitur, Aprilis Iuni⁹. & cęteri omnes tricenis censebantur diebus, sed solus Februarius xx. & octo retinuit dies quasi inferis, & diminutio, & par numerus conueniret. huius ita meminit Ouidius in tertio fastorum.

Primus oliuiferis Romam deductus ab armis,
Pompilius menses sensit abesse duos.
Siue hoc à Samio doctus qui posse renasci,
Nos putat Egeria siue monente sua.
Sed tamen errabant etiam tum tempora, donec.
Cæsaris in multis hæc quoque cura fuit.

¶ Cum ergo Romani ex hac distributione Numæ Pompilij ad lunæ cursum, sicut Græci annũ proprium computarent, necessariò, & intercalarem mensem, constituerant more Græcorum, & isto tempore fortè Cato erat, qui mensem intercalarem esse dicebat, vt hîc in text. in versicu. Cato. Nam & cum græci animaduerterent tenere se trecẽtis quinquaginta quatuor diebus ordinasse annum, quoniam appareret de solis cursu, qui trecentis sexaginta quinque diebus, & quadrante Zodiacum conficit, deesse anno suo. xj. dies, & quadrantẽ, intercalares inuenerunt: ita vt octauo quoque anno nonaginta dies, ex quibus tres menses tricenum dierum composuerũt, intercalarẽt. Quis autem autor primus fuerit diei, vel mensis intercalaris, variè refertur, alij dicunt Numam Pompilium, alij Seruium ¡Tulliũ Regẽ alij magistratuum. x. viros, qui. x. tabulis duas addiderunt, vt habetur institu. de iure naturali gen. & ciuili. §. & non ineleganter, & in. l. ij. §. j. suprà de origine iuris. alij Marcum consulem. alij ab alijs, vt refert dictus Macrobius. ¶ Sed quisquis autor primus fuerit, non multùm curo. Sed post eà. C. Cæsar omnem hanc inconsonantiam temporum, vagam adhuc, & incertam in ordinem statutæ definitionis coëgit, adnitente sibi. M. Flauio Scriba. q scriptos dies singulos, ita, vt ad dictatorem retulit, vt & ordo earum inueniri facilimè posit, & inuentus certus status perseueraret. Ergo Caius Cæsar exordium nouæ ordinationis initurus, dies omnes, qui adhuc confusionem poterant facere, consumpsit, eáque re factum est, vt annus confusionis vltimus in quadringentos. xl. tres dies protenderent: post hæc imitatus Aegiptios solos diuinarum rerum omnium conscios ad numerum solis, qui diebus. ccclxv. & quadrante cursum conficit, animum dirigere contendit. huius quoque meminit Ouidius in tertio fastorum de Cæsare loquens.

Ille moras Solis, quibus in sua signa rediret,
Traditur exactis disposuisse notis.
Is decies senos tercentum, & quinque diebus
Iunxit, & è pleno tempora quarta die.
Hic anni modus in lustrum accedere debet.
Quæ consummatur partibus vna dies.

Nam sicut lunaris annus mẽsis est: quia luna paulò minus, quàm mensem in Zodiaci circuitione consumit. ita Solis annus hoc dierũ numero colligendus est, quem peragit, dum ad id signum se denuo vertit, ex quo digressus est: vnde annus vertens vocatur, & habetur magnus: cum lunæ annus breuis pateret. horum Vergilius vtrũque complexus est.

Intereà magnus sol circumuoluitur annum.
Et adde tu versus.
Serpens annus ego dicor, sol circuit in quo.
Qui fluxit pridem, status est nunc temporis idem.
Et Vergil. in Georgicis
Atque in se sua per vestigia voluitur annus.

Et adde quòd annus quandoque accipitur pro septimana. xxxj. distinctio. tenere debet ecclesia. & in glos. in verb. anno. & secundum Flori. in. l. Ita vulneratus. suprà ad. l. Aquiliam. Et dicitur annus, quasi aureus annulus secundum Seruium in libro primo Aeneid. ibi.

Triginta magnos voluendis mensibus orbes.

Allegat illud, vel aliter, vt ibi per eum. Iulius igitur Caius decẽ dies obseruationi veteri Numæ Pompilij superadiecit, vt annum. trecentos sexagintaquinque dies. quibus, Sol lustrat Zodiacum efficeret: & ne quadrans deesset, statuit, vt quartò quoque anno sacerdotes, qui curabant de mẽsibus, ac diebus, vnum intercalarent diem. eo. scilicet mense, ac loco, quo etiam apud veteres intercalabant, scilicet ante quinque vltimos dies Februarij idest post. xxiiij. & sic ante. xxv. eumque Bisextum censuit nominandum. dies autem decem, quos ab eo additos diximus, hac ordinatione distribuit in Ianuario, & Sextili, & Decembri, binos dies inseruit, Aprili autem Iunio, Septembri, & Nouembri, singulos. Sed neque mẽsi Februario addidit diem, ne Deorum inferorum religio mutaret, at Marti⁹, & Maius, quintilis. i. Iulius et October seruãt pristinũ statũ, ꝗ satis pleno erãt nu. i. dierũ singulorum, tricenorũq;: hęc sunt

verba

verba Macrobij in dicto suo libro. quæ hinc inde recollegi inquãtum facit ad materiam istam. plurima in hoc ipse dicit, & circa Nonas, Idus, & Calen. quas breuitatis causa omitto, & dicam tantũ vobis versus quosdam vulgares.

Prima dies mensis Romanis esto Calendæ.
Sex Maius, Nonas, October, Iulius, & Mars
Quatuor: at reliqui, tenet Idus quilibet octo.

De hoc etiam Ouidius.

Vendicat Ausonius Iunonis cura Calendas.
Idibus alba Ioui, grandior agna cadit.
Nonarum tutela Deo caret, omnibus istis.
(Ne fallare caue) proximus alter erit.

Et ex his patet cùm dies intercalaris non fuerit inuentus nisi à Caio Cæsare, & ante ipsum erant menses intercalares, ꝙ Cato hîc in versic. Cato tẽpore suo bene loquebatur, sed hodie secus est. ¶ Patet etiam ex prædictis, ꝙ Quintus Mutius malè loquitur, dum dicit, quòd dies intercalaris attribuebatur extremo. id est vltimo diei mensis Februarij. Nam hoc erat solũ cõstitutũ apud veteres Græcos, sed apud Romanos etiam veteres addebatur post. xxiij. diem Februarij. vt supra dixi. ¶ In ea. glo. ibi durabat per octo dies, dic, quibus octo diebus currebant Idus. & in hoc erat cõformitas inter omnes menses, vt dicit glos. quia omnis mensis habet octo tantũ Idus, in quibus feriæ fiebant. ¶ In ea gl. ibi, vel à καλῶ. græcè, quod latinè dicit̃ voco. dic, hanc tenet Macrobius. ¶ In ea. gl. ibi quartò Nonas, ibi, vsq; ad quatuor dies. dic ista sic debent coniungi. ¶ In ea glo. ibi, die autem Nonarum, siue Nundinarum, dicebant Nonas, quasi diceret modò incohantur nundinę. dic
3 ꝙ ista gl. nõ videt̃ † bene dicere. Nã si in Nonis, sequeret̃, ꝙ nũdinæ durarẽt ꝑ nouẽ dies, cũ durẽt post Nonas ꝑ octo dies, quib⁹ Idus currũt. ¶ Pręterea hoc apparet manifestè. Nã si mensis habet quatuor Nonas in. ij. die mẽsis dicit̃ quartò Nonas. id est quatuor dies sunt ante, quã veniãt nũdinæ, si ergo inciperet in Nonis, nõ essent nisi tres. præterea post Nonas dicitur octauo Idus in quolibet mense, & post Nonas dicitur in prima die octauo Idus. id est adhuc per octo dies durant feriæ. ergo si iam fuissent incohatæ in Nonis, essent modò nouem. vna dies in Nonis iam præterita, & octo qui sequerentur, quod videt̃ falsum. ¶ In ea gl. ibi. Nã Idus idem est quod diuisio. dic, hanc approbat Macrobius dicens, ꝙ Idus vocamus diẽ qui diuidit mẽsem. Iduare enim Hetrusca lingua diuidere est, vnde dicitur vidua, quasi à re idua. i. valde diuisa secundum eum. ¶ Tamen ego puto, ꝙ Macrobius non bene loquatur, inquantũ dicit de vidua: quia non minus credo Iaboleno iure cõsulto quã sibi. Dicit enim Iabolonus in. l. malũ. §. viduã. ff. eo. quasi vidua dicitur etiam illa, quæ nũquã fuit coniuncta, & per consequens nec diuisa, & dicitur vidua, vt ipse inquit, quasi vecors vesana, quasi sine corde, aut sanitate esset, similiter & vidua dicitur, sine viduitate. ¶ In glo. ij. in verbo cũ bisextus in prin. ibi quinque partes. dic prima durat vsq; ad vers. ideoq; ibi. secũda vsq; ad versi. Cato. ibi. iij. vsq; ad vers. sermo. ibi. quarta vsq; ad mẽsis. ibi. versi. v. & vltima vsq; in fi. Ego autẽ nõ feci, nisi partes principales, quia vers. ideoq; ponit exẽplũ principij. ¶ In ea gl. ibi sed quomodo pro Calend. bisextus &c. oppono. in gl. dicitur hîc in prin. & bisextus venit. Calẽ. &. ff. ibi sexto Calen. & in versi. ideoq; ibi sexto Calẽd. dicitur, ꝙ contrariũ. s. ꝙ sexto Calen. ergo tex. est sibi ipsi cõtrarius: propter hoc glos. dicit, ꝙ hîc in princ. debet intelligi Calẽ. i. in ea parte mensis, quæ sequitur Calẽ. quia bisextus currit co tẽpore, quo currũt Calendæ, vel dicit glo. dicitur Calen. bisextus i. cõputatur in prin. mensis. s. ad hoc ne dicatur ille mensis, in quo est, & sic Februariũ habere vnã diem plus, quia in principio cuiuslibet mensis dicitur, quot dies sit mensis habiturus. ¶ In glos. in verbo sexto. quę incipit, die, ibi, vt tamẽ ante inclusiuè &c. Not. ꝙ hîc dictio ante, ponitur exclusiuè, vt. l. àniculus. la prima. §. j. e. & ibi latè dicam de dictione ante. ¶ In ea glo. ibi fi. dic. vtraque expositio est bona. ¶ In gloss. intercalatur in principio opponitur. de lege secũda. in fin. suprà de diuersis & temporis præscriptio. vbi dies intercalaris, id est bisextilis non reijcitur, imò si sit † data dilatio triginta dierum, dies bisextilis non includetur, vt ibi Solu. secundum Bartolum. hîc
7
& bene. quandoque tẽpus apponitur per numerationem dierum. vt triginta dies. & tunc intercalaris dies est dies de per se, qui non connumeratur, quandoque tempus apponitur per computationem mensis, & anni. & tunc dies intercalaris non auget mensem, vel annum. ita loquitur contrarium. & ita tenet glos. secundum Hugol. quam Bartol. ibi dicit, quòd omnes sequuntur in dicta. l. secunda. §. finali. suprà de diuersis & temporis præscriptio. ¶ Quærit hîc Bartolus. iudex
8 dat terminum vnius mensis putà, ad † probandum de quot diebus intelligatur mensis? & videtur, ꝙ de viginti nouẽ. vt in dicta. l. secunda. In contrarium quòd de triginta. vt. l. miles. §. sexaginta. suprà de adulterijs: & l. ædiles autẽ. in principio. suprà de ædilitio edicto. & l. scrinium. §. si autem dubius. coniuncto. §. in hac. C. de iure delibe. & in. l. secũda circa principum. & ibi Bart. in fi. C. de tempo. appella. Item videtur, ꝙ imò sit xxx. cũ dimidio, vt. l. vbi lex. ff. ti. proximo. Itẽ videtur, ꝙ etiã sit mensis. xxv. dierũ. vt. l. lecta. ff. si cer.

petatur. ¶ Sed dic breuiter, aut de fauore tractatur, & ita loquitur.l.vbi lex.& ibi hoc voluit glos.dum dixit de benignitate. aut tractatur de odio. Et tunc aut mensis est declaratus, & illud seruatur.ita intelligitur dicta.l lecta. aut non est declaratus,& tunc semper debet intelligi dilatio xxx.dierum.de hoc tamen dic,vt latius per Flor. in.l.ita vulneratus.suprà ad.l. Aquil. vbi omnino vide per eum,quæ omnia intellige,vt statim dicam. Sed Ioannes Andreas format istam quæstionē.in.c.quā sit periculosum.de electione in sexto. Et determinat, quòd debet intelligi secundum quòd mensis currit,vt modò sumus nos in mense Maij,qui habet triginta vnum diem,& Iunius habet triginta.modò si in vigesimatertia die mensis Maij datur dilatio mensis: tunc hodie incipit terminus,qui in vigesimatertia die Iunij perficitur,& sic ipse mēsis perfectus est,& hoc verū,nisi aliud exprimatur,vt dixi secundum.l.lecta.& ita tenet Barto.in dicta.l.secunda.Et secundum istā distinctionem potest intelligi dicta.l. vbi lex. ita dicit Barto.hîc.Sed certè quantum ad.l.vbi lex. hoc non videtur verum:quia nō reperitur,quòd aliquis mensis habeat triginta dies,cum dimidio. nisi dicas, vel quòd ibi est fauor, vt suprà dixi, vel dicas,quòd ibi intelligitur mensis solùm de triginta diebus. vnde qui est in. lxj. compleuit duos menses, qui habēt triginta dies tantùm. & fortè erat dilatio duorum mensium:vbi exigebatur fauor.aliâs non video,quomodo secundum distinctionem Barto.poßit procedere: quia nullus mensis habet triginta dies cum dimidio.vel licet habeat triginta,tamen non reperiuntur duo menses succeßiui,qui habeant triginta.vnde si loqueremur de duobus mensibus succeßiuis secundum distinctionem Barto. deberemus dicere, quòd si illi menses haberent, vnus triginta, alius triginta vnum,quòd simul ipsis iunctis explerēt. lxij.dies,vel si ambo haberent xxxj.tunc in.lxiij. tamen complerentur duo menses:& sic non video qualiter isto modo posset procedere dicta.l. vbi lex. Tene ergo id, quod supra dixi scilicet, quòd ibi fauor hoc exigebat.Circa hanc tamen. q.vide omnino Bal.in.l.eos. §.sinautem.C.de appellatio.circa fin.vbi notabiliter loquitur,& vide eundem omnino.in capitulo primo.in principio in titulo.quo tempore miles in principio. in vsibus feudorum.¶ In glos.in verbo. Cato.in principio.dixit hîc glos.quòd Cato,& Quintus dixerunt duo stulta.Cato dixit malè inquātum vult, quòd sit dare mensem intercalarem.Sed de hoc dic,vt dixi suprà. in prima glos. videlicet, quòd Cato loquebatur secundum computationem Græcorum,& veterum Romanorum ante Caium Cæsarem.¶ Item Quintus dixit aliud stultum,scilicet quòd bisextilis dies attribuatur vltimo diei mēsis Februarij.Sed dic, vt supra dixi in prima glo.quòd ipse forte loquebatur secundum antiqua tempora.sed hodie secus est,vt hîc dicitur,& apparet hîc in princi. textus,& dixi suprà. in glo.fi.ibi respondeo:quia minor erat. Tu dic, quòd ista est satis bona ratio.Sed dubiū est quare non habet triginta,vel triginta vnum. sicut alij. dic, vt dixi suprà in prima glos. ¶ In ea glos.ibi vltimo nota,quòd bisextus dictus est &c.Tu dic, hæc prima vera.videlicet,quòd bisextus dicatur quia bisexto Calend.dicimus. quando currit bisextus:quia illi duo dies pro vno computantur.
9 vt hîc est text.in principio.Et ideo † debet scribi secundum Gasparinū per duplex.ss. & per.x.ab bis,& sextus,tamen vt ipse dicit in quibusdam codicibus antiquitus reperitur per simplex.s. ¶ In ea glos.ibi vel verius.dic,imò prima melior iudicio meo,vt dixi.Et hanc glos.vsque in finem.lege per te:quia est clara:& termini,qui in ea ponuntur,non multum spectant ad nos,& sic ex his est expedita breuiter hæc.l.cū bisextus. Barptholomæus Cæpola.

SVMMA.

1 *Notio est nomen generalius,hoc est pluribus conuenit,quàm cognitio,& iurisditio.nam non sequitur vt notionem habens, ille iurisditionem quoque habeat,sed contrà. Arbitri enim notionem habent, iurisditionem nequaquam.vt nu. 2.*

3 *Ex arbitri sententia nullam actionem oriri cōsentit. sunt qui repugnant,& oritur(inquiunt) actio in factum.metu autem pœnæ paretur arbitris.*

LEX XCIX.

NOTIONEM. Qui habet notionem: dicitur habere,& cognitionem, & etiam iurisditionem.hoc dicit. Nota summarium: & sic not.
1 quòd verbum † notionis, vt pote generalius,ad plures extenditur, quàm verbum iurisditio.vt hîc:&.l.ait prætor in principio cum glos.secunda.suprà de re iudi.& ibi omnino vide Barto.¶ In glos.prima.magna ibi,id est iurisditionem delegatam.ista glos.vult hîc in principio.quòd iudex delegatus habeat iurisditionem delegatam. glos. infrà incontinenti opponit ad seipsam de.l.j.§.fi. suprà de officio eius,cui man. est iuri. vbi probatur,quòd iudex delegatus nullam habeat iurisditionē:quia dicit ibi tex.ꝙ nihil proprium

proprium habet j. glo. soluit, quòd illud debet intelligi, quoad hoc: quia potest reuocari, non autem quoad hoc, vt non habeant iurisditionem sed ista solutio non est bona: quia ibi dicit text. nihil proprium, vt sic omne dicit, ergo. nihil excludit. l. procuratorem. C. mandati. ¶ Ideo secundò glos. soluit, quòd ibi loquatur de iurisditione ordinaria: sed hîc de delegata. sed huic solutioni obstat etiam dicta. l. à procuratore. ¶ Ideo tertiò dicit glos. quòd contrarium loquitur in iurisditione ordinaria, & etiam delegata, quam non habet iudex delegatus: hîc autem loquitur de cognitione, quam habent arbitri compromissarij: Ex qua
2 not. quòd arbitri nullam † penitus habēt iurisditionem, siue ordinariam, siue delegatā licet debeant procedere instar iudicis. l. ij. ff. de recep. arbitris: & ratio est, quæ ponitur in. l. priuatorum. C. de iurisditione omnium iudi. Sed tunc iterum glos. principaliter opponit ad se ipsam. Nam in principio ipsius dixit, quòd debemus in hoc principio. l. ponere casum, quòd quis fuit condemnatus soluere, ab eo qui habet notionem, & sic per consequens ab eo, qui habet etiam cognitionem, & sic loquitur in arbitrio secundum istam vltimam expositionem. ¶ Sed tunc glos. opponit: quia ex hoc sequeretur, quòd arbiter posset cogere partem ad soluendum, quod est falsum: quia ex eius sententia non oritur actio. vt. l. j. C. eodē. ¶ Vnde pro solutione dicit glos. quòd licet de isto iure veteri digestorum non oriretur actio, tamen hodie oritur secundum. l. penul. C. de recep. arbitris. & ad illam. l. se retulit hîc Vlpianus iure consultus. Sed certè istud videtur mihi magna diuinatio. ¶ Possumus fortè dicere, quòd non sequitur, non oritur actio ex arbitri sententia, ergo non potest condemnare: vnde ego dico, quòd nō obstat dicta. l. j. C. de recep. arbitris: quia poterit
3 condemnare † non tamen orietur actio. de isto iure digestorum, sed metu pœnæ &c. vt dicta. l. j. ¶ Adde tamen omnino ad declarationem huius glos. quod not. Barto. in dicta. l. ait prætor in principio. suprà de re iudi. Barptholomæus Cæpola.

SVMMAE.

Italia vnica prouincia est, tametsi multos ducatus contineat. & Gallia eodem modo.

2 *Sicilia num sit pars Italiæ. remisiuè.*

S. CONTINENTES. Illæ prouinciæ dicuntur continentes, quæ sunt contiguæ & coniunctæ, & proximæ Italiæ. h. d. facit. l. vt Alphen⁹. & l. ij. in principio. suprà eo. & l. ædificia. in principio. & l. qu 1
1 in continentibus. infrà eod. Nota, quòd † Italia dicitur vna prouincia. Et quòd Italia sit prouincia videtur esse tex. in. l. etiā. §. fi. ff. de manu. vindict. & est glo. in. l. relegatorum. §. vbi totum. ff. de interdictis, & relega. & probatur in. l. relegatorum. §. interdicere. versicu. siquis eam, & ibi hoc dicit Barto. in fi. suprà de interdict. & relega. & in. l. superuacuam. C. de temporis in integrum resti. ibi & in Italia, & in alijs prouincijs. &c. ¶ Sed in contrarium quòd Italia etiam de isto iure non dicatur prouincia, in. l. in lege censoria. circa principium. ibi siue, in prouincia, siue in Italia infrà. eodem. & in. l. j. versi. siquis ergo. ff. nil nouari appellatione pendente. ¶ Nota, quòd vna prouincia dicitur esse Italia, & Gallia, & Sicilia sunt aliæ
2 prouinciæ continentes tamen. ¶ An Sicilia † sit pars Italiæ. iste text. sentit. quòd non. dum dicit, quòd est diuisa modico freto ab Italia: de quo vide glos. in. l. j. in principio. ff. de officio perfecti vrbis: & text. in. l. forma in principio. ff. de censibus: & per Albe. de Rosate in suo Alphabeto primò. in verbo Italia. ¶ Ex quo dicit hîc Bar. ꝙ hîc. tex. est contra id, quod solet dici in istis partibus. Ego sum de prouincia Ducatus, & de prouincia Marchiæ: quia solū illa prouincia est, quæ est separata ab Italia, vt hîc, & videtur esse de hoc glos. not. in. l. oues. in fine. suprà de abigeis. & est glos. instit. de acquirend. re. do. §. per traditionem. in verbo, in prouincijs. Sed glos. in. l. fi. in verbo prouinciā. C. de præscriptione longi temporis. dicit, quòd hodie omnis ciuitas habetur loco prouinciæ. de quo dic, vt ibi per Cynum. & Floria. & per Bartolum. in authen. qui sint rebelles. in verbo Lombardiæ.

SVMMA.

1 *Testes sunt instrumenta, & æquale tempus ad probandum vtrisque exigente negotio conceditur.*

2 *Homo liber, & homo maior, testimonium ferre possunt de ijs, quæ viderunt, ille in seruitute, si seruus fuerit, hîc in infantia, seu pupillari ætate.*

3 *Cæcus, & Papa testes legitimi sunt, de ijs, quæ viderunt, ille antequam cæcus, hîc antequam Papa esset. hoc an sit simpliciter verum, quæstio est.*

S. INSTRVMENTORVM.
1 Appellatione instrumētorum † etiā testes continentur. hoc dixit. vel sic, & latius. Dilatio, quę debet dari pro instrumentis, debet etiam dari pro teste & pro

omni persona, quæ instruere posit personam in iudicio præsentem.hoc dicit.¶ In text.ibi quæ enim subaudi ea.& dic ea enim,quæ propriè &c. & sic propriè,& bene stabit litera:licet glos.aliter dicat.¶ Nota textum.ibi licet† in seruitute &c.
1 quòd hic est casus,quòd liber homo potest testimonium ferre de eo,quod vidit in seruitute. de quo dic,vt in glos.& ibi dicam.in glo.in verbo se parare.ibi isti ergo. qui ex interpretatione Not. ex glos.quòd testes appellatione instrumentorũ continentur ex interpretatione.Sed hoc non pla
2 cet Barto.† hîc:quia interpretatio ista assumitur ex allusione vocabuli, quia instrumentum est, quod instruit causam,vt.l.j.de fide instrumentorum.& sic testes instruunt, vt hîc,& fortè secundum hoc dicit hîc Barto.quòd glos.non bene diceret.Sed glos.ista respexit communem vsum loquendi secundum quem allusio vocabuli non habet locum,nec habet locum tũc, quando diffinitioni non competit,vt not.Barto.in.l.omnes populi.de iusti.& iure.& not.in.l.j.in principio.ff.de acquiren. possess. & in.l.j.ff. de testamentis. istud autem quod dicit Bart.de communi vsu loquẽdi,dico esse intelligendum,secundum quod dixi latè.in.l.intestatus.ad finem.supr à eodem. ¶ In glos.quæ incipit.planius diceret.ibi vltimo verò argumẽtum vel expressum.ibi,& de pupillo not. suprà.Nota ex text.& glos.quòd seruus factus liber,potest ferre testimonium de eo, quod vidit in seruitute,& pupillus,& sic minor factus maior,de eo,quod vidit in minori ætate,& hoc glo. optimè dicit secundum Barto. hîc.similem glos. habes in.l.iij.§.lege Iulia.suprà de testibus, & ibi vide Barto.& Flo.& glos.in.l.ad testamentum.§. j.& ibi doc.suprà de testamentis,& similem glos. xxxiiij.dist.relatum in verbo pueritiam.& idem tenet Barto.in.l.qui Romæ.§.duo fratres in tertia quæstione ad fin.suprà de verborum obligationibus.Et quod dixi secundum glos. de pupillo, intelligit hîc Barto. verum esse, si ipse erat proximus pubertati, quia aliquid potuit concipere,& intelligere:vt.l.excipiuntur.§. primo suprà ad Syllanianum. facit quod plenè not. per doc.in.l.prima in prin.s.de verbo.oblig.& de ista q.an pubes posit testificari de eo, quod vidit in pupillari ætate,vide per Cardi.Zab.in.c.fi.de sententia excom.vide omnino plenè per Raph. in consilio.cclxxxiij.& vide plenissimè per Io.And. in addi.Specu.tit.de teste.§.j.in additione quę incipit,ad declarationẽ,qui indistinctè admittit puberem factum ad testimonium eorum,quę vidit pupillus,etiã si fuerit tunc infans,dummodo sit tale factum,quod tunc etiam infans potuerit percipere,aliàs secus:& vide etiamin Specu.de teste, §.opponitur.versiculo sed nũquid factus pubes, & quod not.xxx.q.vij.relatum.& per Ioan.And. in.c.ex parte el primo.de corpori. vitiatis. & per Io.& glos.iij.q.ix.testes.& per glo.in.c.cum de vobis.de,præscriptio.quæ sentit, ꝙ nõ posit,& ibi per do.Ant.de But.in fi.Item ad id quod dixi,an seruus factus posit testificari de eo,quod vidit in seruitute,vide etiam in Specu.de teste. §.j.versic.
3 sed nunquid factus.Sed an cæcus† posit testificari de eo,quod vidit antequàm esset cæcus? vide Bar.in.l.ad testium in fi.principij. suprà de testi. sed quæro quid in Papa?an.c.cum à nobis de testibus.disponens,quòd solus Papa est idoneus testis,habeat locum in his, quæ Papa viderit ante promotionem ad Papatum,sicut dicitur hîc de seruo,& pupillo?dicas,quòd sic,de quo sunt duæ glossæ notabiles.vna in.c.j.de renuntio. in sexto. alia in.c.ad apostolicæ de re iudi.in.vj.& hoc tenet Lodo.de Roma.in.cxxv.singulari.quod incipit,Sanctissimus pater Eugenius.vbi dicit, quòd Papa Eugenius,dum esset in minoribus constitutus,& etiam posteà Cardinalis vidit, quòd quædam resignatio beneficij fuit facta metu per Papam Martinum,& Papa Eugenius volebat fauere metum passo,& consuluit quatuor auditores, inter quos fuit do. Lodo. de Roma. an.c.cum à nobis de testibus habeat locum,quando Papa vidit ante Papatum?& istas duas glos.allegat domi. Lodo.& ita fuit iudicatum,quod nota perpetuò.

SVMMA.

1 *Filius & filia cum non differant nobilitate, succedendi iure differre non debent.qui autem dicuntur clarißimi vide hîc Alciatum.*

LEX C.

SPECIOSAS.Ille dicũtur speciosæ personæ,quæ sunt clarissimę & quæ vtuntur ornamentis, & insignibus senatorijs, siue sint masculi:sine fœminæ. hoc dicit. Barptholomæus Cepo.Veronẽ. ¶ Hinc ergo videtur annotandum,quatenus agitur de nobilitate,nullum discrimẽ esse inter masculum & fœminam.Sed perinde nobilis, clarissimaq; filia,cuius pater est nobilis,vel clarissimus, dicitur,atque filius.vnde si nobilitas, aut claritudo res est preciosissima,tantamque filia, quãtam filius ex patre consequitur,an nõ æquum est,iurique consonum,vt frater & soror pro virilibus partibus eidem patri succedant,in id, quod non æquè nobile,clarúmve,atque hoc est?cum nihil

patrem

patrem filia, sed solum natura, quæ non masculum generauerit, deliquit. arg. l. maximum vitiũ. C. de liber. preter. vel exhere. viderint itaque municipalium legum conditores, an non & in ipsam naturam, nedum in Iustinianum peccent. si ab intestato non ex æquo filiam admittunt cum filio. Neque hîc considerandam existimo quandam familiæ, vel cognominis perpetuã, scilicet memoriam per masculos conseruari. Nam præstaret interdum non conseruari, sed omnino aboleri, delerique funditus. Sed hęc alio in loco disputabimus. Hector Forestus Vasionensis.

SVMMAE.

1 *Stupri & adulterij differentia. Item inter quos diuortium & repudium fiat.*

2 *Adulterij pœnam nullam esse de iure digestorum.*

LEX CI.

INTER STVPRVM. Adulterium est illud, quod comittitur in nuptam. Stuprum in viduã, licet lex quandoque assumat vnũ pro alio. Et diuortium fit propriè inter virum, & vxorem. Repudium verò fit inter sponsos, licet quandoque lex capiat vnum pro alio. hoc dicit. vsque ad. §. verum est. ¶ Nota dif-
1 ferentiã † inter adulterium, & stuprum. ¶ Secundò, nota differentiam inter diuortium, & repudium, quod satis posset facere pro statutis: vbi hodie ęquiparatur diuortio separatio thori, vt not. in. l. consensu. C. de repudi. ¶ Adde tamen, quòd aliud est adulterium, aliud stuprum, aliud fornicatio, aliud raptus, aliud incestus. c. cum ergo. xxxvj. q. j. ¶ In glos. in verbo viduam. ibi. l. quãuis, la secũda, in fi. & authen. ibi posita. Not. quę
2 sit pœna † adulterij. Et bene aduertas ad glos. quia non allegat aliquem tex. de iure digestorum. & quasi vbique semper allegat istam. l. quamuis. cum authen. Et quidam moderni dicunt, quòd non reperitur de iure digestorũ, quę pœna imponatur pro adulterio. Cogita tu. si scias. reperire. ¶ In ea. glos. ibi nisi sit meretrix. Not. quòd habens rem cum meretrice vidua non committit stuprum, & quomodo posit cognosci meretrix. vide text. in. l. palàm, in principio. ff. de ritu nupt. quod non est in nupta. Nam licet nupta sit meretrix, tamen habens rem cum ea committit adulterium. vt dicit glos. notab. in. l. si ea, quæ. C. ad legem Iuliã de adulterijs. Barptholomeus Cæpola Veronensis.

SVMMA.

1 *Morbi & vitij differentia, vt ille temporalis. hoc perpetuum fiat. ille curabilis, hoc contrà. perturbatur vero differentia.*

2 *Nomen seruus etiam ad ancillas pertinet, maximè in legatis. vnde in eo masculinum concipit fœmininum.*

S. VERVM EST. Morbus dicitur impedimentũ temporale corporis: Vitium verò perpetuum & legatis seruis veniunt ancillæ. h. d.
1 vsque in fi. ¶ Nota † quando dicatur vitium: & quando morbus, de quo dic, vt dicam cum glos. ¶ Nota in. §. fi. ibi quasi commune. quòd mascu-
2 linum † genus dicitur quasi commune ad fœmininum. ergo non mirum si fœmininum sub eo comprehenditur, sed non econtrario masculinũ cõprehenditur sub fœminino. Exẽplũ enim pessimũ est, vt masculus sub fœmina contineatur. l. si ita scriptum in princ. supra de leg. ij. de quo dic, vt per Barto. & ibi dixi, & dedi remissiones in. l. j. supra eod. ¶ In glos. ibi sed Sabinus etiam perpetuò. dic tu pro declaratione glos. quòd morbus aliter diffinitur, vt est text. in. l. j. §. sed sciendum. de ædi. edicto hîc allegata, vbi apparet, quòd morbus est potius defectus, & impedimentum corporis: vitium propriè est animi. vt. l. ob quæ vitia. §. idẽ Pomponius supra de ædi. edicto. Edicta tamẽ ædilium causa tollendæ dubitationis voluerunt, vt quicquid esset vitium, posit dici morbus. & econtrario. quicquid est morbus posit dici vitiũ, vt dicto. §. sed sciendum. vt dixi in actione redibitoria, in versicul. dixi morbosa, vel vitiosa: & hoc intellige quantum ad materiam ædilitij edicti, & ita dictus. §. sed sciendum. quo ad alia autem distingue vt hîc in tex. Et isto modo intelligo istam glos. hîc Barptholomæus Cæpola.

SVMMA.

1 *Abrogatio totius est, derogatio partis. vnde lex noua veterem abrogat, aut veteri derogat. hoc quidem secundum quid est, illud simpliciter.*

LEX CII.

DEROGATVR. Derogari legi, est in parte. † abrogari est in
1 totum. hoc dicit. & quòd derogare sit in parte. tenet Archyd. per hanc. l. in capitulo primo. in verbo derogare. de constitu. libro sexto. & vide

omnino Archid.iiij.distin.in istis.§.leges vbi ponit differēiam inter rogare:abrogare:subrogare &c.& ponit etiam .j.distin.Consuetudo.

SVMMAE.

1 *Capitalis pœna quæ sit.hanc vero lēgem Alciatus restituit,vt hîc per illū.Vita enim est quæ adimitur,non mors.est igitur capitalis pœna, cum caput adimitur, vel ciuitas.*

2 *Capitalis pœna & capitis pœna differunt.*

LEX CIII.

1 LICET CAPITALIS. Hoc nomen † Capitalis,stricto modo accipitur pro amissione mortis vel ciuitatis.Sed largo modo etiā capitur pro omni causa,quæ existimationem hominis minuat.hoc dicit.in terminis. ¶ In tex.ibi latinè loquentibus potest exponi.id est largo modo. ¶ In fine text.ibi intellige.subaudi strictè.Et sic not.quòd quando lex loquitur per verbum capitali pœna,potest intelligi etiam de pœna,quæ non inferat mortem.vide omnino plenè per Io.de Ana.in.c.qualiter,& quādo.ij. extra de accusatio.Et ita intelligatur ista.l.in fin.de quo est gl.fi.in.l.siquis nō dicā rapere.& ibi Cy.in.vij.oppo.& doc.C.de episcopis,& cleri.& est glos.in.l.vnica.C.ne.Christianum mancipiū.Sed si lex loqueretur per hoc verbum † pœna capitis, tunc intelligiṫ de decapitatione naturali,& sic de vera morte,vt est text.in.l.raptores.C.de episcopis, & cle.& in.l.tertia.§.finali.supra ad.l. Cornel.de sic.& in.l.j.in fine,& in.l.saccularij.§.primo.in fine. suprà de extraordi.crimini.& de hoc vide latius per Ioan.Andræam in.c.quanto.de iureiuran.& not. Moderni in.l.ij.supra de publi.iud.Credo tamen quòd statutum loquēs de pœna capitali intelligatur de pœna mortis ciuilis, vel naturalis per istum textum supplendo,vt dixi super eo.qui vult,ꝙ strictè capiendo illa pœna dicitur capitalis,quæ inducit,vel mortem naturalem,vel ciuilē s.amissionem ciuitatis. ¶ Sed quid si aliquis venit condemnandus in pecunia:& si nō potest soluere luat in corpus,vt.l.quicunque.C.de seruis fugitiuis.& in.l.fin.suprà de in ius vocan.vel hoc fit ex forma statuti, an ista pœna dicatur capitalis? vide per Bartolum. in.l.ij.ff.de publicis. iudi. & per Dy.& Baldum in.l. si quando.§.primo. de lega.primo.& vide,quæ scripsi in.l.cum autem. §.excipitur,el primo.de ędi.edicto.lex Natorum breuis est.ideo illam omitto.

SVMMA.

1 *Libertus mei liberti nō est libertus meus:sicut socius mei socij meus socius non est.*

LEX CV.

HIS VERIS. (Aliâs incipit Modestinus)Legatum relictum libertis, & libertabus non debetur libertis libertorum.hoc dicit. Nota, quòd
1 appellatione † liberti non venit libertus liberti mei.Concordat.l.siquis à liberis.§.fin.supra de libe.agno. ¶ Item socius mei socij meus socius non est,vt est text.in.l.nam & socij.ff.pro socio.& in.l.consilij non fraudulenti.§.fina.socij.infrà de regul.iuris & vide omnio glos.lxxxj.dist.legitur.in verbo sorores. facit text. & quod ibi not.in.l.licet inter gesta.§.primo. suprà eo.Adde,quòd aliquādo appellatione liberti mei veniunt etiā liberti legatarij mei ex persona mei testatoris ex tacita voluntate mea.vt est tex.cum glos.j.in.l.ij.& ibi Bar.suprà de alimen.& ciba.lega.& est casus apertus in.l.semper acceptum est, in fin.tit.infrà eo.& vide, quod ibi dicam.Sed an homo hominis mei sit homo meus?dic,vt in Specu.de feudis.§.quoniam.versicu.xiiij.& per Rofre.in libellis parte octaua sub rubrica.de originarijs colonis,& in authē. antiqua.C.de infantibus expositis,& per Iaco.de Alua.in.c.primo.§.fin.in vltima columna.in princ.in titu.de controuersia inuestiturę.sequitur lex Dimissoriæ.

SVMMA.

1 *Apostoli, & literæ dimissoriæ quæ sint.*

LEX CVI.

DIMISSORIAE. Dimissoriæ literæ dicuntur vulgò apostoli,à mittendo dictæ.h.d.de hoc vide plenè per text. glos.& doc.in.l.prima suprà. de libellis dimiss. ¶ In tex.ibi
1 apostoli. † dic ideo dicunṫ apostoli:quia sicut apostoli missi sunt per mūdum à Christo ad prædicandum Domini dei mandatum. ita istæ literæ iudicis,à quo dimissoriæ dicuntur apostoli : quia mittūtur à iudice,à quo ad iudicem ad quem.per illas significatur & manifestatur animus eius,qui mittit.ita dicit Cy.in.l.præses in prin.C.de appellatio. ¶ In tex.ibi,qui appellatus est , subaudi, qui dicitur.

dicitur iudex ad quem.¶ In glo.prima. ibi notũ sit vobis &c.Nota formam literarum,quas mittit iudex,à quo quando appellatur à sua sententia ad iudicem,ad quem.Idem dicit prima glos.in l.præses.C.de appellatio.& est text.in dicta.l.j. suprà de libellis dimiss.¶ In glos.fin.apostoli quasi missi, dic hoc tractum ab apostolis vt suprà dixi secundum Cy.

SVMMAE.

1 *Aßignare libertum an sit ius quod habet aßignãs in alium trãsferre, an verò solam rei aßignatæ custodiam committere.nu.2.*

3 *Obsignare quid.*

LEX CVII.

ASSIGNARE.Asignatio dicitur esse quædam declaratio.h.d.Concordat institut.de asigna.lib.in principio.& adde ad istum text.l.asignare.ff. de asigna.lib. & vide hanc.l.allegatã per me.suprà in.l.verba contraxerint.Et quid sit asignare vide Bald.in.l.secunda,omne,in secunda columna.C.communia de legatis.Differentia est inter mandatum facias prouideri,& mandatum facias asignari.vide glos.in.c.pro illorum,in verbo inuestiuit, extra de præbendis: & ibi vide Ioan.de Imola.post medium.

QVAERO an istud verbum asigno, sit directũ? dic,quòd sic quia omne verbũ quod includit dispositionem,& executionem dispositionis,quatenus iuris est,est verbum directũ: & sic per consequens est in verbo asigno,vt hîc, & in l.j.ff.de asignan. lib. & in.c.ij.de offic. ordi.in.vj. ita dicit Bald.in.l.fi.C.de sacrosan.eccle.vbi ponit multa verba.quæ sunt,& dicit esse directa.dic vt ibi per eum.Sed dubium est,an verbum, asignare,importet dominij translationem, nec ne: & primò videtur,quòd sic per istum textum.& per textũ in.l.Lucius.ibi asignatus,&c. suprà de euictio.& in.l.Item si verberatum.§.primo.ibi militibus asignatus est.supra de rei vẽdi. & in authẽ. de sancti.episcopis.§.si quis rapuerit in fin. colla nona. Et est text.in.l.raptores. post medium ibi asignantur.C.de episcopis,& cleri.vbi proba-
1 tur, ꝙ asignare est † transferre. etiam solum dominiũ seu proprietatẽ sine vsufructu: & est tex. in authẽ. omnes peregrini post mediũ.ibi asignãdum.C.communia de succes.& in.l.siquis ad declinãdum.post medium.in verbo sinautem. amplioris ibi pecunias asignari.C.de episcopis.& clectri.& est text.in.l.prima ad fin.in verbo asignabuntur.C.de adsertio. tollen.& ita tenet Bald.in l.ordo.in penultima columna. ad fin.C. de exce. rei iudi.versiculo quæro vtrum per verbum, asigno.vbi dicit,quòd per hoc verbũ asigno, intelligitur res adiudicari.allegat Barto.in dicta.l.si cõstante.& Guiliel.in.l.si noxali.§.est autem,& in.l. quis ergo.casus.ff.de peculi. & extra de concess. præben.in.c.proposuit.& vide Bald.in.l.ordo.in penultima columna.in fin.versiculo quæro. vtrũ per verbum asigno.C.de exce.rei iudi. & facit c.per tuas.ibi asignatam terram.extra de donatio.Nam ibi illa terra erat data in feudum,ergo dominium vtile translatum videtur. vt in.c.primo.§.rei autem,in titulo de inuesti.de re aliena. facta.¶ In contrarium, quòd imò verbum asi-
2 gnare denotat † solam custodiam, videtur text. in.l.j.§.penultimo.suprà de ventre in posses. mit. & in.l. cum pater pluribus.suprà de legat. secundo.de quo per Baldum in titulo de pace constantiæ in octaua Charta.quod facit ad.q.quãdo mulieri sunt asignata certa bona mariti vergentis ad inopiã pro dote sua, an tunc videatur translatum dominium.de quo vide latè per Bartolum in.l.si constante in principio in secunda quæstione principali quartæ partis.suprà soluto matrimonio.dic vt ibi.¶ Extra quæro,quid de verbo
3 † obsignare,dic,quòd ponitur pro obligare.text. est cum glo.in.l.fin.§.defensionem.C.de admini. tuto.& est text.cum glos.in.l.semper.§. conditores.ff.de iure immuni.& de isto verbo asignare, per Guiliel.s.de peculio.l.si noxali.§.est autẽ.&.l. siquis ergo.& Bald.in.l.ordo.C.de execu.rei iudi. & vide Inno.in.c. proposuit extra de concesio. præben.& vide omnino Bald.in.l. omne verbũ. C.communia de legatis.& vide Barto.in.l.cùm pater pluribus.de legatis.ij.

QVAERO, vtrum per verbum asigno, videatur res adiudicari.Respondeo quòd sic.ff.de euictio.l.Lucius de isto verbo asigno.not. Guli. de Cunio suprà de peculio.l.si noxali.§. est autẽ, &.l.quis ergo casus.& Barto.ff. soluto matrimonio.l.si constante.& Innocen.de concessio. præben.c. proponunt. ita dicit Bald.in.l.ordo.C. de excu.rei iudi. Barptholomæus Cæpola Veronensis.

SVMMAE.

1 *Debitor in diem est impropriè debitor.vnde non cõtinetur sub statuto loquente de debitore.*

2 *Debitor suspectus de fuga capi potest.*

3 *Debitor ex delicto non est propriè debitor, ergo non gaudet priuilegio debitoris,*

LEX CVIII.

DEBITOR. Ille dicitur debitor propriè, qui inuitus statim potest cogi ad soluendum.h.d. text.cum glos.in prin.¶ In glo. ibi,aliâs largius vt.s.de cōdi.in-
1 debi.l.in diem.ista glo.vult,quòd debitor † in diē dicatur largè debitor:& sic nō propriè:quia propriè dicitur ille,qui potest statim conueniri,vt dixi in summario.¶ Et sic facit ista glos.quòd statutum loquens de debitore,putà,ꝙ possit capi, & incarcerari non vendicet sibi locum in debitore in diē:quia statuta debent intelligi strictè,& propriè.l.iij.§.hæc verba.de nego.gestis cū similibus. & pro hoc facit text.in.l.soluitur.§.si paciscar.s̄. quibus mod.ius vel hypo.sol.&.l.cum soluēdo.s̄. de distrac.pigno.quod ego intelligo verum, nisi
2 debitor esset fugitiuꝰ,vel suspectus † de fuga.quia tunc bene posset capi etiam ante.vt est text. cum glos.not.in.l.quæsitum.suprà de pigno.& hoc tenet Flo.in.l.thesaurus. circa fi.s̄.ad exhibendum. ¶ Extra glo.quæro stat statutum,ꝙ siquis cōmisit tale delictū,debeat sibi amputari talis manus, vel soluat,si vult,centum.Modò vnus commisit illud delictum: posteà emanauit vnū decretum, quòd omnes debitores deberēt habere inducias,
3 nec possent conueniri vsque ad annum † an istud decretum comprehendet prędictum debitorem, vt possit dicere volo soluere cētum potius quàm perdere manum,sed illa centum soluam tibi post annum:quia ego habeo inducias.Et breuiter credo,quòd nō:quia iste est debitor ex delicto,vt dixi,ergo non est propriè debitor,vt probatur in.l. si cui.versiculo sed si ex delicto.ibi creditoris loco accipi.&c.Et ibi hoc dixi in simili, & hoc etiam videtur tenere Lodo.de Roma.in.l.j.s̄.si cer.pet. Quid autē de debitore in actiōe reali:& quid de debitore paruę quantitatis,& similiū.vide omnino quæ scripsi in.l.creditores suprà eodem.Barptholomæus Cæpola.

SVMMAE.

1 *In dubio omnis emptor bonæfidei esse putatur, quia nemo præsumitur delinquere.*

2 *Protestatio quod quis rem non emat in malafide constituit emptorem,licet protestans rem suam esse non affirmet,cōtra pugnat Bar.hic Bar.cōsentit.*

LEX CIX.

BONAE FIDEI.Emens ignorāter rem alienam,vel etiam sciēs, sed putans vendentem habere ius vendendi, dicitur emptor bonæ fidei.
¶ In glos.j.ibi,& hoc semper præsumitur.Not.
1 bene istam glo.ꝙ in dubio † emens etiā rem alienam,videtur cauere ignorāter,& per consequēs dicitur esse bonæ fidei possessor,& siquis vult cōtrariū dicere,debet illud probare.facit etiam pro hoc:quia nemo præsumitur delinquere.l.merito suprà pro socio.& idem tenet glos.institu.de vsucap.in princ.in verbo bona fide.Et idē tenet gl.in c.si diligēti,in verbo,bona fides.extra de præscri. quam glos.omnino vide:quia dicit omnia quæ dicit ista glo.& etiā quædam alia in hac materia. & vide,etiam glos.in verbo bona fide & in verbo, qui ciuilis.in.c.si.extra.e.de præscrip.¶ In glos.in verbo.procuratore.ibi de rei vendi.l.si fundum. Nota.primo bene totam istam glossām.& maximè dum allegat dictā.l.si fundum. vbi videtur probari,ꝙ si vis emere fundum à Sempronio pos
2 sessore,& ego tibi † protestor,ꝙ tu nō emas:quia non est illius,licet non dicam,ꝙ sit meus,si tamē postea probo,ꝙ erat meus:constituo te in mala fide.Et ita tenet ibi Paulus de Castro.Sed Bar.ibi tenet contrarium,ꝙ imò debeo dicere protestando,ꝙ sit meus.aliâs non teneatur sibi credere ille volens emere,vt probatur secundum eum,in dicta.l.si fundum:sed certè illa.l.potius probat contrarium.ibi.ꝙ distrahentis non fuit &c.Et sic nō dicit,ꝙ protestatus fuerit,ꝙ esset suus.Tamē ego credo Bar.bene dicere non per dictam.l.si fundū sed per.l.si maior.C.de rescin.vendi.Nā si hoc esset verum.quod dicit dominus Paulus, sequeretur,quòd quis volens emere semper cogeretur credere denuntianti,etiam extraneo.cū non possit semper constare,an ille fundus sit suus, necne quod est contra text.in glo.dictæ.l.si maior.C.de rescin.vendi.Et ita Flo.cum opinione Bar.quam etiam videtur tenere in dicta.l.si maior. de hoc tamen vide latè per Cy.in dicta.l.fundum.Barptholomæus Cæpola Veronensis.

SVMMA.

1 *Sequester quis dicatur, & quis cogi poßit esse sequester,& de huius materia remißiuè.*

LEX CX.

1 SEQVESTER. Ille apud quem res,de qua est controuersia, deponitur: dicitur † sequester.hoc dicit. & semper allegatur ad hoc.¶ Nota hîc quare dicatur quis sequester. Sed quæro, nunquid iste sequester dicatur officialis? & sic comprehendatur à statuto loquente de officiali?

dic.quòd

dic,quòd glos.videtur sentire,quòd sic.in.l.si fide iussor.§.fina.in verbo apud officium. suprà qui satisdare cogantur.Tu dic quia non est propriè officialis,vt ibi per Angel.¶ Secundò quæro, an quis cogi possit acceptare sequestrum?dic, quod non vt.l. fin.C. de bonis autho.iudi.possi. quod patet:quia ipse tenetur ex quasi contractu,vt hîc in glos.& quis non cogitur contrahere,vel quasi. l.sicut.C.de actionibus, & obligationibus. Et de materia sequestri, vide per glos.& doc.in dicta.l. si fideiussor.§.fina.& per Bartolum & doc.in.l. interesse puto.suprà de acquirenda possessione. & per Cynum in.l j.C.de prohi.seque. pecuniæ, & per Ioannem Andræam in regula locupletari. de regulis iuris in Mercurialibus,& text.& quod ibi not.in.l.si oleum.suprà de dolo malo.& Bart. Angel.& Perusio,& Imolam,& Angel.de Aretio.in.l. Imperatores.§.fin.ff. de appellationib.& text.& Bartol.in.l.litibus.C.de agri.& censi.libro vndecimo.& Bart.in.l. per hanc.C. de erogato. mili.anno.libro duodecimo. & Archydiaconus in capitulo qui res. vndecima quæstione prima. ¶ Tertiò quæro quæ sit differentia inter sequestrum,& interdictum?vide per Albe.de Rosate. in suo primo Alphabeto. in verbo sequestratus. ¶ In glo.secunda ibi,dic depositi sequestraria.dic, hæc vera.

SVMMAE.

1 *Censeo veritatem non fictionem significat. Item censores vnde dicantur,& quibus præerant rebus, & quàmdiuturnum erat officium.*

2 *Hortamur verbum,& decernimus quid significent.*

LEX CXI.

CENSERE. Censeo idem importat, quod cõstituo, vel præcipio.vnde censores dicti sunt.hoc dicit.Adde quę not. suprà in.l.pronunciatum. suprà eodem. Nota ergo quid
1 significet,vel importet† verbum censere.Et adde,quòd importat proprietatem,non fictionem, vt talis censetur mortuus:intelligitur, id est dicitur verè mortuus,non fictè.vt est text.notabilis in capitulo si delegatus. de officio delegati. libro sexto.coniuncta glos.not.in capitulo susceptum. de rescriptis eod.libro.Sed in contrarium ego do casum in capitulo primo.de feudo non habente propriã natu.feudi.ibi.Iuris tamẽ feudi cẽset.&c. de quo dic,vt dixi in capitulo primo.§.finali.de his qui feudum dare.pos.¶ Nota ex tex.ibi senatum aliquid constituisse. quod exponitur id est decreuisse,vel præcepisse. ¶ Nota,quòd Censores dicti sunt à censeo,id est constituo, vel præcipio.de quo dic,vt dicam in glos.¶ In glo. in verbo censores.ibi qui censum colligit &c.not. glos. qui dicatur censor.Et adde,quòd isti censores nõ solùm censui,vel æstimis,seu libris præerant, sed etiam vijs,atque ornamẽtis ciuitatis,& districtus Romæ:& præerant ad restringendos malos mores,& malas expensas communis, & ciuium. Et erant homines magnę authoritatis,& famę,quorum officium erat à principio per quinquennium sed posteà redactum est ad.xviij. menses: & hæc reperi apud quædam antiquorum cõmentaria. Et de his fit mentio in Valerio in titulo de censoria nota.vbi vide aliqua exẽpla circa hoc,& ipso-
2 rum officia.¶ De verbo hortamur† per hoc verbum mandatur iurisditio.vt dicit Ioannes Andræas in capitulo primo de testamen.in nouella. in verbo hortamur.& ibi allegat iura ad hoc.

¶ De verbo censemus.an sit noui iuris inductiuum,vel antiqui declaratiuum.vide glo.in verbo censemus.in cle.prima literis.de probatio.& glos. in cle.prima.§.secus.in verbo censemus. de concessione præbendæ,& ibi Cardi.in quarta columna in principio,& doc. in capitulo decernimus. extra de iudicijs.¶ De verbo decernimus. vide textum & doc.omnes in dicto capitulo decernimus.extra de iudicijs.¶ De verbo statuimus vide Baldum in capitulo primo.in principio in titulo constitu.feud.apud ianuam sancti Petri.Et vide ibi omnino apostillam meam: & vide glos. in capitulo statuimus.de electione libro sexto,vide glos.in cle.literis.de rescriptis.in verbo statuimus.¶ De verbo volumus.vide glos.singularem in clementina prima.de re.permuta. & vide aliã in cle.fin.de officio vicarij,& ibi Cardi.Zab.& vide text.in capitulo quamuis.el primo.de præbendis,libro sexto.& vide glos.in capitu. fin.de verborum significatione libro sexto.vide Fran.Zab. in capitulo ad audientiam el primo.in tertio notabili. extra de rescriptis, & in cle.cum confess. de electione in principio. ¶ De verbo declaramus,quod non inducit nouum ius.glo.in clemẽ. literas.in verbo statuimus.de rescriptis. & idem not.Card.in cle.si Romanus pontifex:de præbendis.habetur in capitulo decernimus de iudicijs.

¶ De verbo respondemus,quod est veteris iuris declaratiuum.glos.notabilis in capitulo fi.de verborum significatione.libro sexto.¶ De verbo difinimus, inducitur nouum ius,vt clementina prima.de sequestra.& ibi hoc not.in principio. Cardi.Zab.secundum Zenzilinum.¶ De verbo ordinamus.idem importat,quod statuimus, & est

noui iuris inductiuum.Card.Zab.in cle.exiui.§. demum.de verborum significatione.¶ De verbo edicimus.dic quòd est noui iuris inductiuum. sicut ista verba hoc edicto,vt clementina prima. & ibi Cardi.in tertia columna.in principio.de rebus ecclesiæ non alie.qui dicit,quòd etiam est declaratiuum iuris antiqui.dic vt ibi. ¶ Decætero est iuris noui inductiuum,secundum glos.in clementina prima.de electione.in verbo decætero, & in.c.primo.in verbo decætero. de postu.prælato. libro sexto.& vtrobique Pau.de Liazarijs, & vide glos.in.c.statutum.in verbo decętero.& glo. in.c. procurator, de electione libro sexto.

SVMMAE.

1 *Litus tantum protenditur, quantum fluctus maris aut fluminum excrescunt.*

2 *Lacus est in quo perpetuò aqua cernitur, publicus vero esse potest & priuatus.*

3 *Mare priuatum esse Venetorum secundum quid nō simpliciter. publicum enim est vt elementum.*

LEX CXII.

LITVS PVBLICVM. Nota hîc diffinitionem litoris,& lac⁹,& quatenus duret litus maris,& lacus.Concordat.l.litus.s̄.eo.Nota textum. ibi eatenus,quatenus &c.hoc
1 ego intelligo verum,† quando isti magni fluctus solent communiter euenire, sed si semel in.xx. annis eueniet,quòd fluctus maris multum excrescerent,& extenderentur longius solito,isto casu non crederem,quòd illucusque duraret litus maris.arg.tex.not.in.l.pretia rerum in fi.& quod ibi
2 not.suprà ad.l Falci.¶ Nota ibi priuatus,† quòd lacus potest esse vnius priuati,vel vnius ciuitatis tantum.vt est lacus noster Gardæ,qui fuit iudicatus per Venetos ꝙ spectaret ad Veronenses, non
3 autem ad Brixienses.Et idē dicas † de mari, quod potest esse priuatum,vt est mare Venetorum,in quo nō possunt nauigare,nisi Veneti,& pro hoc est tex.in.l.si maris.& in.l. præcedenti.in.§.fin.& ibi per glos.suprà de iniurijs.quod bene not.Barptholomæus Cæpola.

SVMMA.

1 *Morbus Sonticus quis, de hoc meminit Tibulus hoc disticho. Parce precor tenero, non illi sontica causa est. Sed nimius luteo corpora tingit amor.*

LEX CXIII.

MORBVS SONTICVS. Morbus † sonticus dici-
1 tur ille, qui nocet cuicunque rei,quam quis agere velit.hoc dicit.Vnde quicūque morbus sit ille,qui habeat impedire aliquem in quacunque re. potest dici morbus sonticus.Barptholomæus Cæpola. ¶ Et talis morbus sonticus excusat citatum à cōtumacia, ita vt in eum,qui tali morbo impeditur, lata sententia sit nulla. Morborum autem multiplices sunt species.omnes verò nōn excusant à contumacia, sed qui duntaxat sonticus est.Not.dictionem cuique,quæ vniuersalis est,oportet enim,vt qui tali morbo vexatur,nihil omnino agere posit, quòd ad rem faciat,ad hoc vt excusetur à contumacia. Hector forestus Vasionensis.

SVMMA.

1 *Si verba propriè intelliguntur, soluendo is dicitur esse, qui habet vnde totum, nedum partem soluat, nec interest an per se, an per fideiussores, nec an rebus an nominibus, quod nota.*

LEX CXIIII.

SOLVENDO.Ista lex est clara.& etiā gl.sua.Et sic not.istum tex.qui limitat omnia iura,quę loquuntur de illo, qui est soluendo
1 † vt intelligatur in totū,non pro parte.Et adde hîc ad glos.l.quandiu,& ibi not.per glo.C.de distra.pigno.Et quod hîc dicitur in fin.glos.de.l. nemo infrà titu.j.dic, quòd glo.nil aliud vult dicere,nisi quòd hęc lex limitatur per illam.videlicet ꝙ illę dicatur esse soluendo,qui est insolidum soluendo per se vel per alium putà,quia alius qui est soluendo, defendit eum,vt dicta.l.nemo.Sequitur.l. quæstio.

SVMMAE.

1 *Fundus & ager quid sint. ego hîc puto fundum corporis, agrum verò superficiei rationem habere. solam enim superficiem colimus, sclaque vtimur.*

2 *Nomen prædium esse commune ad ædificia, tum ad fundos.*

3 *Quæstio sitnè ante, vel post litem contestatam. Item an differat à querimonia.*

4 *Pascua an fundi nomine contineantur. Item fundus vtrunque significat rusticum & vrbanum.*

5 *Possesio est ius quoddam quo ipsa re vtimur. Cicero nonunquam pro ipso prædio possessionem accepit vnde possesiunculam dixit.*

Prædia

6 *Prædia iurisditio non est, & verbum vtor possessionem non detentionem importat.*

7 *Legata domo, an legetur hortus: vel stabulũ contiguũ, & quis nomine domus veniat, remissiuè.*

LEX CXV.

1 QVAESTIO EST. † Fundus dicitur, quicquid solo cohæreat: ager verò est pars ipsius fundi. Item differt possessio ab agro: quia ager significat proprietatem loci: possessio verò significat vsum. Et prædium † est generale quoad possessionem, & agrum: quia vtrunque complectitur. hoc dicit. Adde, quòd differt ager à vinea, vt not. Angel. in. l. cum nemo. in tertia colum. in princip. C. de acquirend. possessio.

QVAERO, an appellatione possessiõis, vel possessionum veniat tam fundus vrbanus, quàm rusticus? vide text. in. l. possessionum. C. cõmunia vtriusq; iud. de hoc tamẽ recurrendũ est ad communem vsum loquendi secundum Cy. in. l. fina. in fi. C. de compen. ¶ Nota primo ibi, † an quęstio dicatur esse ante litem cõtestatam, vel solum post? & quæ sit differentia inter quæstionem, & querimoniam? vide per gloss. notab. in. l. si quis. in verbo quæstio. C. finium regun. & ibi per docto. ¶ Nota in tota ista. l. significationem quatuor vocabulorum, videlicet, fundi, agri, possessionis, & prædij, & quid inter se differant. ¶ Nota ergo, quòd fundus dicitur, quicquid solo cõtinetur, & sic domus, vel ædificium cum solo positum dicitur fundus: & sic omne ædificium appellatur fundus, vt. l. fundi appellatione. in princip. infrà eod. Sed si ista ædificia sunt in ciuitate, vel vrbe, appellantur ædificia vrbana, vel etiam ædes, vt dicta. l. fundi. vel etiam vrbana prædia. vt in toto titu. ff. de serui. vrba. prædi. Si verò in rure sunt ista ædificia, appellantur villæ, rusticæ. vt. d. l. fundi. & sic in effectu, nomẽ fundi est generale, & conplectitᷓ etiã vniuersitatẽ fundorũ, vt est glo. in. l. iubemus nulli. in prin. in verbo fundos. C. de sacrosan. eccl. & est text. & ibi glo. in. l. j. §. de reb. dub. Et quæ sit differentia inter agrum, & insulam. vide per textum, in. l. insula. in fine. suprà de acquirend. rerum domin.
4 Sed an appellatione † fundi veniant pascua, vide textum, & gloss. & quod ibi not. in. l. Seiæ. §. Tyranne. de fundo instructo. Item an appellatione fundi veniat tam rusticus, quàm vrbanus? dicas, quòd sic. de quo tamen dic latius, vt dixi in. l. locus. in sexto notabili. suprà eodem. Nota ibi, ager est species ipsius fundi: nam fundus est genus ipsius agri, quia fundus consistat ex agro, & ædificio, vt dicta. l. fundi. in fine. & dixi suprà. ¶ Vnde locus sine ædificio in rurę dicitur propriè † ager, qui si esset in vrbe area appellaretur, vt dicta. l. fundi. versicul. locus. Et ideo dixit hîc text. ad vsum hominis comparatus. & gloss. hîc & bene subaudit, vt colatur, & seminetur, quia loquitur de loco in rure posito. ¶ Not. in versi. possessio. quòd possessio propriè est vsus ipsius rei, quasi dicat, non autẽ dominium, vel proprietas, quod tamen intellige, vt hîc. in gl. quia non sequitur, habet vsum talis rei, ergo posidet. Sed hoc ideo dicit: quia possessio non potest esse sine vsu. Ager verò significat solùm proprietatem, seu dominium tantùm. ¶ Not. ꝙ possessio, aliquãdo capitur pro proprietate. vt. l. interdum. §. eo. & vide quod ibi dixi. ¶ Quid si aliquis vendit, vel legat possessiones suas, an veniãt res mobiles, & immobiles? vide Ang. in. l. fi. C. de cõpensa. Not. in versi. prædium, quòd prædiũ dicitur genus, quoad possessionẽ, & agrum: quia cum possessio importet solùm vsum, & ager dominium, prædium autem vtrunq; simul significat, & cõprehendit etiã prædium vrbanum, & rusticum. vt est tex. in. d. l. iubemus nulli. §. sanè. lib. ij. ibi prædiorum vrbanorũ,
6 siue rusticorũ. C. de sacrosan. eccle. Adde, † ꝙ sub nomine prædiorum, non continetur iurisditio, etiam si sit cõcessa tota prædiorũ latitudo secundum Bal. in. c. j. §. item si quis in tit. quib. mo. feu. amit. ¶ In gl. in verbo vsus. ibi vtitur, ergo posidet. &c. Not. gl. relatum ad tex. quòd verbũ vtor, importat possessionem, nõ autem detentationẽ, vel dominiũ, licet gl. j. aliter dicat, vt dixi statim. vsus vel vtor idẽ. dixi, in. c. j. in tex. ad fi. de cog. feu.

7 QVAERO extra, an appellatione † domus legatæ, vel venditæ veniat hortus, vel stabulũ cõtiguus, vel contiguum. vide Ang. & Pau. de Cast. in. l. olimpico. ff. de serui. vrb. præd. & probatur. in l. prædijs. §. balneas. ff. de leg. iij. vbi ponitur etiam quid de balneis, & vide quod dicam. in. l. vrbana prædia. infrà eod. Quid autem veniat appellatione domus, vel ędium. vide Bartol. in. l. j. & ij. ff. de cloacis. Et adde, quòd verbum vti, non pertinet ad vltimam voluntatem: nec ad aliquam alienationem. vt. l. j. ff. de vsufruc. & per gloss. in. l. j. ff. de vsu & habi. & quidam ad hoc etiam allegat. l. vti frui. suprà si vsufru. petatur. Barptho. Cæp. Vero.

SVMMAE.

1 *Nomen filius an filiam significet, pugnant Labeo, & Proculus, Modestinus hunc sequitur, qui ait significare.*

2 *Masculinum an fœmininũ cõcipiat distingue, vt hîc.*

3 *Dictio quin. varijs capitur modis. expone hîc, non dubito, quin vera non sit, id est, non dubito esse veram: ergo certò scio veram esse.*

LEX CXVI.

QVISQVIS. Appellatione
1 filij † ex propria significatiõe, habito respectu ad sonum vocis, non cõprehendit sexũ fœmininũ, sed ex mente, vel interpretatione loquẽtis, sic. hoc dicit. No. quod dixi in summario. Cui adde quod not. Bartol. in. l. j. suprà eodem. vbi quantum ad istam legem dixit, quòd quando sunt quædam adiectiua, vel signa vniuersalia, vt quisquis, & quilibet, & similia, quæ recipiunt aliud subiectum, & in istis, cui applicetur. dic. Aut istud signum
2 additur termino communi, † vt quisquis homo, vel quilibet homo, & similia, & tunc masculinum comprehẽdit fœmininum, etiam ex propria significatione. Aut additur alicui signo masculino tantùm, & tunc eo casu, quo porrigitur ad fœmininum, est ex extensione, hoc fit, vt in hac. l. & in. l. pronunciatio. infrà eodem. Cætera dic, vt per Bartol. in dicta. l. j. suprà eodem. ¶ In
3 gloss. fina. in verbo: † quin. in princip. vult dicere ista gloss. quòd verbum quin, positum hic in fine text. non debet exponi pro non: quia tunc essent in text. duæ negationes, quæ affirmarent. vt l. duobus. infrà eodem. Et contrarium voluit dicere hîc Cassius. & sic negare opinionem Labeonis esse veram. vnde propter hoc gloss. exponit, quin, id est, quòd: & sic not. ex gloss. dictio quin, regulariter includit negationem, & sic negat, aliquando affirmat, & sic ponitur pro coniunctione quòd: & idem not. gloss. multum notabilis. in. l. vbi absunt. s̃. de tut. & cur. da. ab his.

SVMMA.

1 *Totum dicitur soluisse, aduersum quem actio nulla superest.*

LEX CXVII.

NON POTEST. † Ille dicitur totum soluisse, qui soluit omne id, ad quod poterat conueniri. hoc dicit. Et pone casum secundum glo. per textum, in. l. fina. §. fina. suprà. de eo per quem factum erit: vbi ille fideiussor, qui non tenebatur, nisi in quinquaginta, dicitur totum soluere soluẽdo quinquaginta, dato, quòd principalis esset obligatus in centum: & ista poterat esse ratio dubitandi. dic ergo, quòd iste fideiussor dicitur totum soluere, si soluat quinquaginta quoad se: sed ad principalem non totum soluit: quia principalis in centum: & sic in plus tenetur. vt dicto. §. fina. Barptholomæus Cæpola.
¶ Non ergo hîc consideratur mora, si modo solutam esse sortem constet, ad quam quidem sortem actio erat: quæ illius solutione defuncta est. vnde non potest dici minus soluisse, tametsi pro mora satisfactio supersit, quod notandum est ad statuta, non enim talis nomine debitorum continetur. Hector Forestus Vasionensis.

SVMMA.

1 *Hostes qui sint, & vide hîc Alciatum.*

LEX CXVIII.

HOSTES. Illi dicuntur hòstes, qui inferunt bellum populo Romano, vel illi quib⁹ populus Romanus infert bellum: alij verò dicuntur potius latrones, non hostes. hoc dicit. declara istam legẽ. vt per gloss. & latè Barto. in. l. hostes. suprà de captiuis, & postlimi. reuer.

SVMMA.

1 *Hæreditas, bonorum possessio, & peculium, ac dos, sunt iuris nomina, vnde possunt esse damnosa.*

LEX CXIX.

HAEREDITATIS. Hæreditas, & bonorum possessio dicitur etiam si sit damnosa, quia continet nomen iuris. hoc dicit. concordat. l. si hæreditatem. in princip. suprà mandati. vbi etiam dicitur, quòd legatum nunquam potest esse damno-
1 sum. Et adde, quòd † non solùm bonorum possessio, sed etiam simplex possessio potest esse onerosa, putà, quia est sterilis, & requirit maiorẽ expensam, quàm sit eius redditus, vel etiam, quia sit onerata tributis, & præsentibus, & præteritis: vt est tex. cum gl. in authẽ. sicut alienatio. C. de sacro san. eccl. ¶ In gl. j. in fi. No. ꝙ peculium est nomẽ
2 iuris, & † potest esse damnosum. idem not. gl. in l. si Sticho. s̃. de pecul. leg. Et idẽ in dote. vt est glo. notabilis. de omnibus istis in. l. qđ dicitur. in prin. in gl. mag. circa med. s̃. de impen. in rebus dotalibus factis. ¶ In gl. fi. ibi, sed ar. cõtrariũ in. l. si subsignatum. §. bona. dic ibi. loquitur de bonis. i. quid veniat appellatione bonorũ, & tunc bene ęs alienum deducitur, vt ibi, quia hoc nomẽ bona, non est nomẽ iuris cõprehẽdens actiones actiuæ, vel passiuæ. hîc autẽ loquitur de verbo hæreditatis, quod est nomen iuris, vt dixi, de hoc tamẽ dic latius, vt dixi in. l. princeps bona. in prin. s̃. eo.

SVMMAE.

1 *Potestas testandi latißima est. vanum est omnino, quod hîc de longißimo notatur, quasi verò non sit eminens differentia inter latißimum, & longißimum. hoc enim lineæ, illud superficiei rationem subire nulli non constat, quare valeat, & notabile, quod ait, & notabilis ratio suo cum authore, tametsi Cignus esset. an non spiritus domini dei grandibus, vel proceris corpore inspirat sicut homuncionibus? valeant ergo qui cõtra sentiunt, & cuiquam detrahunt, malève dicunt.*

2 *Verbo lego, & institutionem, nedum legatum continet.*

3 *Testandi facultas, seu testamenti factio de iure ciuili est. Bonis autem rationibus introductum fuit, vt ex testamenti, vel ab intestato defunctis succederetur, quænam verò sint, vide hîc, quinq; ponuntur.*

4 *Accidentia non migrant de subiecto in subiectum, vnde palam est sapientißimos, doctißimosq; patres ignauos filios relinquere.*

5 *Quæ sunt iuris gentium Imperator mutare nõ potest, quæ autem iuris ciuilis potest: vnde cum hæreditatis apprehensio sit iuris gẽtium, sequitur vt illa iure ciuili putà Imperatorio auferri non potest.*

6 *Hæreditatis apprehensio, & aditio differunt.*

7 *Testandi potestas, quæ latißima erat, coarctata fuit. vide hîc.*

LEX CXX.

VERBIS LEGIS. Ex lege xij. tabul. data est latisſima potestas cuiq; testandi, & legandi, & libertates, & tutelas dandi: sed hodie ista potestas est coarctata per legem Falcidiã, & etiam per constitutiones, & per senatusconsulta. hoc dicit, secundum vnum intellectum. Vel sic. licet ex latisſima significatione verbum lego, trahatur ad institutionem, tamen secũdum communem vsum loquendi non trahitur, sed est species distincta ab actu hęredis. hoc dicit. secundum quod Bartolus. not. in. l. Centurio, in fine primæ quæstionis principalis. suprà de vulgari, & pupillari. ¶ In tex. ibi, his, subaudi, quæ sequuntur vti legasset. ¶ In text. ibi, suæ rei. Expone, id est in re sua tota, quam quis legauit, vel etiam aliena, nam aliena res legari poterat, & potest. ita dicit gloss. institu. ad legem Falcidiam. in principio. vbi est similis text. sicut hîc, & vide textum, & gloss. & quod ibi not. in. l. prima. in principio. ff. ad legem Falcidiam. ¶ In text. ibi esto, id est sit. ¶ In text.

1 ibi latisſima. Not. quòd † potestas testandi appellatur latisſima, non autem per iurisconsultum, hîc dicitur longisſima. Ad idem est text. in. l. prima. in principio. suprà de iurisdictione omnium iudicum. vbi officium iudicis appellatur etiam latisſimum, non autem longisſimum. & dixit ibi Cyn. quòd ratio est, quia ferè nullus longus inuenitur sapiens. ¶ Nota ergo, secundum summarium, quòd lex duodecim tabul. dicebat, vti legasset suæ rei, id est in sua re, ita ius sit, quod ver-
2 bum † legasset, non solum comprehendit legatum, sed etiam institutionem, & libertates, & tutelas: quia text. dicit his verbis, & sic vult expresſè, quòd ista verba. vti legasset. cõprehendant etiam institutionem, & libertates, & tutelas. vt dixi: Et ita expresſè tenet Bartol. in. l. prima. circa principium. versicu. nunc reintro gloss. & soluit gloss. ff. de legatis primo. & in. l. Centurio. in vltima quæstione primæ partis principalis. ff. de vulgari, & pupillari. licet quidam (vt doctor meus dominus Ange. de Aretio.) dicant, quòd hoc non probatur per istam legem, sed ista. l. vult dicere, quòd sicut per legem duodecim tabu. introducta est potestas latisſima testandi: ita etiam, & hæredis instituendi, vt dixi in primo summario. quod non est verum, vt patet per supradicta. Fateor tamen, quòd & potestas legandi, & testandi est introducta per legem duodecim tabularum, vt dicit hîc litera. Sed de ista institutione, & libertate, & tutelis, non erat expresſum in lege duodecim tabularum. sed solùm verbum legasset, quod importabat non solùm legata, sed etiam libertates, & institutionem, & tutelas, vt supra dixi. Aduerte tamen, quòd Bartol. in dicta. l. prima. suprà de legatis primo. dicit, quòd verbum legatũ largo modo sumptũ, comprehendit etiã fideicommissum, per istam legem, sed non est verum, quia ista lex non facit mentionem de fideicommisso: vide, quæ ibi scripsi plenè. ¶ Ex prædi-
3 ctis ergo not. † secũdum omnes, quòd testamenti factio est de iure ciuili, non de iuregentium, de quo est text. institu. de testamentis ordin. in princip. & est text. cum gloss. in verbo, iure ciuili in. l. j. suprà de acquirendo rerum dominio. & in. l. j. suprà de petitione hæredita. & facit textus, quarta quæstione prima. Moyses. & text. in. l. qui testamento. §. seruus. suprà de testamentis. & pro hoc facit etiam gloss. nota. in. l. illa institutio. suprà de hæredibus instituen. quæ dicit, quòd ius gentium ante ius ciuile, non introduxit, quòd quis posſit disponere post mortem suam, quo tempore non esset homo, sed cadauer. vt. l. si homo mortuus. suprà de verborum obligationibus. Ideo ius ciuile fingendo introduxit hæreditatem repre-

ſentare perſonam defuncti habētem dominium. ¶ Et ratio illius fuit pacis, ſcilicet nam niſi ſucceſſio eſſet adinuenta, vel ab inteſtato per gradus, vel ex teſtamento, prout teſtator voluerit, pax infringeretur: nam homine mortuo, bona eius remanerent in nullius bonis, & primò occupanti concederentur. vt.l.iij.in princip. ſuprà de acquirend.rerum domi.quod ſi eſſet, pluribus fortè ſimul concurrentibus ad rixam perueniretur cōtra.l.æquiſsimum.ſuprà de vſufructu. &.l.non eſt ſingulis. infrà titulo primo. &.l.nullus.C.de Iudæis. ¶ Secunda fuit ratio introducendi teſtamentum, ſcilicet neceſsitatis. Nam † cum iure naturali, & ciuili non poſsint accidentia migrare de ſubiecto in ſubiectum, vt.l.iij.ff. pro ſocio. &.l. quis, ergo caſus. ſuprà de peculio. ſequebatur, ꝙ mortuo debitore, ius creditorum perimeretur: quia obligatio paſsiua fundata in perſona debitoris, & extincta quaſi ſubiecto ſublato tollebatur. Ex quo eueniebat, vt fides debiti, & crediti, (quo frequenter homines vtuntur) tolleretur cō tra.l.certi condictio. §. quoniam. ſuprà ſi certum petatur. Ideo propter hoc bene, & ſanctiſsimè adinuenta eſt teſtati, & inteſtati ſucceſsio, vt hæres fingatur eadem perſona cum defuncto, vt in authenti. de iureiurand. à moriente præſti. cum ſimilibus. Qua fictione inſpecta, non dicitur obligatio tranſire de ſubiecto in ſubiectum, ſed in eodem ſubiecto ficto conſeruatur. ¶ Tertia fuit ratio charitatis: nam niſi teſtamenti factio fuiſſet adinuenta in ingratitudinem, ſæpenumero homines veherentur: & ideo adinuenta eſt, vt ſi quibuſdam nobis benefacientibus remunerare in vita, morte feſtinante non potuerimus, ſaltem in morte teſtando beneficium, & remunerationem referre valeamus. Ideo dicitur, quòd hæreditas, & legata propter benemerita deferuntur.l.idemque.§.final. ſuprà mandati.&.l.nec adiecit. ſuprà pro ſocio. ¶ Quarta fuit ratio introducendi teſtamenti factionem: quia lex pium iudicauit, ex quo homines aliud velle non poſſunt: in vltimo vitæ ſpiritu ſaltem bonorum ſuorum, liber ſit ſtylus.l.prima.C.de ſacroſanct.eccleſijs. ¶ Quinta ratio fuit fauore reipublicæ. Nam niſi homines poſſent teſtari, inertes fierent in acquirendo, quod reipublicę aduerſatur, & nociuum eſt, quia eius reipublicæ intereſt homines ſubiectos eſſe locupletes, fortè propter collectas, vt in authenti.vt iudic.ſine quoquo ſuffragio.§.cogitatio. ibi vtentes ſubiectis locupletibus. collatio.ſecunda.facit.l.prima.§.quibus. ſuprà quod cuiuſque vniuerſit.nomine.& not.in.l.iiij.ſuprà de re iudicata. Et ſic in effectu, quòd teſtamenti factio ſit de iure ciuili, tenet Bartol.in.l.eius, qui.& in.l.qui à latronibus. in princip. ſuprà de teſtamentis. Et dominus Paulus de Caſtr.in.l.iij.ſuprà de teſtamentis. per illum textum, vbi dicit, quòd teſtamenti factio eſt publici iuris. ¶ Quod tamen intellige verum quoad ſolennitatem, vt inſtitu. de teſtamentis ordi. in principio. quia ſolennitates teſtamentorum non erant introductæ de iure gentium: nam de iure naturali ſecundario, quod ius gentium appellatur, vt in.§.ſingulorū. &.§.venditæ.inſtitu.de rerum diuiſio. bene erat introducta teſtamenti factio, non reſpectu formæ, vel ſolennitatis, ſed reſpectu bonorum, quia dominia de iure gentium cœperunt eſſe diſtincta, & diuiſa.vt.l.ex hoc iure gentium.& ibi Barto.ſuprà de iuſtitia, & iure. Facit gloſſ. quæ loquitur de Eſau, & Iſaac in.l.quoties. in principio. ſuprà de hæredibus inſtituen.in verbo alium. ¶ Item prędicta, ſcilicet, quòd teſtamentum ſit de iure ciuili, ſunt vera in ea acquiſitione bonorum, quæ fit ſine aliquo inſtrumento iuriſgentium, vt per ſolam aditionem hęreditatis, ſine apprehenſione poſſeſsionis, vel traditione. Nam ſi ſequatur apprehenſio poſſeſsionis, vel traditio, videtur, quòd iſta acquiſitio ſit de iure gentium: licet quādo teſtamēti factio ſit de iure ciuili, vt in.§.per traditionem. inſtit.de rerum diuiſione.& pro hoc facit.gloſſ.prima.in fine.inſtitu.de donatio. in princip, & gloſſ. inſtitu.quibus aliena.licet, vel non. in princip. in verbo ipſius ſit. Sicut illa, quæ fit ex ſtipulatione ſequuta traditione, quia ſolus titulus non ſufficit ad transferendum dominiū, ſed per traditionem acquiritur titulo mediante.l.traditionibus.C.de pactis. Et ideo quando interuenit traditio poſt teſtamentum dicitur hæreditas acquiri de iure gentium.ita not dixit domi.Paulus de Caſtro in.l.iij. in princip.ſuprà de teſtamentis. ¶ Ex quo infert ipſe ibi ſingulariter, quòd cum Imperator non poſsit auferre dominium de iure gentium, ſed de iure ciuili ſic, iuxta not. per Innocen. in cap.quæ in eccleſiarum.de conſtitutio. & not. Bald. in capitulo primo. de natura feudi. & in capitulo primo.§.fina.in titu.qui feud.da.pot. Quòd ſi † ipſe Imperator aliquē legitimaret, vt legitimatus poſſit ſuccedere, hoc addito in legitimatione, etiam ſi per alium ſit adita eius hæreditas, & eſſet adita hæreditas, & apprehenſa: quòd tunc, etiam per illam clauſulam legitimatus, non poſſet ſuccedere: quia illa acquiſitio facta per apprehenſionem eſt de iuregentium, quod Imperator tollere non poteſt. Sed ſi eſſet tunc ſimpliciter adita animo, & non apprehenſa: quia iſta aditio eſt de iure ciuili, tunc contra eam bene poſſet Imperator diſponere, & ſic legitimatus poſſet ſuccedere, quod ſingulariter eſt notādum: quia iſtud non

non tangitur per aliquem secundum dictum dominum Paulum, qui etiam super hoc consuluit. Sed dic tu, quòd hoc fuit dictum Bald. in. l. rescripta. in vlti. col. C. de precib. imper. offer. Sed nunquid hæreditas sit de iure ciuili, vel gentium? dic, quòd est de iure ciuili, vt not. Bar. in rubri. de acqui. hære. in. ij. q. & ibi doc. & allegat tex. in. l. lege obuenire. ꝭ. eod. ¶ Item de aditione hæreditatis, quæ est de iure ciuili, vt not. Bar. in. l. qui aliena. in prin. ff. de acqui. hæred. ¶ Not. etiam text. ibi, sed interpretatione coangustatum est, quòd ista potestas latissima testandi, & legãdi, quæ fuit data, per l. xij. tabu. vt hîc. in princ. l. posteà fuit limitata, & coãgustata, & restricta per senatuscõsulta, & per aliquas leges in pluribus casibus, & regulis. ¶ Et primò fuit coarctata per leg. Falci. ne destituatur testamẽtum, non facta aditione per hæredem. Et ideo per eãdem leg. Falc. fuit introductum, ne testator posset legare vltra dodrantẽ, vt. l. j. in prin. ff. ad leg. Falc. & insti. ad leg. Falci. in prin. & insti. de fideicom. hæredi. §. sed quia hæredes. ¶ Secundò fuit coarctata per senatusconsultum Treb. & per alia. vt in toto tit. ad Trebel. & in toto ti. insti. de fideicom. hæredi. de quo dic, vt in dictis locis. ¶ Tertiò fuit coarctata potestas testãdi in hoc ne hæreditas possit dari ex die, vel ad diem. vt. l. hæreditas ex die. & ibi Bar. & doc. ꝭ. de hæred. instit. in alijs etiã pluribus casibus fuit coarctata, quos causa breuitatis silẽtio prętermitto. Sequitur. l. vsura.

SVMMA.

1 *Vsura ex patris pecunia, & industria filij acquisita, an dicatur peculium filij, remissiuè.*

LEX CXXI.

VSVRA PECVNIAE. Vsura, quæ percipitur ex pecunia non computatur inter fructus. h. d. ¶ Nota ibi, id est ex noua obligatione tex. quem allegat gl. in. l. cum oportet. in verbo ex eius substantia. C. de bon. quæ libe. in ar. quòd
1 si filius acquirat, vel lucratur † vsuras ex pecunia patris, quòd illa tota acquiratur filio: quia non dicitur venire ex re patris, sed ex obligatione, vel stipulatione facta per filiũ: & sic videtur, quòd debeatur ipsi filio non patri. de quo tamẽ dic. vt ibi per Barto. & doct.

SVMMAE.

1 *In datione tutoris dictio filius, vel filij, non continet propriè filias, sed ex præsumpta defuncti mente continet. vnde perinde censetur datus tutor fœminis, atque masculis. idq; imprimis rationi cõuenit, vt & fœminis censeatur prospectum. nume. 2. vide autem. nu. 3.*

4 *Mixtum an sub simplici contineatur.*

LEX CXXII.

HERENNIVS. Dans tutorẽ sic. Filio, filijsq; meis, tales tutores do. ex propria significatione filij, & filiorum non videtur dare filiabus, sed solùm filijs masculis. Sed ex mente testatoris etiam filiabus dedisse videtur. hoc dicit, secũdum quòd mihi videtur sonare ista litera: licet glo. hîc in verbo posita aliter sentiat, vt dicam super ea. ¶ Nota text. ibi masculis duntaxat coniuncto ibi singulari casu hoc filio: & ibi continente eundem se-
1 xum, in quo expressè probatur, quòd si quis † dat tutorem isto modo. Filio meo talẽ tutorem do. & sic dicit filio in singulari, quòd tunc tantum masculo dedisse videtur, & non filiæ fœminæ. Nam hîc dicitur, quòd si testator ponit singularem, vt filio, & pluralem, vt filijs, quòd tunc testator videtur transire de singulari ad pluralem cõtinentem eundem sexum, sicut singularis: & sic masculis tantùm dedisse videtur. ergo apparet manifestè, quòd singularis numerus, vt filio, continet tantùm masculinum: quia si comprehenderetur etiam fœmininum, deberet dicere, quòd fœminis etiam dedisse videatur. ¶ Nota ibi facti potius, quasi dicat, dubium de voluntate testatoris, & sic quæstio est in facto, scilicet quid ipse testator senserit, non in iure: quia in iure certum est, quòd masculis tantùm dedisse videtur, vt sta-
2 tim dixi. Not. † in fine. ibi, quòd magis rationabile esse videtur. dic, scilicet, quòd prospicere voluerit filijs, & filiabus: & sic in casu prædicto tutores erant dati etiam filiabus, non ex significatione verborum: quia verba importãt contrariũ, scilicet, quòd tantùm filijs dederit, sed ex præsumpta volũtate testatoris hoc colligitur. No. ex prædictis, quòd verba pręcedentia restringuntur per sequentia: de quo in. l. cum fundum tibi darem. ꝭ.
3 eo. Nota etiam † ex isto tex. secũdum prædicta, quòd licet quis dando tutores filijs suis, & sic in plurali numero videatur, etiam dedisse filiabus, vt est text. in. l. si quis ita. in princip. suprà de testamentaria tute. tamen si dat filio, & sic in singulari numero loquendo, tantùm masculis, non autem fœminis dedisse videtur, vt est text. hîc, licet gloss. videatur dicere contrarium & malè, in. l. nomen filiarum. in princip. infrà eod. vt ibi dicam, vbi omnino videas. Aduerte tamen, quòd si hoc

vltimo casu testator haberet plures filios masculos, omnibus dedisse videtur. Iste est propriè casus in dicta.l.si quis ita.§.j.s̄.de testa. tut. Nam dicit text. omnibus dedisse videtur, quod intellige: scilicet masculis, non autem fœminis, ne sit cōtra istū text. & ita etiam intelligo hîc gloss. in verbo positus, vt statim dicam super ea. ¶ In gloss. in verbo positus ibi, & sic comprehendit omnes. Aduerte bene ad gloss. quia videtur bene intellecta, quòd rectè loquatur. Nam dicit omnes, vt dicit text. in dicta.l.si quis ita.§.primo. non autem dicit etiam fœminas, & sic intelligo omnes, scilicet masculos. vt suprà dixi. ¶ In eadem gloss. ibi similiter comprehenderet omnes. ista glos. hîc videtur sentire aliud, quàm supra dixerim: nam æquiparat istos duos casus, quòd quis det tutorem filio in singulari, vel filijs in plurali, per.l.si quis ita, sed quando dicit in plurali, videtur dedisse etiam fœminis, ergo idem in singulari. Sed potes dicere, saluando gloss. quòd ipsa non æquiparat hos casus quoad genus, sed quoad numerum, paria sunt dare tutorem filio, vel filijs, vt omnibus masculis saltem dedisse videatur, quasi dicat, dato, quod testator in singulari, scilicet filio, tamen omnibus filijs masculis videtur dedisse, & ita intelligo istā gloss. cum textu. ¶ In eadem gloss. ad finem. ibi, sed vbi vtrunque simul. hîc gloss. videtur sentire magis clarè contra id, quod supra dixi: quia dictio, sed, diuersificat in facto, & in iure, vt dixi suprà eodem.l.sæpe. in materia copulatiuæ in fine, si ergo hîc diuersificat à duobus casibus præcedentibus debet intelligi, quòd in illis duobus etiam fœminæ comprehēdantur. hîc autem non. ad quod responde, quòd si gloss. hoc velit dicere, malè diceret: quia contra istum textum, vt supra
4 dixi. Nota tamē ex gl. quòd † mixtum non continetur sub simplici, & hoc etiam colligitur ex intellectu, quem supra dedi ad istum textum, & hoc adde ad ea, quæ not. de simplici, & mixto per gloss. & docto. in.l. secunda. in principio. suprà de verborum obligatio. & maximè per domi. Lodouicum, qui posuit multos casus, in quibus mixtum non comprehenditur, sub simplici: vbi fortè non ponit istum. ¶ In eadem gloss. in fine. supple ad gloss. nisi aliud appareat de mente testantis, quod in dubio præsumitur: scilicet, quòd etiā fœminis tutorem dare voluerit, vt hoc subijcit hîc in fine: vt dixi. super text. Barptholomæus Cæpola Veronensis.

SVMMA.

1 *Tempus præsens, & futurum nonnunquam præteritum significant, aut ad præteritum trahuntur, & præteritum ad vtrunque. nu. 2. & 3.*

LEX CXXIII.

VERBVM, ERIT. Verbum futuri temporis † quandoque trahitur etiam ad præteritum, & verbum præsentis temporis, quandoque significat etiam præteritū. hoc dicit tota lex, quæ est satis clara. ¶ Not. text. ibi, quod in codicillis scriptum erit: quomodo verbum futuri temporis trahitur ad præteritum, & ratio est secundum Bartol. in.l. verbum, oportebit. suprà eo. quia istud præteritum, scilicet codicilli facti est præteritum non finitum, sed extensiuum in futurum, aliâs secus. de quo dic, vt ibi per Barto. & vide, quæ ibi scripsi. ¶ Nota etiam ibi. Troia capta est, quòd verbum præsens significat etiam præteritum. & ratio est secundum Bartol. in dicta.l. verbum oportebit, quia hoc hîc nō euenit ex ratione sui, sed bene potest esse, quòd prçteritum duret vsq; ad præsens, vt Troia capta est, id est durat capta. Et sic hîc alia exēpla posita in textu. ibi absolutus est, id est durat absolutus: & ibi alligatus est, id est durat alligatus, vt hîc probatur in.l. Aurelius.§.si Titius. de liber. leg. ¶ Vel dicas clarius secundum Bartol. in dicta.l. verbum oportet, quòd quandocunque verbum præsentis temporis iungitur cum participio præteriti temporis, semper præsens dicitur continere prçteritum durare, vt Troia capta est, id est durat capta. suprà quod vi, aut clàm.l. is qui in puteum.§. quod ait prætor. vbi hoc est expressum, secus si non duraret, de hoc tamen, vide omnino latius per Flor. in.l. si seruitus. in princip. & circa finem. suprà de seruitu. vrba. prædior. & in.l. eum debere. eod. tit. & aliquid per eundem. in.l. si mihi eodem tempore. suprà de seruitu. rusti. prædiorum.
2 extra text. & gloss. quæro, an præteritum † tempus trahatur vnquam, id est aliquo tempore ad præsens? & dicas, quòd si apponātur dicta verba in instrumento, putà dicit notarius in instrumento, dedit, vendidit, & tradidit, vel similia: & intelligantur de illo tempore prçsenti, quo instrumentum fuit contractum, & sic debet intelligi prçteritum, scilicet in modica præteritione, ita, quòd incontinenti, & non ex interuallo dicatur gestū. pro hoc est text. in.l. fina. C. de apochis pu. ibi subscribitur pecuniā solutam esse. ita notabiliter voluit Barto. in.l. post dotem. in versicu. expeditis lecturis veniamus ad quæstio. in princi. vj. col. ff. solu. mat. Et idem tenuit in.l. si ita stipulatus.§. Grisogonus. de verbo. oblig. & in.l. prædia.s̄. de acquirend. possessio. licet ibi Raph. teneat contrarium

Item

3 ¶ Item quæro,† an verbum præsens,vel præteritum trahatur nonnunquam ad futurum? dic,vt per Barto.in l.verbum oportebit.§.eo.& ibi dixi, quibus adde,quòd licet regulariter nō trahatur, tamen quandoque ex voluntate testantis trahitur,vt est casus,& ibi hoc not.Bart.in l.ij.§.de alimen.& ciba.lega.& est casus,& ibi dicā infrà eo. in l.semper acceptum est, in vltima charta.Cætera circa istam materiam vide Bart.in dicta.l.verbum,oportebit,& quod ibi scripsi.

SVMMAE.

1 *Disiunctiua oratio quid,& quotuplex,ac cuius effectus.& nu.2.3.*

4 *Dictio vel,cuius sit conditionis.*

5 *Accursius duos filios habuit,alterum Cernotum,alterum Franciscum,hunc doctum quidem, illum non æquè.Francisco erectus est tumulus Bononiæ ad fores cemeterij minorū,cuius inscriptio est Franciscus Accursius.F.*

6 *Vermes ex terra sine agente nascuntur.hoc autem ad phisicum dicere pertinet,non ethicum, vel iuris consultum.omne igitur animal vel agit vel patitur,exceptis ijs, quæ ex putredine generantur. hæc enim nec agunt.nec patiuntur, vt sibi generent similia.*

LEX CXXIIII.

HAEC VERBA.Ista.l.diuiditur in tres partes principales.In.j.ponitur,ꝙ aliquando oratio est disiuntiua.aliqñ subdisiūctiua. In.ij. ponitur, quæ dicatur disiunctiua , & eius exēplū ponit.In.iij.quæ dicatur subdisiunctiua. secūda ibi disiunctū.Tertia ibi sub disiūctorū. ista tertia subdiuiditur in duas,sicut sunt duo genera subdisiunctiuorū,secunda ibi alterius generis.Et hoc dicit.Illa dicitur† disiūcta oratio,quādo altero duorum,vel etiam plurium posito,alterum tolli necesse est,vel quando vnum tollitur, aliud poni,vel remanere debet. Item vno modo dicitur oratio subdisiunctiua quando positorum vtrunque non potest esse simul verum, sed bene potest esse vtrunque falsum.secundo modo dicitur subdisiunctiua, quando vtrunque potest esse simul verum,sed non vtrūque simul falsum. hoc dicit.In text.ibi ita non potest vtrunque esse , vt possit neutrum esse.Expone vt,per sicut,& possit pro potest,& erit litera clara.Et ita alia exempla,quæ sequuntur & vult,quòd non potest ita vtrunque esse , sicut neutrum bene potest esse. Nam bene potest esse, quòd quis non sedet:nec ambulat:quia fortè,iacet,sed vtrūque simul non potest esse.scilicet quòd sedeat,& quod,ambulet, quia ista non sunt adinuicem eodem tempore cōpassibilia:imò inclusio vnius,est exclusio alterius. ¶ In text.ibi,quòd nec faciat,nec patiatur.subaudi,ꝙ in aliquo animali non reperitur,quòd non possit esse agens,vel patiens in cohitu, licet quidā sint vermes,qui nascuntur sine procreatione , vt

2 dicam in glos.¶ Nota† ergo in principio , ꝙ illa propriè est disiūctiua, vel alternatiua ,cuius vna pars tātū est vera:& qñ inclusio vnius est exlusio alterius:licet soleat dici apud logicos, & nos legistas,ꝙ ad veritatem alternatiuæ,vel disiunctiuæ, sufficiat vna pars vera.Not.quòd dicūt, sufficiat, non autem quòd necessarium sit,sed bene verū est,quando vtraque est vera,est potius copulatiua:vt est text.& ibi,notatur in.l.si ita quis stipuletur,siue nauis ex Asia venerit,& in.l.siquis ita stipulatus fuerit.x.aureos.suprà de verbo.obligatio.

3 Nota† istum text.quòd ad verificationem alternatiuæ sufficit alteram partem esse veram, concordat.l.siquis ita stipulatus fuerit.x.aureos, in fi. ff.de verbo.obligatio.cum similibus, quòd fallit, quando respicit commodum plurium,qui alternatiuè nominantur,quia intelligitur,quòd sufficit alteram partem esse verā,quando alij nolunt, vel non possunt,vt.l.si fundum sub conditione. §.his verbis.ff.de leg.j.Et ita not.Bart.in.l. hæredes mei.§.peto.ff ad Trebel.dixi suprà.in.l. sæpe. quod not.¶ Not.text.ibi aut dies,aut nox.quando dicatur esse dies,vel quando nox:quia iste tex. probat,quòd tunc est nox,quando non est amplius dies,& econtra: de quo per text. Barto. & omnes doc.in.l.Titius testamento.§. primo. suprà de libe.& posthumis.& per Barto.in.l.aut facta.§.tempus.suprà de pœnis.& in.l.qui duos.§. primo.supra de manumiss.testamento,vbi omnino vide per Angelum.in.l.j.C.de custo.reorum.

4 ¶ Adde † quòd dictio vel, nō sapit incertitudinem:nec disiungit diuersa,sed similia,secundum Hostien Petrum & Abb.ita dicit Ioannes Andr. in capitulo.Raynutius.in tertia columna in verbo,vel substitutionis.extra de testamentis.¶ Nota etiam ibi alterum tolli.&c.tex.qui semper allegatur quòd alternatiua vel,& aut, semper debet cadere inter diuersa:quia inclusio vnius est exclusio alterius,quando ponitur alternatiua:ergo ponitur inter omnino diuersa.quæ simul non compatiuntur,quod tamen intellige verum , quando ponitur inter ea quæ nullo modo simul possunt stare,quo casu est propria alternatiua,siue disiuncta.Sed quando caderet inter ea,quæ possunt simul stare,licet sint diuersa,tamen non sunt pro-

priè disiuncta,sed subdisiuncta,vt hîc in versiculo. Alterius generis,vel quando etiam vtrunque posset non esse,quia tunc est etiã subdisiuncta:vt hîc in versiculo subdisiunctiuorum.¶ In glos.in verbo orationis,dic,vt ibi dixi.¶ In glos.in verbo.accumbit.ibi sed hoc glos.non ponit &c.dic, ista non debuit esse glos. Accursij tum quia non solet loqui isto modo:tum etiam quia ponit extranea exempla,quæ nihil faciunt ad.l. nostram, quæ loquitur,quando in oratione ponitur dictio alternatiua vel,aut siue,& similia. Et ista glos.de-
5 buit fuisse addita à † Cernoto filio Accursij,qui voluit facere aliquas glossas,& nunquã fecit vnã bonã,& vna de suis est in.l.singularia.suprà si certũ petatur.ita dixit.ibi dominus meus dominus Paulus de Castro me sub eo audiente. Et ideo glossę falsæ appellantur glossæ Cernotinæ. Aliũ filiũ habuit Accursius,qui vocatus est Frãciscus Accur.& iste fuit optimus legũ interpres,& eũ multum diligebat Accursius pater,adeò vt eũ emancipauerit,quò sibi posset facere vnam donationem. ¶ In glos.in verbo.aut facit.dic, ista
6 glos.ideo intellexit,istum textum † duobus modis,& maximè dũ loqueretur de actione, quæ in iudicio mouetur propter quosdã vermes, qui ex terra nascuntur,sed tu dic,vt in fi.glos.dicitur,℘ hîc ponuntur genera singulorum,nõ singula generum,ad idem dixi glo.in.l.j.§.ius naturale, in verbo omnia animalia,& ibi doc. suprà de iusti. & iure. Barptholomæus Cæpola Veronensis.

SVMMAE.

1 *Dotis promißio cum clausula, Cum commodum erit, vel cum clausula, Cum potuerit, quando producat actionem, qua promissarius dotem petat. Item in clausula. Cum potuerit, anno intelligatur deducto ære alieno.*

2 *Posse dicimur, cum licitè possumus, salua dignitate & honestate vtilitate coniuncta. quatuor autem modis possumus nu.4.&6.*

3 *Verba dubia contra proferentem in contractibus interpretantur*

5 *Clausula. Nisi in quantum facere: quo est intelligenda modo.*

7 *Ex vilißima fœmina per illustrem, vt senatorium virum generati filij legitimari non possunt.*

8 *Vt miles honestè armis carere non potest, ita nec scholaticus. vtrique enim vtraque arma sunt, vnde neutra pignerari possunt vel obligari, numero 10.*

9 *Generalis obligatio quotidianas vectes non continet.*

LEX CXXV.

NEPOS PROCVLO. In ista.l.nota.quia vtilis est, & pulchra dignaq; notatu,& quę semper allegatur. ponuntur enim in ea,& deciduntur tres quæstiones.prima quæstio est,quando quis promitit dotem dare,cùm commodum erit,an tunc factis nuptijs,statim possit cõueniri?& ad istam respõdetur hîc in fine legis.videlicet, ℘ nõ, sed quando sine in commodo suo soluere poterit.¶ Secũda quæstio formatur ibi,quid si ita, & est talis, quando quis promitit dotem, cum potuerit, an possit incontinenti factis nuptijs conueniri?& ad istam respondetur ibi,potest.videlicet quòd nõ, sed debeat intelligi,cum salua dignitate sua poterit.¶ Tertia quæstio formatur ibi,quòd si aliqua &c.& est talis,an quãdo promittitur,cũ potuerit vel cũ poterit,intelligatur.s. deducto ære alieno. Et ad istam respondetur in versi.Proculus, in fi. quòd sic.Et ista sint loco diuisionis.Et hoc dicit.
1 ista.l.notabilis,& pulchra † promittens dare certam dotem pro filia sua, cum sibi cõmodũ erit, vel cum potuerit, videtur promittere cum potuerit deducto ære alieno,& salua sua dignitate, & sine incommodo suo.hoc dicit.Adde,quòd id
2 dicimur † posse,quod licitè,possumus.xxij.q.ij.faciat.ita dicit glo.fi.in verbo licitè in.c.si eo tempore.de rescriptis.lib.vj.etiam de verbo potest. vide quod not.Bal.in.l.si ita quis.ff.de lega.ij. Adde,℘ quatuor modis dicitur quid posse fieri.scilicet facultate naturæ,iuris permissione,vitæ merito:& officij debito:secundum Archyd.xxij.q.ij.faciat. Allegat de hoc Innocen.extra de concessione prębende.c.accedẽs.¶ In tex.ibi salutem.subaudi.scilicet dicit.¶ In text.ibi dotis filiæ. subaudi.id est nomine dotis.¶ In tex.ibi protinus factis,dic, hîc ponitur prima.q.¶ In tex.ibi peti posse.dic.scilicet ab eo.qui ita.quod suprà in princi.legis. ¶ In text.ibi, quid si ita.dic,hîc ponitur secunda quæstione.¶ In texi.ibi dicti erant, lege interrogatiuè.& subaudi,an isto casu protinus factis nuptijs poterit conueniri, vt dicit text. suprà in prima quæstione.¶ In text.ibi, quòd si aliquam vim, dic, hîc ponitur tertia, & vltima quæstio. ¶ In text.ibi posterior obligatio.dic,scilicet quæ sequitur,possit verbum.¶ In tex.ibi Proculus subaudi ait,vel respõdit nepoti,qui ad eum scripserat, vt patet in principio huius.l.etiam incipe,ibi existimo scilicet ego Proculus.¶ In tex.ibi cum deducto ęre alieno.subaudi.scilicet potero.¶ In tex. ibi potest etiam expone id est debet.¶ In text.ibi cum comodum erit.subaudi vt fuit in quæstione

primæ

prima, suprà posita. Et dic, quòd isto casu intelligitur etiam cum dignitate sua poterit, etiam deducto ære alieno. vt dicitur supra statim, dum respondetur ad alias duas quæstiones. Nam si quando promittitur. Cum potero, intelligitur deducto ære alieno, & cum dignitate mea, multo magis hoc est dicendum, quando promittitur. cum commodum erit. ¶ Nota text. ibi quæ significantur sensit. nota secundum glo. ad limitationem. l. veteribus. suprà de pactis. Nam illud quod ibi di-
3 citur. quòd † verba in contractibus prolata in dubio interpretentur contra proferentem, habet locum, nisi ita intelligendo contra eũ est turpe, & quasi impoßibile. Nam hîc interpretari verbum potero, vel verbum commodè, non salua dignitate, vel cum incõmodo esset quid turpe. ergo isto modo fiet interpretatio secundum eum, quod bene not. Et idem ego dixi in. l. Labeo scribit obscuritatem. ff. de cõtrahenda emptione. ¶ Nota tex.
4 ibi † salua dignitate: qui semper allegatur, quòd illud dicitur quis posse, quod cum dignitate sua, & honore potest, quod facit pro scholaribus, & militibus, vt dicam cum glos. ¶ Item allegat. istum tex. per glos. in. l. in conditione. ĵ. tit. j. ꝙ illud dicitur, quis posse facere, quod honestè, & commodè facere potest, & nõ aliter. xxij. q. ij. c. faciat homo: & ad hoc in multis locis semper allegatur iste tex. qui facit pro illis, qui non tenētur, nisi inquantũ facere possunt, de quibus habetur in dicta. l. in cõdemnatione, & in. l. sunt qui in id. cum. ll. sequētibus. suprà de re iudi. & institu. de actio. §. penul. & fi. cum si. ¶ Ex hoc etiam not. quòd licet personæ prædictæ, quæ habent beneficium, ne conue-
5 niantur, nisi inquantum facere possunt, † ipsum perdant, quando essent tales, qui ex opera sua sibi possent victũ quærere, vt est tex. not. & ibi glo. in l. siquis à liberis in. §. sed si filius. s̃. de lib. agno. & not. glo. in. l. si marito in id. s̃. so. mat. & glos. in. l. si quis argentũ. §. sinautē. C. de dona. & doc. in præfatis locis. tamen hoc est verum quando taliter operari. i. talem artē facere nõ esset sibi verecundia respectu conditionis nataliũ, vnde si esset filius vnius nobilis, vel ducis, non deberet suere calceamēta, vel terram laborare, vt rusticus: dato ꝙ hoc posset facere & sic victũ sibi quærere ex hoc: quia fortè est robustus: vel quia est industriosus: tamen hoc non tenetur facere: quia ipse hoc non dicitur posse facere, ex quo honestè, & cum dignitate sua, vt hac. l. dicitur ita notari voluit Bar, per istam. l. in. l. j. ad fi. C. de mendicanti. validis. lib. xj. ¶ Item per istum text. dicit Ang. in authen. quibus modis nat. effi. legi. in. §. j. quòd licet quis posset legitimare filios suos naturales per instrumentum habens trium testium subscriptionē, in quo ipse dicat illos esse filios suos, non adijciendo naturales, vt authen. Item siquis liberos. C. de naturalibus liber. tamen hoc est verum, quando illa mulier, seu concubina, ex qua illos filios habuit cum honore suo, & dignitate retineri poterat, & dicit probari in dicta authen. Item siquis liberos.
6 ibi quæ vxore ei esse poterat. notando † verbum poterat, quod intelligitur cum honore, & digni-
7 tate sua, vt hîc. vnde ipse dicit, † quòd si vnus nobilis, vel dux haberet filios naturales ex aliqua vilißima muliere, quæ non bene conueniret statui suo, quòd, tunc dictos filios naturales prædicto modo legitimare non posset, etiam quo ad hoc, vt sibi possent succedere. Et idem dicit siquis vellet legitimare per subsequentiam matrimonij: & ad hoc etiam allegat text. singularem in dicto. §. j. in authen. quibus modis natu. effi. legi. ibi neque dignam eam existimauit. Et hoc idem ipse tenuit in authen. vt liceat matri, & auiæ. §. ad hoc colla. viij. & Bald. etiam hoc firmat in. l. ij. in. ix. apposi. C. quibus res iudicat. non noc. vbi allegat etiam Bartol. hoc consuluisse. Idem etiam tenuit domi. Franciscus de Pisis & domi. Ange. de Amelia, & dominus Berlinus Pelioli, vt reffert ipse Angel. de Perusio in dicto. §. j. quod singulariter not. & perpetuò tene menti. ¶ In glo. in verbo sensit ibi contra de. l. veteribus. suprà de pactis. solue vt hîc in glos. & dixi. suprà in primo notabili. Et vide. Bartolum & quod ibi dixi in. l. sæpè. in fin. suprà eodem. vbi Barto. bene declarat, quomodo intelligatur dicta. l. veteribus. ¶ In glos. in verbo
8 dignitate in fi. Not. singulariter istam. l. quòd † miles non dicitur commodè, vel cum honore suo stare sine armis, & sic scholaris, vel doctor sine libris. ¶ Ex quo infertur, quòd licet clericus, vel scholaris, vel doctor in casibus, in quibus non tenentur, nisi inquantum facere possunt, vt habetur in dicta. l. sunt hi, qui. cum legibus sequētibus suprà de re iudi. Tamen hoc verum: nisi clericus lucretur, vel habeat vnum breuiarium, vel doctor, vel scholaris libros necessarios sibi, vel miles arma acquisiuerit, vltra id etiam, de quo potest vitam viuere: quia prædicti talia non tenebuntur dare suis creditoribus, quia sine his nõ dicuntur posse cum suo honore viuere. argumento huius textus & glos. notabilis, & hoc tenet dominus meus dominus Angelus de Aretio. instituta. de actio. §. fina. in ante penultima quæstione. & not. Cynum Baldum & Salyc. in. l. prima. C. qui bonis cedere possunt. ¶ Item per istum textum dixit not. dictus domi. Angel. de Aretio. instituta. de actio. §. Item Seruiana in secunda quæstione.
9 † quòd quia in obligatione generali non veniunt vestes quotidianæ, nec alia, sine quibus viuere nõ

posset honestè, vt.l. obligatione generali, & ibi doc.suprà de pigno.quòd ex hoc etiam libri, sine quibus scholaris sine dedecore, & dāno maximo viuere non posset, vt hîc.in ista glos.notabili. non venient etiam in tacita obligatione, quæ fit per ipsos, quando conducunt domos, vt habetur in dicto. §.sed iste, & in.l.certi iuris.C.locati. & in.l. ij.suprà in quibus causis pigno. tacitè contrahātur.¶ Ex quo singulariter non secundum eum, quòd si scholaris, vel doctor, vel miles conduceret vnam domum, vel fundum, quòd libri sui, &
11 arma in domum cōducta † non essent tacitè obligata pro pensione, vel deterioratione domus arg. dictæ.l.obligatione generali. coniuncto isto textu cum glos.& licet hoc dicat sub dubio fortè. tamen dominus Matthæus de Mathessyllanis de Bononia in vno suo singulari.cxxxvij. quod incipit.Nota vnum motiuum singulare, quòd sicut &c.hoc expresè tenuit, & mihi multum placet.¶ Vltimò de isto verbo potest, vide per Bartolum in.l.j.suprà de iniusto testamento.& in.l.Gallus in principio.suprà de liber.& posthu. Et vide omnino quæ dixi in.l.verbum oportere. suprà eo.& per Bart.in.l.si ita.in tertia columna. de auro.& argento legato.& vide optimam glos. xxij.q.ij.faciat homo.Et vide omnino Bal.in.l.genere.ante fi.suprà de his qui.not.infami. & vide glos.in.l.quod Seruius.suprà de condi.ob causam. Barptholomæus Cæpola Veronensis.

SVMMAE.

1 *Clausula. Nec deteriorem fundum factum esse, detrahit clausulæ optimum maximum, nam sequentia præcedentibus derogāt vnde libertas quæ per hæc verba optimum maximumque, promissa erat abrogatur per illa.*

2 *Copulatiuæ naturam ait esse, vt præcedentia repetat. vide an ita sit hic, in copulatiua &.*

LEX CXXVI.

1 SI CVM FVNDVM. Verba præcedentia restringūtur per sequentia, ad hoc allegatur ista lex. Vel sic magis ad literā † promittēs dare fundū optimū, maximūq;, nec per ipsum deteriorē factum esse, non tenetur eū præstare liberum, sed solū ne deteriorē faciat.h.d.¶ Et pro intelligētia huius.l.præmitte.l.qui vti optimæ, & quod ibi dixi.s.eo.videlicet ꝙ si promitto tibi dare fundum optimum, maximumq;, teneor tibi dare liberū, tamen si postea ista verba per me addātur: & ꝙ nō faciā eū deteriorē, tunc propter ista verba sequētia videor recedere à verbis præcedētibus, & per cōsequēs nō teneor amplius tibi dare liberū, sed sufficit quòd ipsum post venditionem non faciam deteriorem, vt hîc est casus notabilis. Et ratio dubitandi poterat esse: quia quando subduntur illa verba, & additur copulatiua &, videlicet & promitto, quòd non faciam, videntur esse præ-
2 cedentia repetita: quia † natura copulatiuæ est inducere præcedentium repetitionem, vt est text. not.cum glo.in.l.Seio.§.Caio.& ibi vide Bar.s.de fundo instructo.& ego dixi.s.e.in.l.sæpe in quarta regula copulatiuæ. ergo videbatur hîc, quòd non esset recessum à primis verbis: & sic promittens teneretur ad vtrunque. Sed ratio decidendi hîc potest esse: quia cum sequentia verba minùs importent quàm præcedentia, non videtur ad alium finem prolata, nisi ad hoc, vt diminutionē operentur. aliàs nihil operarentur. facit.l. proculus.suprà de vsufructu ear.rer. quæ. Non obstat dicta.l.Seio.§.Caio. quia ibi constabat, quòd volebat vtrunque legare. dixit enim lego alumno meo fundos instructos, & domum. tūc illa dictio &, qualitatem adiectam in præcedenti repetit in sequenti. vnde ibi videtur legasse domum, etiā instructam. Et hoc ideo est, quia vt dixi volebat expresè vtrunque legare: ne verba sequentia ibi erant inducta ad diminutionem, sed ad augumētum. ergo diminutionem inducere, nō debent.l. legata inutiliter.suprà de leg.primò.vel aliter dic, secundum Bart.in.l.quæsitum.§.fi.si fundum in secunda col.ad finem in versiculo ex prædictis solutionibus & intell.suprà de fundo instructo. vbi ponit intellectum huius.l.vbi omnino vide. Barptholomæus Cæpola Veronensis.

SVMMAE.

1 *Dictio vestis quid comprehendat. & verbum vestio quo nam capiatur modo. & nu.2.*

3 *Legatis vestibus an censeantur legatæ in textura siue reccamaturæ & quænam vestes contineantur. nu.5.*

4 *Religiosorum vestes quales remissiuè.*

6 *Pannus & lectus quid contineant remissiuè.*

LEX CXXVII.

VESTIS APPELLAtione. Appellatione vestis veniunt omnia, de quibus hîc dicitur. hoc dicit. Adde quòd ve-
1 niunt omnia, † ea quibus caput, & cetera mēbra cōperiūtur, de

tur, de quibus habetur in tex. & gl. in. l. vestimentum: & in. l. vestis. cum duabus sequentibus, & in l. inter vestem. ff. de auro, & argen. lega. ¶ Sed Florianus in clec. ij. de vita, & hone. cle. dicit, quòd hæc iura loquuntur in legatis. videlicet quòd si legantur vestes veniunt omnia, de quibus in legibus præallegatis. Sed quãtum ad aliud, dicit, quòd appellatione vestis comprehenditur tantùm illa, cum qua tegitur caput, & corpus, cùm illa secundùm communem vsum loquendi vestis appelletur, cui communi vsui loquẽdi est standum. c. ex literis. el secundo. extra de spõsa. & . l. librorum. §. quod tamen Casius de lega. iij. & . l. anniculus. §. e. Sed posset dubitari in quæstione facti, de qua heri fui interrogatus. Quidam legauit vni fratri prędicatorum vestitum, ista forma. Volo, quòd talis frater vestiatur post mortem meam: erat dubiũ, an iste frater deberet habere non solum vestem exteriorem, sed etiam interiorem, cum ipsi portent duas, vt scitis. Ego sibi respondi, quòd sic, & quòd Imò etiam debebat habere cingulum, & culcitram, & multa alia de quibus in dicta. l. vestis. Sed dubiũ magis erat, si dixisset lego sibi vestem, & sic in singulari numero tantũ, etiam isto casu est idem, quod in præcedenti: quia nõ reffert an quis dicat lego vestem, vel lego vestes, vt dicta l. vestis in principio. & dicta. l. inter vestimentum ergo &c. Et hoc intelligo, quando dixisset simpliciter, & indistinctè vestem: quia tunc omnis contineatur, vt hìc coniuncta prima glossa secus si diceret, lego tibi vnam vestem, vel diceret lego tibi vestem Tragicã, quia tunc, cùm illud verbũ vestis sit adiunctum cum alio, limitatur, & intelligitur solũ, vel de vna, vel de Tragica. ¶ Ter-
2 tiò posset † dubitari, an appellatione vestis veniat supellex, dic, vt habetur in. l. Labeo. suprà de supellectili lega. & per Barto. in. l. argento. §. primo. ff. de auro & argento legato. & per Bartolũ in. l. secunda suprà de supellect. lega. ¶ Quartò, an appellatione victus, veniant vestimenta? dic, vt per textum in. l. verbo victus. cum. l. sequenti: & in. l. instrumenta. & quod ibi dixi suprà eodem & vide quod dicam in. l. quos nos hostes. §. verbum viuere infrà eodẽ. ¶ Quintò quæro, testa-
3 tor legat † vestes suas, vel vxoris, an hæres ab illis posit separare maspillos, vel recamaturas? dic, quòd non: secundum Bartolum in. l. cum aurum ff. de auro. & argen. lega. & idem tenet Bald. in. l. in legatis. C. de legatis. ¶ Sextò quæro, quidam legauit vestes, quæ fuerunt vxoris suę, an veniant vestes, quę erant prohibitæ portari per statutum dic, quòd non, vt singulariter not. Bart. in. l. quãuis. ff. de auro & argento legato. ¶ Et ideo si vnus Venetus legaret vestes vxoris suæ alicui, non venirent vestes de panno auri: quia nunc Venetijs non possunt à mulieribus portari, quia sunt prohibitæ per statutum. quod fortè potest intelligi verum, quando maritus haberet etiam alias vestes vxoris, sed non haberet nisi illas de panno auri, tunc fortè dicendum esset illas venire in legato. argumento. l. si quando. de legatis. primo. cum similibus. quo casu videretur potiùs legare vestem, vt posit eam vendere, vel dissoluere, quàm vt eam legatarius portare posset. ¶ Septimò
4 † quæro, quas vestes debent portare religiosi, vel clerici beneficiati, vel in minoribus constituti? vide in clementina secunda. & quod ibi not. de vita, & honesta. clericorum. & in capitulo. clerici officia: & quod ibi not. extra eod. titulo. Si testator legat vestes suas, an veniat vestis incisa, sed nõ dum completa? vide Lodouicum de Roma. in. l. prima. §. si domini. in fi. ff. ad Syllanianũ. ¶ Quid
5 † si lego vxori meæ vestes suas, quas sibi feci, nunquid ornamenta aurea, aut argẽtea putà recamatura, & maspili aurei, & similia cedant legato vestium? vide Lodouicum de Roma. in. cviij. singulari in secundo ordine meo. Si lego Titio vestistimenta, interpretatur quòd ex redditibus patrimonij secundum Baldum in. l. voluntatis in principio secunda columna. C. de fideicommiss. Quid si testator legat vxori suæ vestimenta? dic, ꝙ veniunt festiua, & nõ festiua vt hìc, & . §. e. l. vestimẽta. ita dicit Bartol. in. l. si medico. §. primo. ff. de auro & argento legato. & vide quod ibi signaui. Adde hìc quod not. Lodouicus de Roma. in. lxxviij. singulari, quod incipit, pone casum, quòd maritus, in secundo ordine meo. Et adde hìc tractatũ domini Antonij de Rosellis. de ornatu mulierum: & adde Alber. de Rosa. in prima parte statutorum quæstione. lxxxviij. & vide Baldum & doc. in. l. in legatis C. de legatis. ¶ In text. ibi muliebris. Quæ autem dicatur vestis muliebris, vide textum not. in. l. si mihi, & Titio. §. primo. si stipulatus fuero à te vestes, suprà de verborum obligatio.

QVAERO, quæ sit largior appellatio an vestis, an pannorum? vide. Barto. in. l. diuus. ff. de bonis damna.

QVAERO quid, veniat † appellatione
6 pannorum? vide omnino Bart. in dicta. l. diuus. ff. de bonis damnatorũ. Quid veniat appellatione lecti? dic, quòd venit etiam lectus festiuus. Bar. in. l. si. medico. §. j. ff. de auro & argen. legato. & lectus fulcitus, secundum Franciscum de Capitibus liste, in. l. legatis in fi. C. de legatis. & allegat Barto. in dicta. l. medico. §. j. sed ibi non loquitur de lectofulcito, sed de lecto festiuo. Barptholomæus Cæpola Veronensis.

SVMMA.

1 *Spado quid sit, & vnde dicatur. Item castratus.*

LEX CXXVIII.

SPADONVM. Appellatione spadonum veniũt omnes de quibus in hac.l.dicitur.h.d.Nota ergo.ꝙ licet propriè † spado dicitur ille, qui est natus cum testibus, sed posteà sibi inciduntur: quia spado à spata, cum qua inciduntur, dicitur & castratus, quasi castè natus, tamen verbum spado est etiã generale ad omnia nomina, quæ hîc in tex. ponũtur, quæ expone, vt hîc per gl. & adde hîc ea quæ scripsi in.l. Pomponius.§.j.spadonẽ.de ędi.edic.

SVMMAE.

1 *Qui mortui nascuntur, non sunt liberi, ideo non rumpunt testamentum, nec hæreditatis aditionẽ impediunt.*

2 *Solo emisso capite an dicatur natus filius.*

3 *Priuilegium, quo duodecim liberorum beneficio ab oneribus publicis excusamur, an vno, vel pluribus mortuis extingatur. Item an tales filij debeant omnes esse legitimi, an contrà.nu.4.*

LEX CXXIX.

QVI MORTVI. Qui nascitur mortuus, nõ habeť pro nato.h.d.In tex.ibi neq; ꝓcreati. dic fictione legis: quia ex quo nõ nascitur viuus, lex non curauit de eo. Not.ꝙ † appellatione 1 liberorũ nõ veniunt filij, qui mortui nascuntur: & hoc intellige postquam est natus, an verò secus: ita dicit glos.not.in.l.cum quidam.§.quod dicitur. versiculo, quid ergo si prægnans. in verbo nihil egit. suprà de acquirend. hęredita. Ex quo sequitur magna differentia, & vtilitas. Nam si mater mea fecit abortum post mortem patris mei possum adire totam hæreditatem. ita loquitur hæc.l. Si verò matre prægnante, vellem adire totam, non possem, & si adirem, aditio nõ valeret, etiam si mater postea abortum fecerit. iste est casus in dicto.§.quod dicitur versiculo quid ergo si prægnans, quod tamen ego intelligo verum si non constabat, quòd posthumus esset mortuus in ventre: quia tunc cum esset viuus à principio non valuit aditio. ergo licet postea mortuus nascatur, nõ tamẽ confirmatur aditio, quæ primò fuit nulla: secus si constaret matre prægnãte, partum esse mortuum, quia tũc idem esset, ac si esset natus iam mortuus, cum sit eadem ratio. ¶ In glos. in verbo procreati. ibi infrà eadem.l. quæret aliquis, tu dic quòd illa.l.non loquitur in libertate tãtum. videlicet quòd ibi matri esset relicta libertas, si filium ediderit. Nam in illa.l.loquitur generaliter in quocũque legato facto ipsi matri. dic ergo.ꝙ in illa.l.non obstat, quia ibi filius natus est, licet monstruosus. Extra glos. circa istum 2 text. posset per aliquem dubitari. † pone quidam nascebatur, & emisit solùm caput, vel medium corpus extra vuluam: nec vnquam potuit totus exire, vel nasci, ita, quòd in corpore matris mortuus est, vt vidi in facto semel. an iste præteritus rumpat testamentum? & videtur, quòd sic: quia caput censetur esse maxima pars coporis, & vbi est caput, censetur totum corpus esse, vt.l.cum in diuersis: & ibi Flo. suprà de religiosis. ergo &c. tamen contrariũ credo veriùs per text.in.l. quòd certatum. ibi natus perfectè, & ibi ad orbem totus. C. de posthumis hæred. instituen. Et ita intelligo Bar. dum notat illa verba. qui videtur hoc 3 firmare. Secũdò † quæro nos habemus, quòd numerus.xij. liberorum excusat quem à muneribus patrimonialibus. vt.l.si quis decurio, & ibi Barto. de decurio.libro.x. pone modò, ꝙ fuit cuidam habenti duodecim liberos imposita collecta, deinde (scilicet postea quam fuit imposita, nondum tamen soluta) vnus, vel plures filij sibi moriuntur, an excusabitur à solutione collectæ? hîc videtur tex. quòd nõ. primò. quia res deueniẽs ad casum à quo incipere non potest viciatur. vt.l. existimo. de verb.obli. Sed si filius esset isti natus mortuus, nõ poneretur in numero duodecim: quia habetur pro non nato, vt hîc: ergo. idẽ debet esse quãdo est natus & postea mortuus. ¶ Secundò: quia cessante causa cessat effectus.l.adigere.§. quãuis: de iure patro. & l. generaliter. C. de episcopis, & cleri. Sed ratio excusationis est onus liberorũ ergo. ¶ Tertiò, pro hoc videtur casus instit. de excusa.tuto.§.filij autem, vbi filij mortui non excusant patrem à tutela, & idem facit text.in.l.ij.§.j. ibi. qui enim ante decesserit his non connumerantur. suprà de excusattio: & istám partem tenet Barto. Nec obstat text. in ea.l.secunda.§.primo. ibi nec rursus nocet, si postea moriuntur: quia dicit ipse Bartol. quòd tutella est onus indiuisibile, sed onus patrimoniale est diuisibile. Et ideo si tempore collectæ secundò impositæ non reperiantur filij, non excusabitur, & pro hoc est bonus text.in.l.penulti. suprà de vaca. & excusa. mu. Sed in cõtrarium facit tex. in.l.qui libertinos in prin.ff.de operis liber. cõiuncta.l.nec patronus in fi.

in fi.C.eo.tit.vbi libertus,qui habet duos filios liberatur à præstatione operarũ patroni, quod priuilegium habet locum,etiam si vnus filius moriatur,& tamen præstatio operarũ potest esse diuisibilis saltem quoad numerum.de hoc tamen vide latè per Io.And.in.c.dicit esse concessum. de reg. iur.lib.vj.in Nouella.& vide Alb. de Rosa.in.l.ij. §.remittit.ff.de excu.tut. ¶ Adde hîc priuilegia, quæ habet pater propter filios.vide Lodo. de Roma. in.ccccij.singula. quod incipit propter filios pater. & in secundo ordine meo. ¶ Sed an pater mereatur priuilegium statuti, vel legis propter
4 † numerum bastardorum.dic quòd non.vt not. Bal.in.l.ij.ante fi.ff.de excu.tuto.vbi vide. Quid? si pater habens tot filios excusetur à tutela,vel ab oneribus:an contineantur nepotes.vide Bar.in.l. liberorum.in.iiij.col.circa medium.ȷ̃.eod. & vide Alber.de Rosat.in.l.ij.ff.de excusa.tuto. Quid de posthumis. vide gloss. in.§.filij autem. in verbo defuncti.instit. de excusatio. tuto. Bartholomæus Cæpola Veronen.

SVMMAE.

1 *Priuilegium confirmans dare dicitur quodammodo de nouo.*

2 *Hæres esto sunt directa,& ciuilia verba.*

LEX CXXX.

LEGE OBVENIRE. Hæreditas, quæ datur ex testamẽto, dicit venire ad substitutum etiam ex lege.xij.tabu.hoc dicit.Et ratio dubitãdi:quia dato, quòd ius testan
1 di esset etiam † inuentum à lege.xij.tab.vt.l.verbis legis.& ibi dixi. suprà eodẽ. tamen videbatur, quòd ex quo testator instituit vnum hæredem, quòd ille hæres non habeat à lege.xij.tabu.sed ab ipso testatore.quia lex.xij.tab.nõ est illa, quæ dat, sed ipse testator:sed ratio decidendi est,quę ponitur hîc in fin.quia cum lex.xij.tabu.confirmet,& approbet testamẽta,& hæreditates in eo relictas, merito ipsa etiam videtur dare.Ex quo ista.l.semper allegatur.quòd ille,qui confirmat,videtur dare: quod intellige, si dependet ab eius autoritate: de quo per gl.& doc.in.l.& quia.s̃.de iuris.om. iudi.& per Cy.in.l.ij.C.de cõfir.tuto. Quid autem prosit confirmatio priuilegiorum,& aliarum rerum,vide per Bar.& Bal. in.l.priuilegia.C.de sa
2 crosan.eccl. ¶ Nota etiam,quòd hæc verba † hæres esto,sunt directa,& ciuilia,hoc est à iure ciuili inducta.ita dicit Barto.per istum tex.in.l.Centurio.in prima.q.principali.versi.quæro quis sit effectus substitutionis compendiosæ, quando fit per verba merè directa.&c.s̃.de vulga.& pup.¶ Nota etiam istum tex.qui allegatur per Bar.in rubr. ff.soluto matrimonio.in secũda quæstione. quòd hæreditas est de iure ciuili.de quo etiam dixi in.l. verbis legis.suprà eodem.

SVMMAE.

1 *Fraus & pœna,tum multa,quid sint,ac quî differant quid autem sit multa,vide Aul.lib.xj.c.j.*

2 *Noxa & noxia differũt,nam noxæ dare est aliquem pœnæ tradere.Ouidius. j.Fastorum.*
Verba fides sequitur, noxæ tibi deditus hostis,
Noxia verò est culpa,seu vitium ipsum. vnde dicimus in noxia es.

3 *Sine dolo,(tametsi committat) non est quisquam puniendus:ergo fatuus noxæ nequaquam dandus est.*

4 *Multa quænam antiquis maxima : Aul. Gel.lib.xj.*

5 *Solet,etiam de vnico actu dicitur.Fallit in odiosis.numero 7.*

6 *Consuetudo duplex.*

8 *Frequenter,& sæpe de gemino actu dicũtur,in odiosis controuersia est.*

9 *Delegatus non tantum multat, quantum ordinarius.*

10 *Non appellans à sententia,num possit ab eius ipsius executione appellare.*

11 *Pœna in dubio cui applicanda,remißiuè.*

12 *Multa non efficit infamen.*

13 *Meretrices & banniti,an sint infames,remißiuè.*

LEX CXXXI.

ALIVD EST FRAVS. Ista lex ponit duo principaliter.Primùm, † quid differat fraus à pœna:& in hoc ponuntur duæ differentiæ. vsque ibi inter multam. ibi ponitur.Secundùm, quid differat multa à pœna, & in hoc ponuntur tres differentiæ hîc. Prima durat vsque ad versicul. & multa quidem. ibi. Secunda differentia, vsque ad versiculum. Item multam. ibi ponitur. Tertia vsque ad finem. & hoc sufficiat loco diuisionis, & summarij. ¶ In textu. ibi noxiæ.dic,id est delicti. † Nam vt est versus vulgaris.

Noxia delictum,delinquens noxa vocatur.

Vt habetur in.§.j.& ibi gloss.instit.de noxalibus. ¶ In tex.ibi specialis peccati subaudi,scilicet coertio est, quod est suprà, sed hodie est secus, quia multa nõ cadit,nisi in pœna pecuniaria. vt sequitur cuius animaduersionis, &c. per quẽ corrigi-

tur istud præcedens secundum gloss. hic.& bene. Nota primò, quòd fraus est propriè ipsum delictum, vnde fraus potest esse sine pœna, quia fortè delictum non punitur, vel quia nescit, vel quia non potest, vel non vult aliquis punire, vel alijs pluribus modis. ¶ Nota secundò, quòd pœna non debet esse sine fraude, & sic sine delicto.

¶ Sed si fraus acciperetur pro dolo, esset dubiũ. an quis possit pati pœnam de eo, quod ipse commisit sine dolo? dic, quòd non. vt est gloss. not. & ibi hoc not. Flor. in.l.ossa.§.si in locum. suprà de religiosis. Et ideo dixit dominus meus do. Flo. in
3 voce me audiente sub eo, quòd † fatui non possunt fustigari, vel aliam coertionem pati, propter aliquod delictum, ex quo non possunt esse in dolo. Nec obstat.l.respiciendum.§.delinquunt. suprà de pœnis: quia ibi loquitur, quãdo culpa præcessit casum. ¶ Nota, quòd verbum pœna, est generale ad omnes coertiones. ¶ Nota etiam, quòd multa olim erat coertio cuiusdam specialis peccati, hodie verò multa dicitur solum pœna pecuniaria, vt dixi super text. Nota etiam, quòd multa propriè est illa, quæ descendit ex arbitrio iudicis, vbi non est expressa aliqua pœna certa à lege, sed quando est certa, & specificata à lege, tunc illa dicitur pœna non multa. ¶ Vltimò nota, quòd solus iudex ordinarius potest multam imponere, de quo dicam in gloss. super verbo adiudicatio, sed pœnam potest imponere vnusquisque, qui habeat aliquod crimẽ exequi. ¶ Adde ad prædicta,
4 quòd maximã † multam dixerunt antiqui trium milium, & viginti assumi, quia non licebat quondam pluribus triginta bobus, & duabus ouibus quemquam multari. vt dicit Festus Pompeius. in verbo maximam multam. venio ad glos. Adde etiam, quòd multa æquiparatur banno. vt est gl. not. in.l.j.§.ex hoc rescripto. in verbo multis, de ventre inspicien. Cætera dicam latius in.l.si qua pœna. infrà eodem. ¶ In gloss. in verbo solet, scilicet aliquando. Not. ex glos. quòd verbum solet,
5 vel solitus, est non facit regulam, & adde, † quòd istud verbum verificatur etiam in vno actu tantùm. ita dicit not. Bartol. in.l.j.C.quomodo, & quando iudex. & in.l.Mela.§.sed si alimenta. suprà de alimen. & cibar. lega. & vtrobique. idem dixit in verbo vsitatum est, vt in vno actu verificetur. & vide quod dixit Archidiaco. per illum tex. in.c.cum de beneficio. de præbẽ. in sexto. Ex quo not. quòd dictio aliquando, verificatur in vno actu, vel vna vice tantùm. Nam si verbum verificatur in vna vice: & gloss. scilicet aliquando. ergo dictio verificatur in vna vice, & pro hoc videtur esse glo. in.l.j.C.de senten. & interlo. omnium iudi. sed Rapha. ibi in dicta.l.j.C.quomodo, & quando iud. dicit, quòd videtur, quòd dicta.l.Mela.§.j. probatur rectè intuenti potius contrarium: quia ibi in verbis testatoris non cõtinebatur verbum soleo, sed verba testatoris erant, lego alimẽta, quę viuus præstabã, sed salua eius reuerẽtia, imò optimè probat opi. Bar. licet verbum solitus, nõ esset appositum in testamento, quia dicit ibi Iurisconsultus, ꝙ prædicta verba testamẽti veniunt præstanda alimenta, quæ solitus erat præstare tẽpore mortis, & posteà in fine dicit, ꝙ vltima præstatio est considerãda, & sic in vna præstatione vltima verificatur verbũ, solitus. Et per hoc dico, ꝙ Bal. in.c.j.§.fi. in ti. qui feu. da. po. nõ videtur bene lo-
6 qui, dum dicit, ꝙ † quædã est cõsuetudo, quæ requirit prescriptionẽ, & tunc secũda non tollit primam, nisi sit præscripta, vt.l.nemo.§.tẽporis.ff. de reg. iur. quædã autem est cõsuetudo †, quæ nõ requirit præscriptionẽ: & tunc secũda cõsuetudo etiã tollit priorem, & allegat pro hoc.d.l.Mela.§. sed si alimẽta. Sed non bene, quia non facit. nã ibi loquitur in verbo solitus, nos autẽ in verbo consuetus, ibi dum dicit, quæ mortis tẽpore solitus erat. ¶ Aduerte tamẽ, ꝙ dictum Bar. procedere videtur in causa fauorabili, & ita loquitur text. quẽ allegat in.d. sed si alimẽtã. Sed in materia pœnali, videtur attendi cõmunis modus loquẽdi.c.ex literis. extra de spon. vnde si statuto cauetur: ꝙ si quis
7 † est solitus cõmittere furtum, puniatur capite, non debet puniri pro vna vice. ita dicit Andr. de Sicilia in.c.quoniã frequẽter. in princ. extra vt lite
8 non cõtest. Sed quot vicibus verificatur ista † dictio frequẽter, dic duabus. tex. est in.c.in vna tantum.xxvj.di.gl.in.c.monasteria. extra de vi. & hone. cle. quod est vtile ad cõstitutionẽ episcopalem puniẽtem illos, qui frequẽtant monasteria monialium. & ita tenẽt doc. in.d.c.quoniã frequẽter. & est gl. melior de iure nostro in authẽ. de defen. ci.§.fi. coll.ij. Sed in cõtrariũ ego do casum expressum in.l.nam ad ea. cum.l.seq.ff.de legib. in quibus probatur, ꝙ verbũ frequẽter, nõ verificat̃ in duabus vicibus tãtùm. vide quod scripsi in.l.si quis sit fugitiuus.§.errorẽ. de ædi. edi. Sed quid de verbo sæpius, dic, ꝙ per duas vices verificat̃. glo. est in.§. quia vero. in authẽ. de testibus. & tex. in.l. de vnaquaq;.§.j. iũcta.l.cõtumacia.§.j.ff. de re iudi. vide Sali. in.l.si fugitiui.C.de ser. fugi. & probat̃ in rub. C.si sæpius in integrum restit. postu. cõiuncta.l.j. eodem titu. Item pro hoc facit: quia sæpe, significat duas vices ad minus, vt in.c.quia sæpe. de elec. in.vj. & ibi per Archidiaco. de ista dictione sæpe, vide per Albericum, de Rosate, in suo Alphabeto sub litera, s, in dictione sæpe. Sed certè imò non verificatur per duas vices. casus est not. in.l. seruos. ibi bis aut sępius.C.ad leg. Iul. de vi pub. & ibi

ibi vide Sali.in fine. & in.l.cum quæſtio.§.j.ibi,& poſteà iterum,vel ſępius.C.de legatis.& ibi etiam Sali.& probatur in.l.capitalium.§.ſolent.verſi. ꝙ ſi ita.ſ.de pœnis.nec obſtat dicta rubrica. quia illa loquitur quærendo,non diſponendo ſecundum Sali.in dicta.l.ſeruos.ad finem.Sed cõtra Salic.ego do tex. expreſſum in.l.fin.in.§.& hæc quidem.in fi.ibi.Semel enim,& non ſæpius eam peti cõcedimus.C.de iure delib.vbi verbum ſępius. verificatur etiam in duabus vicibus.Nõ obſtat dicta.l.ſeruos.& dictus.§.ſolent. in dicta.l.cũ quæſtio.§.j. quia fateor, ꝙ poteſt verificari in tribus, & quatuor,vt ibi.ſed tamẽ non per hoc deſunt, quin etiam poſsit verificari in duabus. Et de iſta dictione ſæpius,vide per Albe.in.l.cum de nouo.C.de legib. ¶ In gloſſ.in verbo adiudicatio ibi. vt.C.de ſportul.l.ij.Cy.ibi in dicta.l.ij.ſecũdum Pet. dicit, quòd.l.eos, hîc allegata pro concordanti non ob-
9 ſtat.nec iſta,quia dicit, † ꝙ imò delegatus poteſt mulctare,vt ibi,ſed non in tantùm,in quãtum faciunt ordinarij.vt dicta.l.eos.Sed contra eum videtur facere iſte text. ibi, magiſtratus enim ſolos. & hîc in fi.¶ In gl.in verbo competit ibi.j̃.eo.l.ſi qua pœna.in prin.dic, quòd aut quærimus, nun-
10 quid ab executione pœnæ † poſsit appellari,& dicas,quòd non,vt.l.ab executore.& ibi per doc.ſ. de appel.Sed à ſententia lata,quæ infert pœnam, bene poteſt appellari,vt not.in dicta.l.ab executore, & in.l.ab executione.C.quorum app. non recip.de hoc tamen dic,vt latius dicam.j̃.e.in dicta l.ſi qua pœna. ¶ In ea. gloſſ. ibi, ſed pœna actori plerunque.In dubio autem cui applicetur pœna,
11 † an fiſco, vel parti? vide Bartol. in.l.agraria. ſuprà de termino moto.& latè per Angel. de Aret. inſtitu.de actio.§.pœnales.verſicu.in eadem glo. ibi in quinquaginta aureis.¶ In ea gloſſ.ibi multa non infamat.Not.bene iſtam gloſſ.ad id quod dicit glo.in.l.j.C.de modo mult.videlicet,quòd hodie propter hoc bãniti non ſunt infames,& idem tenet Bar.in dicta.l.j.de quo vide per Ioan.de Platea.inſtit.de pœna temere litig.§.ex quibuſdam. circa finẽ. ¶ De damnatis autem per inquiſitionem dic,vt per Barto.& Ioan. de Imola in.l.infamem.ſuprà de public. iudic. & per Bald. qui hoc diſputat pro, & contrà, in.l.etiam.C.de furtis. & Bal.in.l.j.C.de calum.& Bar. vel Bal. in quodam ſuo conſil.quod incipit Ioan. Notarius de caſtro. & cætera.& vide etiam Abbatem,& domi.Ioan. de Anania pleniſsimè in cap. inquiſitionis. extra de accuſatio.Sed quid de meretricibus,an ſint infames? vide per Specula. in titul. de ſententia.§.j. verſicu.quid ergo de illis, qui quotidie banniuntur in Arrengis publicis.& per Ioan.de Platea in dicto.§.ex quibuſdam.

S V M M A.

1 *Horæ tres, & viginti deficientes, non efficiunt, vt quis non dicatur anniculus, vel annum cõpleuiſſe.*

LEX CXXXII.

ANNICVLVS. Qui moritur in vltima die vnius anni tangendo ſolùm de illa vltima
1 die † dicitur habuiſſe vnũ annũ. hoc dicit. Et pone caſum, quidam inſtituit filium ſuum, qui fortè erat menſiũ quatuor,vel circa,& ſi ipſe filius dum moreretur,haberet vnũ annum Sempronium ei ſubſtituit, modo filius mortuus eſt, incipiente vltima die anni,deciditur hîc, ꝙ ſubſtitutus admitteret, quia anniculus filius factus eſt. de quo dic,vt.j̃.e.l.anniculus.Nota tex.hîc de cõſuetudine loquẽdi,ſic in.l.cum delanionis.§.Aſinam.ſ.de fun.inſtruc.& in.l.in vſu vulgari.j̃.e.& plenè habetur per Barto.in.l.Labeo.ſuprà de ſupellect.lega.& in.l.librorum.§.quod tamen Caſſius.ſ.de leg.iij. Barptholomæus Cæpola.

S V M M AE.

1 *Textus lectio duplex.*
2 *Teſtium depoſitio,quæ variat ſecũdum ante & poſt, concilianda eſt,vt ante, ad finem,poſt ad principium referatur.*
3 *Præpoſitio ante,quo accipienda modo.*
4 *Promiſsio de vendendo poſt aliquod factum, valet: adeò quòd,ex ea oritur actio venditi.*

S. ANTE DIEM. Iſte.§.eſt aliquantulum difficilis in textu propter variationẽ literæ. Nam
1 in text.habetur bis variatio † literæ. Aliqui enim habent ante diem duodecimum,& infrà habent in vtroque, & ſecundum iſtam literam, quæ eſt magis communis.hoc dicit.Promittens ante diem duodecimum talis menſis,vel poſt diem decimum videtur promiſiſſe in die vndecimo. hoc dicit. Et ſecũdum iſtam literam ſubaudias ibi ante diẽ duodecimum.ſ. inchoatũ, vel incœptum: & ibi poſt decimum diem,ſcilicet finitum, & cõpletum,& iſto caſu habes,infra in vtroque, & nõ in neutro. ¶ Secundò habetur in tex.ante decimũ diem, & tũc infra habetur in neutro,nõ autẽ in vtroq;:& ſecũdum iſtã.h.d.promittẽs ante diẽ decimũ cõpletum,vel poſt diẽ decimũ inchoatũ ſoluere, nõ videtur promiſiſſe in vndecimo die.h.d.Subaudi tu, ſed videtur promiſiſſe in decimo die, vt

probatur in.l.qui ante Calend.ff.de verb.oblig.Et secūdum istam literam,dum text.dicit ante diem decimū subaudi, scilicet cōpletum,& ibi post decimū diem, scilicet inchoatū. & isto casū habeas in text.in neutro,non autem in vtroq;, & ex istis habes tex.cum gl.clarū.¶ Nota ex isto text. quomodo possunt testes reduci ad cōcordiam,quando aliqui dicunt istud fuit factum ante guerram,
2 alij dicunt † post guerram, vt primi intelligantur ante guerrā,scilicet finitam,secūdi post guerram, scilicet inchoatā.de quo vide per Bar.Ang. Raph. & Imol. in dicta.l.qui ante Calendas.ff.de verbo.obli.& Bar.& doct. in.l.ij.§.penul.ff.si cer. peta. & per Bar.Ang.Raph.& Imol. in.l.si finita. §.sed si ante.ff.de dam.infect.& per Iaco. de Are. Barto.Bald.& Angel.& omnes Moderniores in l.insulam.§.fructus.ff.soluto matrimo. & Barto. & doct.in.l.j.in princi.ff.de noui operis nuntia. & per Iaco.Butri.& doc.in.l.sed si possessori.§.item si iurauero.ff.de iureiuran.& per Iaco. Butrig. & Flor.in.l.cum de ætate. suprà de probatio. & per Barto.in.l.j.in fi.& ibi doc.C.de vsufructu.& per Barto.in.l.Labeo.circa medium.suprà de supelle. lega.& in.l.eos.in fine principij. suprà de falsis. & per Ange.in.l.qui sententiam,C.de pœnis. & per Barto.Bal.& latè per Ioan.de Imol. in.l.inter stipulantem.§.si Stichum.suprà de verbo.obliga.& latè etiam per domi. meum.d.Ang.de Aret.insti. de actio.§.si minus.ad finem.& per gloss.& doct. in.c.in nostra.extra de testibus.& per tex.gloss.& docto.& ibi Anto.de Butr.in.c.cum tu.eodem titu.& per glo.& Innocen in.c.cum contingat. extra de officio delega.¶ Nota etiam ex isto textu,
3 quòd ista præpositio ante, † aliquando ponitur exclusiuè,aliquando etiam inclusiuè,vt hîc,& est gloss.& ibi not.in.l.cum bissextus.in verbo sexto. & de vtroque est hîc text. cum gloss. & est text. apertus. in cap. ad nostram. ibi ante consummationem.extra de regul.& transe.ad religio.¶ Circa quod dic, quòd si dictioni ante, post ponitur dictio quàm,vt antequam, tūc non denotat tempus factum. extra de verborum signification.c, quod dicitur. &.xvij.quæstio.ij.ca.priusquam. & vide.xj.quæstio.iij.c.statuimus.¶ Item dic, quòd etiam denotat continuationem sequentis temporis ad præcedens.suprà de ritu nupt.l.qui in prouincia §.fina.Vnde est argu. quòd si testis dicat, vidi talem possidere ante quadraginta annos, & hodie possidet, quòd quasi continuata possessio sit probata. ¶ Quandoque tamen ponitur pro contrà.vt est tex.in.l.iubemus nullam nauim.C. de sacrosanct.eccle. ¶ Quandoque ponitur pro aduerbio temporis, vt.l.ordinariorum.C.de cohortalibus.li.xij.&.l.vnica.C.de profess.vrb.constanti.&.l.precario.suprà de precario. de quo per Bar.in suo tractatu præpositionū in verbo ante.

QVAERO ab extra,pone instrumentum dicit actum.xj.de Ianuarij,& non dicit intrante, vel exeunte mense,an valeat, & quomodo intelligatur.vide omnino latè per Bald. in titu. de pace Constantiæ,in vltima char.in princi.

4 QVAERO † secundò,interrogaui aliquem si volebat mihi vendere suum librum , vel suum equum:respōdit,quòd antequam, vel priusquam vēderet mihi,volebat ipsum tenere per annum, vel aliquid aliud facere:deinde illud fecit,an teneatur posteà vendere ꝓpter prædicta verba?dic, ꝙ sic, vt probatur in gloss. in.l.certum.ff.si certum petatur. in glos.j.in princi.dum dicit, quia suprà ea.l.j. promisit interpretationem , coniuncta.l.j. in princip. eodem titu. in qua non dicitur aliud, nisi quod dicitur ibi bene est, priusquā ad interpretationem.&c.& sic illa verba prius,quàm, vel antequam perueniamus, importāt promissionē; quod nota,& adde ad not.in.l.actione.C.de trāsact.& in.l.si eum.§.qui iniuriarum.ff.si quis caut. ¶ In glo.prima.ibi,quælibet dies mensis, &c. dic hoc est falsum,quia nisi prima dies mensis,& dies post Nonas,& Idus dicūtur Calendę.vnde secunda dies mensis vsque ad decimumtertium diem non potest nuncupari Calendæ,vt patet ex text. & glos.cum his,quæ ibi dixi in.l.cum bissextus.ff. eo.In ea.gl.ibi ante diem decimum, scilicet completum.¶ In gl. in verbo diem duodecimum,ibi post decimum diem dic,scilicet finitam.

SVMMA.

1 *Verbum pario,cum agere significet, non verificatur in muliere mortua. vnde exactus, vel extractus infans, partus propriè non dicitur.*

S. FALSVM EST.Illa non dicitur peperisse ex cuius vētre, dum esset mortua,filius extractus est.h.d. Et ideo secundum gl.si alicui legentur decem, si ipsa,vel alia pepererit, ꝙ non veri-
1 ficatur cōditio, † si ex corpore matris mortuæ filius extrahatur.¶ Sed bene verificaretur cōditio, si filios habuerit, quia illa dicitur etiā habuisse filios,ex cuius ventre.&c.iste est propriè casus in.l. etiā ea.j.e. ¶ In gl.j.ibi alij.s.i.dic fratres , vt dicit in.l.iij.C.de inoffi.testa.& adde,quòd illa.l.iij.singularis,habet locum etiā in filijs,iam natis. vt est casus in.l.cum mater.C.de inofficioso testamento.secundum Pau.de Cast.in dicta.l.iij.& in.l.Titius testamento.in fine princi. suprà de liberis, & posthu. Barptholomæus Cæpola.

Summæ

SVMMAE.

1 *Intra diem mortis facti promißio, totam diem, quo promittens moritur, continet: dictio enim intra includit. vt nume. 2.*

3 *Quicquam promittens per se facere, non potest per alium, sed tamen distingue. & nu. 5.*

4 *Doctor an per substitutum interpretari queat, distingue. vt hic.*

6 *Ad soluendum deputati non possunt per alios soluere.*

7 *Commissus à iudice, vt personaliter faciat, per alium non potest. fallit si partes consentiant.*

LEX CXXXIII.

SI QVIS SIC. Promittens aliquid facere intra diem, id est, in die mortis suæ, potest facere fieri etiam post mortem suam, in illo tamen die, quo mortuus est. hoc dicit, secundum intellectum gloss. ¶ Et ratio dubitandi secundum eam poterat fortè esse, quia dixerit intra, & sic quasi ante mortem videatur promittere facere. Sed ratio decidendi est, quia dictio † intra, iuncta tempori totum illud tempus includit. vt est tex. apertus in. l. j. §. quod dicimus. suprà de success. edicto. Vel magis in specie. dic, quòd ratio decidendi potest esse, quia nemo scit certum diem suę mortis, vt. l. j. suprà de conditio. & demonstratio. vnde ne fortè faciat per multos annos ante mortē suam, lex voluit, quòd posset expectari mors sua, & tūc post mortem alius pro eo facere posit: in eo tamen die, quo moritur. Ego autē intelligo istum text. aliter secundum quod, hoc dicit. dies vltima dati termini, cum hac adiectione intra, computatur in termino. hoc dicit. Et ratio dubitandi erat propter. l. j. suprà si quis cau. vbi dies termini non computatur in termino. vnde videbatur, ꝙ istud factum posset adimpleri etiam in die sequēti post mortem suam. ¶ Sed ratio decidendi est propter illam præpositionem † intra, quæ significat inclusionem: & sic non obstat dicta. l. j. quia limitatur per istam, vt dixi, propter dictionē intra, quæ est inclusiua, vt tunc dies dati termini non computetur in termino: vt est casus hîc multum notabilis. vel dic, quòd dicta. l. j. loquitur de die prima, in qua terminus asignatur, quæ in termino non computatur, hîc autem loquitur de die vltima termini asignata, quæ bene computatur, & hoc verius. Et licet iste intellectus sit in se verus, & notabilis, & probetur optimè per istam legem, tamen primus intellectus gloss. magis est conformis literę, ibi, ipse quoque dies, vbi per dictionem quoque, apparet, quòd dubitatur solùm, an dies vltima termini debeat cōputari, vel non, non autem dubitabatur de die sequenti: quia de illa non erat dubium. ¶ In gloss. dies, in fine. ex ista gloss.

3 not. † ꝙ quis non potest id, quod promisit per alium facere, quando per alium non æquè bene posset fieri: & ideo infertur, quòd doctor nō posit legere per substitutū scholarem, quando scholaris non est ita sapiens: imò dixit Bart. in. l. j. in fi. per illum tex. C. de præpo. agen. in rebus. lib. xij. ꝙ etiam si scholaris esset sufficiens, tamen non posset legere pro doctore: quia doctor semper debet substituere vnū, qui sit in eadem dignitate. sicut ipse est, ita, quòd alium doctorem substituere debet. pro hoc est text. notabilis. in. l. Parabolani. ibi exceptis honoratis. & ibi Bal. C. de episco. & cler. & facit, quod not. Bald. in simili in prorogatione iurisditionis in. l. repetita. eo. tit. & vide, quod not. Abb. Sicul. in. c. constitutus. in tertia col. in princi. extra de appel. Sed in contrarium est gloss. not. in l. j. C. de mancip. & colo. lib. xj. vbi gl. voluit, quòd scholaris non posit nimis diu legere pro doctore. ergo vult, quòd scholaris posit substitui saltē pro paruo tēpore. Sed an, & quādo doctorē substituere posit, dic, quòd si talis doctor legēs, non potest legere propter casum contingentē in eius personam, tunc poterit deseruire per substitutū. facit. l. excepto. C. locati. Idem si esset consuetudo in loco, quòd doctor posit legere per substitutum argu. l. quòd si nolit. §. quia asidua. s̄. de ædil. edic. & l. si prius. §. j. s̄. de aqua plu. arcen. Et idem si esset particularis consuetudo talis doctoris aliâs ita substituendi. argu. l. plenum. §. equitij. s̄. de vsu & habi. Et idem etiam dicitur, si talis doctor vellet seruire Deo, se clericando per. l. quisquis. C. de episcopis, & cleri. Et idem si vellet substituere filium suum, vt est casus vnicus in iure in. l. sciendum. §. item legati. ff. de legationi. Et idem etiam dicitur, si talis doctor esset absens: tunc enim potest legere per substitutum. vt. l. si absente. eodem tit. ff. de lega. & in. l. de pollicitationibus. suprà de pollicitatio. Idem quando volens substituere multum in alijs laborasset. vt not. Barto. per illum textum, in dicta. l. j. C. de præposi. agentibus in rebus. lib. xij. Item fallit, quando non posset legere propter infirmitatem, vt. l. Titius. §. si. ff. de excu. tu. quia tunc bene posset legere per substitutum, vt ibi secundum Bal. in. l. si. ff. de excu. tu. Item an doctor posit legere, per substitutum. vide omnino Bald. in. l. qui in collegio. ff. de excusatio. tut. & non omittas. & in cap. si quis decesserit in titu. si de feu. fue. contro. vbi tamē non ponit de doctore, sed alio. Adde tamen prædictis, quòd doctor

non poteſt legere per ſubſtitutum inuitis ſcholaribus,vt.c.fina.§.his autem.de officio delega. Et idem in prędicatore,vt not.Innocen.in cap.quoniam Abbas.de officio delega. Et de iſta quæſtione,an doctor poſsit legere per ſubſtitutum, vide per Cyn.in.l.j.§.ne aui.in quarta,& vltima quæſtione.C.de caduc.tollen.& Bartol.in.l.nemo. eſt qui neſciat,de duobus reis,& per Bald.poſt Cyn. in.l.quiſquis.C.de epiſcopis,& cler.& vide in Speculo de ſalarijs.§.fina. ad finem. verſicu. Quid ſi doctor.vbi cócludit in ſcriptore, & in alijs, quòd non poſsint,& per Ioan.Andr.in regula, qui per alium,in Mercurialibus.libro.vj. & in cap. extirpandæ.de præbendis.& vide Florentinum, & Ioan.de Anania.in.c.cum ſit ars. de ætate, & qualitate, qui tenent indiſtinctè, quòd doctor poſsit ſcholarem ſubſtituere ad lecturam, per illum textum,qui cum gloſſ. fortiter facit Bartol. ſuprà & contra legem parabolam, ſuprà allegat. Cogita pro nunc.

QVAERO,quid ſi aliquis promiſit aliquid mihi facere ſua manu:an poterit facere per aliũ?
5 dicas,quòd † non.text.& gloſſ.& ibi Bartol. ſingulariter in.l.probatorias.C.de diuerſis officijs.libro.xij. vbi dixit Bartol. quòd ſi ſtatutum dicit, quòd inſtrumentum confeſsionatum ſcriptum manu publici notarij de cõtractu rogati plenam faciat fidem, & executioni mandetur, quòd inſtrumentum exemplatum etiam authoritate iudicis non faciat fidem:nec mandabitur executioni:quia non ſcriptũ manu notarij rogati de contractu.¶ Vide quæ plenè ſcripſi lib.de conductis doctorum, & militum, in ſecundo lib.vj.q.ij.dubij principali.& vide conſilium do.Ant.de Sicilia pro Nicolao de Zacharijs. ¶ Secus ſi illa verba manu notarij non eſſent in ſtatuto: quia tunc illud exemplum authoritate iudicis autenticatum faceret fidem,& executioni mandaretur, vt.l.chirographis. de adminiſtra.tut. & idem dixit Bart. in authen.vt ſponſa.largi.§.ſi quis in aliquo documento. &hoc ſequitur do.Andr. de Barptholomæo;de Sicilia in cle.j.§.nos itaque. in verſi.not. ibi.per manus noſtras de iureiur. vbi eſt etiam caſus de hoc,& ibi domi.Cardi.allegat de hoc gloſſ. ſingularem in cle.j.in verbo publicè. de vita, & honeſta.cler.& vide quod not. Bald. in.c.j.§.furtum.ad fi.in titu.de pace iura.firman. Itẽ pro hoc etiam allego tex.in.l.per hanc. ibi erogator manu ſua.C.de eroga.milita.anno. lib.xij. vbi per illum text.dixit Barto.quòd cõſeruatores monetæ, qui
6 ſunt deputati † ad ſoluendum ſtipendium, non poſſunt ſtipendium ſoluere per ſubſtitutum, ſed ſua manu ſoluere debent.ad idẽ eſt tex. in eadem l.per hanc. ibi per ſuam manum. ſolutio &c. vbi notanter dixit Barto.per illum text.quòd ſtipendiarij non poſſunt conſtituere procuratorem ad ſtipendium recipiendum: quia per manum propriam debent ſtipendium recipere: & ideo ſint cauti procuratores communes, quòd nunquam procuratoribus ipſorum ſoluant. Ad hoc etiam facit in.l.diſcretis.in princi.ibi ſua manu ſcribenti.C.qui teſtamenta face. poſſ. & in.l.iubemus. in princip. ibi manu teſtatoris.C.de teſtamentis. in contrarium videtur facere.l.diuus.in princip. ſuprà de falſis.Sed tu dic,quòd imò facit contra ibi, qui ſua manu id fecit:ſed etiam eum,qui per ſeruum.&c.quia ibi dictio ſed,ſtat inter diuerſa. Nõ obſtat principium illius legis, quia reſpondeo, ꝙ iuriſconſultus,infrà poſteà extendit edictum Diui Claudij,vt ibi apparet in textu.

QVAERO,quid ſi aliquis, putà, iudex, vel
7 alius mandat alicui, † vt perſonaliter aliquid faciat,vel perſonaliter vadat ad videndum cõfinia, vel aliquid aliud,an poſsit is alteri demandare, & ſic per alium facere,videtur,quòd non. per.l.j.§. ne autem.C.de cadu.tollen.cum ſimili.Sed tu dicas hoc verum,niſi partes quarum intereſt id negotium fieri perſonaliter conſentiant: quia tunc alium mittere poterit,& non aliter. caſus eſt notabilis in.c.final. verſicu. is autem. & ibi omnino vide gloſſ.qui ponit ſimiles quæſtio.extra de officio delega.& not.gloſſ.ij.& docto.in cap.cum dilecta.extra de reſcriptis. Barptholomæus Cæpola Veronenſis.

SVMMA.

1 *Dies cœpta non autem finita, ſitné de termino, haud quidem exilis eſt controuerſia.*

LEX CXXXIIII.

ANNICVLVS. Ille dicitur anniculus,qui tetigit trecenteſimum & ſexageſimum quintum diem.h.d.Nota,quãdo fit mentio anni, in fauorabilibus ſufficit tetigiſſe vltimã diem, & ſic non fit dinumeratio de momento ad momentum.Not.hîc in fi.ſecundum aliquos, quòd dies,quæ non eſt integra ſecũdum ciuile compu-
1 tum, † non connumeratur inter dies termini.vt hîc probatur ſecundum Bal.in.c.j.in princ.in tit. quo tempore miles.in vſib.feu.ſed certè iſte text. hoc non probat.Imò vult contrarium, videlicet, quòd dies incœpta,& non cõpleta,& ſic non integra,cõnumeretur:quia ſi non cõnumeraretur, non ſufficeret tãgi de.ccclxv.die. quod tamen hîc negatur.

negatur.¶ In glo.in verbo.lxv.in fi.de hoc dic,vt dixi in.l.cum bissextus.s̃.eo.¶ In glo.in verbo incipiente.ibi, sic in vsucapione, dic, ratio est: quia vsucapio est fauorabilis.l.j.s̃.de vsucap.& insti. de vsucap.in prin.¶ In ea.gloss.ibi.l.& si non sint.§. quid ergo.de hoc dic, vt dixi in.l.pecuniæ.§.opere.in fi.s̃.eo.in prima charta.¶ In glo. in verbo ciuiliter,id est secundum consuetudinem loquẽdi. Not.bene istam glo.pro consuetudine loquendi, quæ semper allegatur cum isto text. facit.l.in vsu iuris.&.l.in vulgari.§.j.j̃.eo. In contrarium facit. l.si dictum.in prin.s̃.de euictio.

SVMMAE.

1 *Monstrosus æditus filius, an conditionem purificet, distingue culpáne sua tal~ ædiderit an fataliter. hoc modo purificat, illo contra.*

2 *Similitudo mariti matris in filio non arguit filium esse legitimum, imò magis illegitimus putandus est.*

LEX CXXXV.

QVAERET ALIQVIS.
1 † Si relinquatur mulieri aliquid si filium habuerit, vel ediderit:& ipsa ædidit filium monstruosum sine culpa sua, debet habere relictum.hoc dicit.Nec intelligas,ꝙ ista conditio fuerit apposita seruæ,vt si pariat,efficiatur libera,& sic hîc sit speciale in libertate, vt dicebat gloss.& ibi dixi in.l.qui mortui. suprà eo. quia hîc loquitur de quacunque muliere etiam libera.imò loquitur etiã de patre, vt ibi hoc quoque parentibus.&c.& hoc etiam patet ex tex.hîc in fine.ibi,quod fataliter.&c.¶ Nota ergo,ex isto tex.quòd est possibile, quòd mulier pariat filium monstruosum,& non habentem formam humanam,etiam sine culpa,vel vitio suo, & sine culpa mariti,putà,quia mulier in conceptione cogitauit de illo animali,vt dicit hîc gloss. ¶ In gloss. in verbo fataliter in fi.Not.ex glos. ista optimè probari cõtra communem opinionem † vulgi,quæ
2 vult, quòd ille sit præsumptiuè filius meus, qui mihi assimilatur,quando est natus ex vxore mea. Nam dico,quòd imò præsumptio in cõtrarium: quia quãdo vxor habet rem cum alio viro, semper cogitat de suo marito,&sic ex hoc filius marito magis assimilatur,vt hîc,& est gl.in.l.non sunt liberi.s̃.de statu homi.& ita sentit Bart. per hanc gloss.in.l.Gallus.ad finem princ.s̃.de libe.& posthu.& idem tenet Flor.in.l.iij.§.sciendum. in fine primæ col.s̃.ad exhibendum.& fuit originale dictum Iac.But.in.l.ij.C.de Carbo.edicto. & idem dixi in.l.ostentum.suprà eo.vbi vide,quæ ibi scripsi,& vide,quæ dixi in.l.qui mortui nascuntur.s̃. eodem. Barptholomæus Cæpola Veronen.

SVMMA.

1 *Si filia ex filia neptis est, eius maritus est gener.*

LEX CXXXVI.

GENERI APPELLATIONE. Appellatione generi venit non solùm maritus filiæ meæ, sed etiã maritus neptis,& proneptis meæ ex filio,vel ex filia.hoc dicit.Barptholomæus Cæpola. ¶ Sicut ergo filia ex filia neptis est nobis, perinde
1 atque ex filio nata,ita maritus filiæ ex filia † gener est nobis, sicut maritus filię ex filio quod nomen, scilicet gener,cõuenit etiam pro neptibus vndecũq; nascantur:nihil est aliud hîc quo sit immorandum. Hector Forestus Vasionensis.

SVMMA.

1 *Ter enixa, quæ dicatur,& quis vno ictu plura vulnera recipit.*

LEX CXXXVII.

TER ENIXA.Illa etiam dici-
1 tur † ter enixa, quæ simul tres edidit, vel peperit.h.d.iste text. facit in argumẽ. quòd si aliquis vno ictu plura vulnera alicui intulerit,quòd pro quolibet teneatur,de quo per Bartolum, in.l.si gemina arbor. suprà arbo.furtim cæsarum. & per Ioannem Andream,in regula delictum.in sexto in Mercurialibus. vbi ponit etiam de eo, qui percussit cum forcipe,& aliter loquitur,quàm Barto.Sed quantum ad istum text.dicit Barto. in dicta.l.si gemina. Quandoque fiunt vulnera successiuè,vt quia percussi aliquem in capite, & descendi in brachium percutiendo, & tunc plura sunt delicta successiuè, licet momento.allegat istam legem in argumentum. Nam mulier, quando parit filios plures,non potest simul parere, sed successiuè. vt l.Arethusa.suprà de statu hominum.Cætera dic, vt ibi latè per Barto.

SVMMA.

1 *Bonorum possessionis,& hæreditatis differentia: hæc iure ciuili, il'a prætorio defertur.*

LEX CXXXVIII.

HAEREDITATIS. Bonorum possessio continetur appellatione hæreditatis. hoc dicit mutatis verbis. Barptho lomæus Cæpola Veronen.
1 ¶ Differt autẽ † bonorum possessor ab hærede, quia hîc per prætorem fieri non solet, nec potest, ille autem potest, & ius dicentis officio est opus. Propriène, an impropriè, bonorum possessio hæreditas sit dicẽdum impropriè, vt ex gloss. manifestum est. Hector Forestus Vasionensis.

SVMMAE.

1 *In ciuitatis continentibus factum, Romæ factum dicitur: adeo, vt qui Romæ prohibitus est ædificare, illum de continentibus quoque prohibitum esse, censendum est.*

2 *Ciuitas, hoc est ciuium congregatio, ciuem potest efficere.*

LEX CXXXIX.

AEDIFICIA. Qui ædificat extra ciuitatem in continentibus ædificijs, dicitur Romæ ędificare. h. d. Et ideo, si statutũ præmiaret aliquem volentẽ ædificare Romæ, vel Bononię, habet lo
1 cum etiam in ædificante † in continentibus ædificijs extra muros ciuitatis. Facit. l. qui in cõtinentibus. infrà eo. & vide quæ dixi in. l. iij. & in. l. eum qui vectigal, & in. l. vt Alphenus. & in. l. qui in cõtinentibus. suprà eodem. ¶ In gloss. prima. ibi Romæ sit Romanus. Not. secundũ Barto. hîc, quòd
2 ciuitas † potest facere, quòd quis sit ciuis. Facit. l. j. suprà ad municipal. & Bar. allegat ad hoc istam gloss. in repetitione. l. si is qui pro emptore. suprà de vsucap. in illa quæstio. An quis habeatur pro ciue vltra medium. in versicul. & per ista multæ quæstiones possunt solui. & est text. in. l. vrbe Romana. suprà de statu homi. vide etiam gloss. lxiij. dist. ego Lodouicus, in verbo in territorijs dixi in l. ij. §. eo. & in. l. qui in continentibus. infrà eodem. Itẽ adde, quod dixi in. xx. q. de ciuilitate, & pone materiam de ciuilitate: quia hîc conuenit.

SVMMA.

1 *Perfectum id esse dicitur, cùm ad vsum, quo destinatum fuit, vti licet. per enim in compositione absolutam rem significat.*

2 *Domum cœptam perficere promittens, censetur ad principiorum rationem promittere.*

SI. PERFECISSE. Qui promittit mihi perficere ędificium, vel domum, sufficit eam taliter facere, vt vti posim ad eũvsum, ad quem est destinata. hoc dicit. ¶ Ratio dubitandi poterat esse hîc, propter verbum per, quod significat perfectionem totam. ar
1 gu. l. vrbana. † §. pernoctare. ĩ. eo. Sed responde, quòd non obstat, quia etiam in casu isto domus, vel ædificium debet perfici: sed tunc dicitur perfecta, etiam quando picturæ non sunt impositæ, & hoc est, quod voluit ista. l. cum gloss. sua hîc notabili. quam not. pro his, qui promiserunt facere vnam domũ, vel inchoatam perficere, vt non teneantur facere picturas: & hoc idem dixi in. l. pecuniæ. §. opere. suprà eo. vide Alber. de Rosa. in. l. lege Flauia. & l. lege Iunia. de manumis. vide Barto. in. l. quo minus. in quarta col. in fi. ibi perfectũ autem. ff. de flumi. ¶ Sed dubium mihi facit alia quæstio. Pone, incœpi mihi ædificare domum, & incœpi eam depingere, nec pictura, nec ædificiũ
2 est completum, vnus mihi promittit † hanc domum perficere, an tenebitur etiam perficere picturas? crederem, quòd sic. Nam verba debent semper intelligi secundum materiam, & rem super qua apponuntur: text. cum gloss. in. l. si stipulatus. suprà de vsuris. & in. l. si vno. in princi. cum gloss. suprà locati. cum ergo domus sit incœpta, non solum quo ad tectum, & parietem, sed etiam quoad picturas, ergo picturas debet etiam complere. ¶ Secundò ad idem facit: nam quãdo vna determinatio respicit plura determinabilia, semper debet ea vno modo determinare. l. nam hoc iure. suprà de vulgari, & pupillari. & l. quamuis. C. de impuber. & alijs substitu. & l. fina. C. de sententijs, & interloquutio. omnium iudi. ergo cum istud verbum complere respiciat tam muros, quàm etiam picturas vtrunque vniformiter, id est vno modo debet determinare. ¶ Tertiò pro hoc facit. l. plenum. §. equitij. cum ibi nota. suprà de vsu, & habitatio. ¶ Quartò pro hoc etiam facit, quia dum dico, promittis mihi istam domum complere? & sic eam demonstro, videris promittere eam complere cum suis qualitatibus sic demostratis: dato, quòd hoc apertè dictum non fuerit. argumen. gloss. in. l. quæ extrinsecus. suprà de verborum obligationibus. & quod no. in. l. si quis in fundi vocabulo. suprà de legatis primo. ¶ Non obstat iste. §. quia cum intelligo, quando domus non erat incœpta depingi, vt satis patere potest per prædicta. ¶ Nec obstat secundò. l. veteribus. suprà

suprà de pactis. vbi iste, cui est facta promissio de perficiendo, cum clarè non fuerit loquutus, contra eum fieri debeat interpretatio, vt hæc qualitas picturarũ, non videatur promissa: quia respõdeo, quòd imò satis clarè dixit, cum includatur in dicta promissione de perficiendo: vt suprà dixi. ¶ Et cùm de ista quæstione conferrẽ cum domino meo, do. Ange. de Aret. in platea, tandem ista pars, quam supra tenui, magis sibi placuit. Barptholomæus Cæpola.

SVMMA.

1 *Cœpisse & cepisse differunt, hoc à verbo capio, illud simplex verbi incipio est, & cum diphthongo scribitur, diuersiq; sunt significatus. vide hîc.*

LEX CXL.

CEPISSE QVIS. Ille etiam dicitur capere, qui capiendo alij acquirit. h. d. ¶ In text. ibi † cepisse non intelligas, id est incœpisse, sed propriè cepisse, quod est præteritum plusquamperfectum à verbo capio. ¶ In gl. vnica. ibi, sed contra. s. e. l. aliud. Ista gl. in effectu opponit. de. l. aliud. s. e. vbi ille. nõ dicitur capere, qui alij restituturus est: soluit gl. hîc dicens, aliquãdo quis capiẽdo alij acquirit statim, tunc loquitur ista. vt ille etiã dicatur capere, dato, q ipse capiendo alij acquirat. vt est in filio, vel seruo adeundo hereditatem, de isto iure Digestorum. acquirebant enim patri, vel domino, absque aliqua restitutione, quia nec momẽto stabat penes eum. vt. l. j. ff. si quis à pat. fue. manu. & l. placet. s. de acquir. hæred. Aliquando quis capit, & posteà alij teneẽ restituere, & sic ad hoc capit, vt alij restituat, & tunc iste non dicitur capere. ita debet intelligi. l. aliud est capere. suprà eo. Barptholomæus Cæpola Veronen.

SVMMA.

1 *Mulier sine liberis mori, non videtur, ex cuius exciso ventre viuus educitur filius, aut si captus ab hostibus regressus est.*

LEX CXLI.

ETIAM EA MVLIER. Illa mulier dicitur etiam filiũ habuisse tẽpore mortis suæ, ex cuius ventre scisso filius extractus est, non autem illa dicitur filium habere, quem habet captum ab hostibus, sed ita demũ habuisse videbitur etiam tempore mortis, si ab hostibus filius reuertatur. h. d. ¶ Nota ergo, q si legatur aliquid mulieri, si
1 † habuerit filium cum moreretur, sufficit, quòd etiam ex eius ventre puer extrahatur, & erit impleta conditio. Secus si fuisset dictum, si filium pepererit, quia illa non dicitur parere, ex cuius ventre puer extrahitur, ita loquitur propriè. l. annicu lus. la. j. § . falsum. suprà eo. & ibi dixi. Barptholomæus Cæpola Veronensis.

SVMMAE.

1 *Huius legis argumentum siue materia, quæ sit.*
2 *Coniunctio triplex realis, verbalis, & mixta, & ad quid sit eius rei necessaria cognitio. nu. 3. & 5.*
4 *Iuri accrescendi, quando locus.*
6 *Legalis coniunctio quid.*
7 *Realis coniunctio, quando dicatur, & quid operetur.*
8 *Verbalis coniunctio quid, & quando.*
9 *Cautela pro consequendo legato ex duobus testamentis, non obstante regula, Ne quis ex duabus causis lucratiuis, &c.*
10 *Coniunctio mixta, quid sit.*
11 *Textus incipit.*
12 *Obiectionis confutatio.*
13 *Mixtæ coniunctionis exempla.*
14 *Exempla coniunctionis, sine copulis.*
15 *Iulianus nequicquam dubitauit.*
16 *Iuliani dubitationis solutio.*

LEX CXLII.

TRIPLICI &c. Cæpolę in hanc legem (temporis infœlicitate, vel forsitan auditoris, non excipientis negligentia,) nondum inuenta est explicatio, seu commentarius: & tamen magno curatum est (inquiunt) labore, vt inueniretur perinde, atque sunt inuenti superiores in leges, & aliquot posteriores, vsque ad legẽ hæredis appellatione, quæ huius tituli centesima est, & septuagesima. Quæ res profectò eo magis dolenda videtur, quo ipsa lex cęteris huius Rubricę tum difficilior, tum vtilior, tũ inter priores necessaria intellectu esse apparet. eoq;, quo Cæpolam tum argutiorẽ, & acutiorẽ fuisse nulli non
1 cõstat. Difficilis enim admodũ lex est, † vt quæ coniunctionis, & disiunctionis amplissimæ, latissimæq; materiæ argumentum contineat. Quam quidem materiam Bartol. multis verbis, effusoq; sermone, Iason verò pluribus, effusioriq; processu, vt columnis tribus, & quadraginta, in. l. re cõiuncti. de lega. iij. explicauit. Qua ratione fit, vt & hîc Cæpolæ subtilis, tum docta, vt compendiosa (fœcunda tamen) interpretatio sit magis, atque magis expetenda. Nam qui superiores huius titu-

li.ll.magna doctrina, magnaq; iuris cognitione, vel ſcientia etiam compendioſè, vtiliterq; explanauerit: an non, & hanc ordine conſentaneo, ſimiliq; doctrina explicuiſſe coniectãdus eſt? Num huius legis difficultas virum adeo ſubtilem, adeo ingenioſum, adeoq; iuriſconſultum perterruiſſet? hoc certè minus probabile, minusq; conijciendum apparet, atq; eo magis, quo hîc nequaquam quieuit, ſed (vt ante dictum eſt) ad centeſimam, ſeptuageſimamq; huius tituli legem progreſſus eſt. Cæterùm hanc iacturam cum cæteris penè ſimilium virorum infinitis, æquo animo ferendam cenſemus. Enim verò tandem ne hæc l.triplici.ſola inexplicata permaneat, quaſi, vel de induſtria præterita, vel inter inſtitutas exhæredata videatur, nos quantum cum temporis, tum loci ratio, librorum accedẽte, (qua etiam hîc Lugduni meo quodam malo ſum) penuria feret, tantùm ad eius ſaltem ſuperficiem attingendam, atque etiam percipiendam, ſcriptis quàm breuiſsimis pertingemus: perq; facilem efficiemus: de reliquis, quæ penitus, funditúsve introducunt, ad ea, quæ ab ſcribentibus latiſsimè, tum acuratiſsimè in dicta.l.re coniuncti diſſeruntur, remittentes: qui locus mea certe ſentẽtia omnino huiuſce originarius eſſe apparet. Quandoquidẽ, & hanc, & illam legem ab eodem fonte promanaſſe manifeſtum eſt, eandemq; penè materiam coniunctionis, & diſiunctionis vtraque continet, & vtranque eiuſdem latoris, vt Pauli Iuriſconſulti fuiſſe conſtat, eſtq; receptũ. ¶ Huius ergo.l.tripli
2 ci.ſummarij ſit loco, quod in ea † triplex coniunctionis, & conſequenter diſiunctionis ſpecies po-
3 nitur: † atque id Alberici Roſat. ſententia, propter ius accreſcendi, cuius quidem iuris accreſcendi occaſione, vel cauſa inter coniunctos, & hæredes diſponentis, vel inter ipſos coniunctos cõtrouerſiæ plerunque oriuntur, aut oriri poſſent.
4 Tunc † autem temporis, vel loci ius accreſcendi, vt plurimum, aut nonnunquam effectum ſortiri videtur, locumq; habet, quando duobus, aut pluribus aliquo, vt legato, vel hæreditate, relicto, vel relicta, vno relictum, aut hæreditatem recuſante, aut morte præuẽto, vel aliâs impedito, non adeunte, adeũti vel adeuntibus accreſcit. Nã tunc nõ adeũtis portio, vel pars, ſi cõiunctionis ratio, aut forma patiatur, Vlpiani, aliorumq; ſententia, ſolet adeuntibus accreſcere, imò & iure accreſcit. l.j.&.l.ſi mulieri.ſuprà de vſufruct.leg.cum ſimilibus. vſus enim fructus relictus matri cum liberis eius, his mortuis accreſcit matri: & contrà mortua matre, liberis accreſcit. Hoc autem fit ex vi præpoſitionis cum, quæ habet vim copulæ &, vt dictum eſt: ſuprà per Cæpol. in.l.ſæpe ſoluta, nume.4.& 2. Idem accidiſſet ſi relictus eſſet hoc modo matri, & liberis eius. Idem ſi matri eiúſque liberis, ſeu matri, liberiſq;. hæ nanque particulæ. ſ.&, q;, cum, eandem vim habent in coniungendo. vt hac.l.patet. Sed quoniã triplicem eſſe coniunctionem ſuprà dictum eſt, animaduertẽdum eſt, non omnes eodem modo agere, neq; eodem iure, ſiue modo, ius, vel partem, aut portionẽ ad adeuntem trãsferre, ſiue trãſmittere: vnde nimirum, neq; iniuria, Paulus iuriſcõſultus in hoc tit. de ver.& rer.ſig. triplicẽ coniunctionẽ declarare voluit, atq; hac.l.declarat, propter.l.re cõiuncti.& ſimil.ſ.de leg.iij.& propter tit. de vſufru.accreſc.
5 † Eſt igitur triplex cõiunctio. Quædã realis dicit, quædã verbalis, quędam mixta, vt quæ reali tum
6 verbali cõſiſtat. Quidã addunt legalem: † qua de Bar.in.d.l.re coniuncti.de leg.iij. col.vj.nu.17.vbi ait legalẽ cõiunctionẽ eſſe, quãdo plures ex vnius perſona ſuccedũt alteri, exẽpli gratia. Quidã plurium dominorũ ſeruus hæres inſtitutus vniuerſalis ab aliquo, vel legatarius, aut particularis hæres effectus prius, quàm hæreditatẽ adiret agnoſceretúe, pluribus relictis dominis deceſsit, (mortuo tñ antea teſtatore) tũc illi plures domini ex perſona ſerui ſuccedũt, quadã legali cõiunctione: atque ita, inquã, ſuccedunt ad rationẽ, ſeu ſecũdum ius, quod habẽt in ſeruo hærede, vel legatario facto. allegat Bar.l.& proculo. de leg.ij.cũ ſimi. Sed tamen quoniã hæc legalis cõiunctio noſtrã extra rem eſſe videtur, vt de qua hîc nulla fiat mentio, idcirco volẽtes, eo loci remittimus, & ad realem
7 cõiunctionẽ tranſimus. † Realis ergo coniunctio eſt, quãdo duo, vel plures duobus, vna eadem re ſub duobus, aut pluribus verbis diſponẽtibus, vel diſpoſitiuis orationibus coniungũtur, id eſt cum eadẽ res duobus, vel pluribus ſub totidem verbis, totidémve orationibus relinquitur: aut in ea inſtituũtur, vel ad eam vocãtur. Exẽpli gratia, & per hypotheſim fiat, Sempronius moribundus ita teſtamẽto diſpoſuit, Aurelianum fundum Titio lego, eundem fundũ lego Mæuio, eũdem fundum lego Seio, hîc Titius, Mæuius, & Seius re dicũtur coniuncti, eandem enim ad rem vocãtur: verbis autem diſiuncti ſunt: nam cum vna duntaxat res legata ſit, aut in vnam hæreditatem vocati, ſubq; duobus, aut pluribus verbis, vel orationibus, efficitur, vt tales re dicantur cõiuncti, verbis autem diſiũcti. In hac verò cõiunctionis ſpecie, vno, vel pluribus repudiante, vel morte præuento, aut aliâs conſequi non potente, alter, vel alius coniunctus, qui vult, & poteſt, totã rem legatã, aut ipſam hæreditatẽ conſequitur, atq; id non iure quidem accreſcẽdi, ſed iure proprio: hoc eſt, iure directo ab ipſo diſponente progreſſo, ſeu iure quodam, quod

quod nostri interpretes ius non decrescēdi appellant: qua in sententia Bar. reliquiq; scribētes in.d.l.re coniuncti.de leg.iij.cōsistunt. Sequitur cōmunis quondam præceptor, & veterū Iuriscōsultorum eloquētiæ instaurator, aut renouator Alciatus. Hoc tamen, scilicet vt volentes, & potētes nolentibus alioqui impotētibus, iure non decrescendi, vel accrescēdi, succedant, non procedit simpliciter, sed distinctione opus: qua de re vide Bar. in d.l.re coniuncti.col.vij.nu.21.per text. in.l.j.§.interdum.ff.de vsufru.accresc.& in.l.vnica.§.sin autem.ad deficiētis.C.de caduc.tol.multū enim interest, accrescendi, an non decrescendi iure succedant. Quia verò hîc articulus lōgus est, atq; extra l.nostram.iam sit satis ad Bart. aliósve, dictæ.l.re

8 coniuncti interpretes remittere. ¶ Secūda † coniunctionis species verbalis dicitur, quæ tum demum accidit, quādo duo, vel plures, sub vno verbo, vnáve oratione disponēte ad eādem etiā rem, vel diuersas, sed in partes vocatur, vt si duorū aut trium singulis, singuli serui legentur, vel si plures vna eadē in re æqualiter instituātur sub vno verbo, vel vna oratione disponēte. Nā quatenus vno verbo, vnáve oratione cōplectuntur, verbis sunt coniuncti, quatenus autē ad rem, vel res per partes disiungūtur, appellantur disiuncti. Non enim hîc cuiquam res insolidū relinquitur, sed per partes. Verbi gratia. Sempronius disponēs testamento, aut aliâs ita egit: Titio, & Mæuio, & Seio Aurelianum fundum æqualiter lego, seu per partes. vt Titio semissem, Mæuio trientem, Seio. Dextantem Aureliani fundi lego. vel singulis seruos singulos dono. vel sic, Titium, & Mæuium, & Seium hæredes æqualiter instituo, aut per partes, vel sic, (vt in fi.l.) Titius, & Mæuius, ex dimidia. Seius ex altera dimidia hæres esto. Hîc Titius, & Mæuius, & Seius sunt verbis cōiuncti, re autem disiuncti: etenim nulli eadem insolidum res, vt vnū legatum, relicta est, nullus in totā hæreditatē iure directo vocatus est. quare si aliquo suā partem, vel repudiāte, vel non adeunte, accedat, vel accrescat adeunti, id quidē iure contingit accrescēdi. Dico autem si accedat, vel si accrescat, quandoquidem non semper cōtingit, vt accedat, vel accrescat, at duplici est opus distinctiōe, prout Bar. distinguit, in.d.l.re cōiuncti.col.vij.nu.23.nam aut legatum est per partes discretas, aut cognitu faciles, vel sigillatim factum: vt si legarentur singulis serui singuli, aut fundus designatis partibus, & tunc vno suam non adeunte partem, nihilominus non accrescit adeunti, neque iuri accrescendi locus est.l. huiusmodi.§.quibus. de lega.j.&.l.j.secundo respon.de vsufruct.accresc. Aut verò legata est res, cuius partes non sunt distinctæ, nec quæ facile distinguātur, nec dixit disponēs, quānam, aut quantam cuiusquam esse voluerit, & tunc ob eiusmodi partium confusionem, vno non adeunte, pars eius alteri coniuncto adeunti accrescit: neque tamen iure proprio, sed accrescendi. arg.l.Mæuius. §.duorum.ff.de leg.ij.quo in loco per magna quidem cernitur differentia, an pars fundi simpliciter legetur, an verò cum declaratione, seu limitatione. Nam si cū declaratione legetur, putà pars fundi, quæ Mæuij fuit, tametsi legata sit ex duobus testamentis, non tamen talem partem consequitur, nisi ex vno, scilicet ex primo, ne illi obijciatur ex secundo. *Quod petis intus habes. &c.* Enim

9 uerò hîc Iustiniani † cautelæ, seu consilio locum esse in rem legatarij arbitror, vt scilicet ex primo testamento non rem ipsam, sed ipsius æstimationem, vel pretium consequi procuret. tunc enim nullum opinor impedimentum fore, quin rem ipsam ex secundo cōsequatur. §.si res alie.versi.Hac rōne insti.dele. Quòd si legetur pars simpliciter, putà si legetur pars fundi, atq; ex duobus testamētis, tametsi vnā partem ex primo sit cōsequutus testamēto, nihil tñ omnino impediet, quin alterā partem consequatur ex secundo, ita deciditur in dicto.§.duorum.versi.Sed si pars fundi.&c. prioris enim partis solutio actionem, inquit, ex secundo testamento non perimit. solutio inquam, quę pecunia numerata fiat, vel æstimatione, ita in casu nostro. Quoniam partes non sunt distinctæ, vno coniunctorum legatariorum, vel hæredum partem suā, aut recusante, aut incapace, iuri accrescendi locum esse receptum est, & adeuntibus totam rem, vt fundum, aut hæreditatem relictam esse, vel accrescere consentiunt: itaque censendum, & supradictis in locis determinatum est hîc ergo, scilicet an in coniunctis verbis, re autem disiunctis sit, vel non sit, iuri accrescendi locus, multiplici est distinctione opus: qua de re sit iam satis remittere ad Bar. & scriben. in dicta.l.re cōiuncti in.vij.col. numer.23. & alijs plurimis. non enim hîc huiuscemodi locus disputationi videtur esse proprius. quāobrem ad tertiam coniunctio-

10 nis speciem trāseamus. ¶ Est igitur † tertia coniunctionis species, seu forma, vel modus, qui mixtus dicitur, vt qui ex vtraque antedictarum specierum cōstituatur. tunc ergo contingit, quando duo, vel plures coniungūtur, & re, & verbis, hoc est, quādo duo, vel plures vno verbo, aut vna oratione disponēte in vnā eādem rem simul vocantur, vel in eadē hæreditate instituūtur. Exēplum. Sēpronius ita disposuit, Aurelianū fundū Titio, & Mæuio, & Seio, lego. vel sic, Titiū, & Mæuiū, & Seium hæredes instituo. hîc, & in similibus, Titius, & Mæuius, Seiusq;, coniuncti sunt & re, &

verbis. Mixta igitur est hæc coniunctio. Et in hac & in prima specie, quæ re tantum est, si cõtingat vnum ex cõiunctis, rem aut nolle, aut adire non posse, alter coniunctus, vel cõiuncti admittũtur. non tamen accrescendi iure nihil enim illis accrescit, sed iure proprio, seu directo, quod ex ipso disponente illis competit, seu iure non decrescendi: ita concluditur per Barto. & alios scribentes post eum, passim, & maximè per ipsum Bar. in dicta. l. re coniuncti. nu. 24. vbi proprium locum esse in confesso est. ¶ Sed quid si omnes legatarij, vel hæredes coniuncti sint legati, aut hæreditatis capaces? atque ipsam rem, aut hæreditatem adire velint? quonam hîc modo faciundum erit? nam singuli videntur insolidum vocati. breuiter, sineque disputatione dicamus æquales partes singulis fieri per concursum. Nec est, quod aliquis impingat in reali coniunctione, tũ in mixta apparet vltimũ legatarium, vel institutum esse solũ duntaxat admittendum ad legatum, aut hæreditatem: nam si testator dixerit Aurelianum fundum lego Titio, eundem lego Mæuio, eundem lego Seio, an non apparet testatorem quodammodo pœnitere legasse Titio, & Mæuio, & propterea velle legare Seio? vulgatũ enim est tritumq; illud vltima derogant prioribus, & posteriora declarãt, siue determinant anteriora. l. sed & posteriores. ff. de legib. cum simil. Vulgatum autem obiectum contrario etiam vulgari tollo, scilicet neminem præsumi statim se velle corrigere, maxime in vltimis voluntatibus, quæ maxima cũ deliberatione pręsumuntur factæ: nec quicquam magis est obseruandum (Cõstantini sententia,) quàm disponentium vltima voluntas. l. j. C. de sacrosan. eccl. Imprudens enim, valdeq; inconstans, meo quidem sensu, præsumendus est, qui animi leuitate donat, quod statim auferat. hæc igitur sint satis ad quandam generalem, seu vt ita dicam, superficialem legis nostræ declarationem, & coniunctionis, tum disiunctionis materiam. ¶ Sed tamen quoniã hîc tit. de verb. & rer. sign. solorum Tyronum gratia videtur esse compositus, vt illis familiariter magis, vel facilius hæc. l. triplici constet, per particulas textum ponentes explicemus.

11 † *Triplici modo coniunctos intelligimus.* Propositio est, seu thema secandum in tres partes, quæ sequuntur. *Aut enim re per se cõiunctio cõtingit, Aut re & verbis. Aut verbis tantùm.* Tria ergo membra sunt, siue tres partes præcedẽtis thematis. Quoniam verò cõiunctio verbalis, & cõiunctio realis vidẽtur esse contraria, vt hîc consentire videtur Alciatus, & propterea non posse simul in eodẽ subiecto esse, & in consequẽtiam videbatur dicendum nullam esse coniunctionem mixtam, vt quæ ex cõtrarijs fieri videretur. ideo Paul. Iurisconsultus talem dubitationem subsentire visus, quasi obiectam diluit, tollitúe his verbis.

12 † *Nec dubium est, quin cõiuncti sint, quos & nominum, (aut vocabulorũ, id est verborum,) & rei complexus iungit.* Nec immerito tales coniunctos appellabimus. nã si qui re tantum coniunguntur, aut verbis tantùm, coniuncti sunt, quantò magis cõiuncti erunt qui re, tum verbis coniunguntur? argumẽtum à minori duo enim vincula, inquit Alciatus, magis alligant, quã vnum. Subiungit ergo Paulus, tria exẽpla mixtæ coniunctionis quandoquidem si mixtam pernouerimus, simplicem etiam pernoscemus, sunt igitur hæc exempla.

13 † *Veluti Titius, & Mæuius, ex parte dimidia hæredes sunto. Vel Titius, Mæuiusq; hæredes sunto. Vel ita, Titius cum Mæuio hæredes sunto.* Cæterùm, quia regulariter tales orationes dicuntur coniunctiones, vel coniuncti propterea: quia per particulas &, q;, cum, aut similes, quæ coniungendi vim habent, quærit hîc Iurisconsultus an coniunctiones, siue coniuncti fieri possint, absq; huiusmodi, vel similium particularum interuentu? & quærens exemplum quæstionis adiungit, ait ergo.

14 † *Videamus autem, ne etiam si hos articulos detrahas, &, q;, cum, interdum tamen coniunctos accipi oporteat, veluti Lucius, Titius, Publius, Mæuius, hæredes sunto ex parte dimidia, Sempronius, ex parte dimidia hæres esto. vt Titius, & Mæuius veniant in partem dimidiam, & re, & verbis coniuncti videantur.* Hoc in exemplo, primi, scilicet Titius, & Męuius sunt, & re, & verbis cõiuncti, tametsi nulla interuenit copula: in vnam enim rem, atq; insolidum, sub vno verbo, vel oratione vocantur, ita vt per concursum partes sibi faciant, quatenus verò ambo vocantur ad dimidiam, & Sempronius ad alteram dimidiam, mihi quidem apparet, (quidquid hîc Accur. obloquatur,) vt cum Sempronio verbis dicãtur coniuncti, non autem re, sed disiuncti, nam vno poterãt verbo, siue oratione disponente efferri, vt si dixisset, Titius, Mæuius, ex dimidia, Sempronius, ex altera hæredes sunto. vnde si forte Titiꝰ sit incapax dimidiæ, aut nolit, Mæuius, vt illi, & re, & verbis coniunctus, præferetur Sempronio, qui solis verbis, illis mihi videtur coniunctus, dicta. l. re coniuncti. §. præfertur. & ibi latè per scribẽtes. Subiungit alterum exemplum secundum Iulianum dubitabile, quod tamẽ ipse Paulus soluet. *Lucius, Titius, ex parte dimidia hæres esto. Seius ex parte qua Luciũ Titium hæredẽ institui, hæres esto. Sem-*

15 *pronius ex parte dimidia hæres esto* † *Iulianus (inquit) dubitari posse ait, an tres semisses facti sint, an Titius in eundem semissem cum Caio Seio institutus est.* Hoc exemplum ab anteriore differt: quia

quia in illo Lucius. Titius, & Publuis, Mæuius coniuncti sunt,& re,& verbis:hîc autem re tantum.sub duobus enim verbis, aut duabus orationibus in eandem rem coniunguntur. vnde nihil erat,quo Iulianus in dubitationẽ duceretur ex quo talis meritò dubitationis solutio per Pau. sequitur. *Sed eo quod Sempronius quoq; ex parte dimidia scriptus est, veri similius est in eundem semissem duos coactos,& cõiunctim hæredes scriptos esse*.Hac ergo Pauli solutione liquet Titiũ & Męuiũ coniũctos fuisse re,verbis autẽ disiũctos.Sẽpronius verò illis verbis cõiunctus dici mea quidem sententia potest, vt ante dixi,quicquid.Accur.cõtrà pugnet,vna enim oratione duo primi, qua referuntur ad Sẽproniũ,cum eo continẽtur ergò &c.re autẽ disiũctis sunt.vnde Titio, Mæuióve repudiante,qui est re cõiũctus, præferetur verbis cõiuncto.d.l.re cõiuncti in fi.cũ glo.fi.Hęc mihi satis esse videntur ad saltẽ leuem huius.l.triplici intellectũ.tum glossarum,nisi quod de coniunctionibus solutis,hoc est,quę sine voculis his &,que, cũ,fiunt,nihil aut parum diximus.sed de hoc dictum est abũdè per Cæpolã in.l.sæpe.s̃.eo. quare tantũ rememorare satis erit,quod in eiusmodi orationibus,quæ sine copulis proferuntur, illæ distinctiones,quæ cola,siue periodos,aut pũcta vocitant,tantam vim in coniungẽdo habẽt, quãtam supra dictæ particulæ copulatiuæ,vt dictũ est in.d.l.sępe.hęc sint igitur ad vtrũq; & tex. & glo.satis.Quod siquid amplius desideratur,adhibe tibi hîc illũ veteris iuris eloquẽtiæ Andræã Alciatũ,cuius intempestiuũ,atque inopinatũ discessum siue transitũ,nemo est tum iuris,tum eloquentiæ studiosus vel sanæ mentis,qui non ingemiscat,defleatq;.faxit Deus optimus max.vt eius anima quiescat in cœlo.quò nos in tempore,secũdum suam ipsius omnipotentiã,summámve gratiã secũ regnaturos,qui pro nobis cũctis miseris peccatoribus,vt iræ filijs passus est Christus, perducat.¶ Accipe tãdẽ optime lector bonã in partem quidquid hac.l.cõpendio dixerimus, nostra enim prima est in hac facultate ciuili fœtura, cuius timeo,nisi mihi bene velis, præstitisset forsitã abortũ facere,nõ ædere.Sed tamen spero te boni æquique consulturum. Hector Forestus Vasio.

SVMMA.

1 *Id apud nos esse dicitur cuius consequendi actio est: aut quod facile recuperamus.*

LEX CXLIII.

ID APVD SE.Qui actionẽ habet ad rem ipsam recuperãdã, apud se habere videtur.h.d.cõcordat.l.qui actionem.ff.ti.j.De verbo apud,vide quæ dixi in.l.sæpe super glos.s̃.eo.& in.l.penes se.

1 ¶ Item adde, ꝙ † res dicitur esse apud aliquẽ, cũ possessionẽ possit habere de facili. vnde debitor, qui pignorauit fundum, dicitur habere apud se possessionem,cum illum de facili recuperare posset,vt est tex.qui hoc probat secũdum Alberi.ibi. in.l.cum notissimi.§.j.versi.sed locum esse.C.de præscrip.xxx.annorum.& sic hoc facit pro his, quæ notantur in.l.j.primo responso.in principio. gl.magnę.s̃.de acqui.posse.

SVMMAE.

1 *Pellex quæ sit.& eius qualis antiquitus pœna.vide Aul.Gel.lib.4.c.3.*

2 *Concubina testificari non potest pro amasio.*

3 *Officialis an possit vxorem ducere in loco vbi officium exercet.*

LEX CXLIIII.

1 MASVRIVS.† Pellex dicitur illa,quę nõ est vxor,& cũ aliquo viuit,&corpus suũ cũ eo miscet, vel quę in domo sine nuptijs loco vxoris stat, quę tamẽ amica posteà cõcubina nũcupata est.h.d.¶ Nota quod dixi in summario.¶ Et adde,ꝙ apud Festũ Pompeũ scriptitant pellices in verbo vbidicit pellices, nũc quidẽ appellantur alieni iuris succũbẽtes,nõ solũ fœminę,sed etiã mares. Antiqui propriè eã pellicẽ nominabãt,quæ vxorẽ habẽti nubat, cui generi mulierũ etiã pœna cõstituta est à Numa Põpillio hac lege.Pellex arã Iunonis ne tangito, si tanget Iunoni crinibus dimissis agnũ fœminã cędito.¶ Vnde autẽ dicaẽ pellex,vide de pœnitẽtia.distin.secunda.c.si cum.in fine glos.¶ Et per istam.l.dixit Bald.in repetitione.l.primę.C. vn-

2 de vi.quòd † concubina licitè potest defendere amasium suum:& hoc probatur ibi, quæ vxoris loco.& pro hoc etiam facit gloss.nota. in capitulo primo. §.siquis autem iuxta. in verbo vitam suam,in titulo de pace tenenda. vbi dicit, quòd est licita defensio ob vxorem suam, & etiam ob aliam personam coniunctam &c.¶ Item per istam.l.dixit etiam Baldus in.l.etiam ad fin.C.de testibus,quòd concubina non potest esse testis pro amasio, quod credo verum per dictam.l. etiam cum similibus.¶ Et per istam.l.cum dictis Bald.suprà videretur posse dici, quòd sicut de iure ciuili officialis non potest contrahere matrimonium in loco vbi gerit officium,vt in.l.j.C. si rector prouinciæ cum similibus, ita nec ibi possit tenere concubinam, quia videtur eadẽ ratio

vt.l.Item legatario.§.parui.de leg.tertio.† tamen contrarium est verum,vt est casus in.l.fi.ff.de cõcubinis,vbi officialis potest habere concubinam ex eadẽ prouincia,in qua gerit officiũ & ita tenet Lodo. Roma. in. ccclxij. singulari. quod incipit ius ciuile.

SVMMA.

1 *Dictio virilis multis capitur modis.*

LEX CXLV.

VIRILIS APPELLAtione.Appellatiõe virilis venit etiam totum.h.d. Barptholomæ. Cæpo. ¶ Admonitu hîc dignum esse putamus hanc dictionem † virilis multis accipi solere modis.Primò enim adiectiuè ponitͬ sequẽte substantiuo parte,vel simili,aut non sequente, atque hîc potentiam quandam significat,siue facultatem,vt pro virili facere sit,pro facultate,potentia,seu totis viribus facere.Cicero. Hæc pro virili parte qui defendunt optimates sunt.pro virili facere sine substantiuo,idem est.vt promittẽs rẽ pro virili curare,pro totis promittit viribus. Secundò virilis quatenus ab animi virtute descẽdit,est perinde atque fortis. vt virilis animus sit animus fortis, nullo succumbens malo. vnde Ouidius.

Sint procul à nobis iuuenes vt fœmina compti.
Fine coli modico forma virilis amat.
Idem primo fastorum
Cui genitrix flenti,fortuna viriliter inquit,
Siste puer lacrymas,ista ferenda tibi est.
Sic erat in fatis, nec te tua culpa fugauit:
Sed Deus,offenso pulsus es vrbe deo.

Tertiò capitur pro æquali parte.vnde,si Sempronius & Titius in viriles instituãtur,vtrique dimidiata hæreditas adiudicanda est.æqualiter enim instituti censentur.Quartò,virilis totum efficitur,idest quæ pars erat nunc talis desinit esse, totumq; est,vt institutis Sempronio & Titio in viriles,Titioq; ante aditionẽ hæreditatis præmoriente,vel aliàs adire nolẽte,virilis Sẽpronij totũ significabit.hoc est totũ fiet, totã hæreditatẽ,vel ipsum assem cõtinet vel absorbet.atq; hoc modo pars totũ fit.Hoc est,quod Vlpianus hac.l. virilis appellatione voluit.Quòd autem virilis non regulariter totum significe,tmanifestum est ex dictione interdum,quę temporis disiunctionem notat.Terentius.Cibum nonnũquã capiet cũ ea, interdum propter dormiet.Vergil.ij.Georg.

(Taxique nocentes)
Interdum,aut hedere pandunt vestigia nigræ.
Sed hæc grammaticis,aut poëtis missa fiant.
Hector Forestus Vasionensis.

SVMMA.

1 *Socer & socrus auum & auiam,nedum patrem & matrem mariti & vxoris significant.*

LEX CXLVI.

SOCER I.Appellatiõe soceri,& socrus venit etiam prosocer,& prosocrus.h.d.vide quod dixi in.l.nurꝰ.s̃. & quod dicã fortè in.l.liberorum.j̃. eo.Barptho.Cæpo.Veronensis. ¶ Sicut generi, & nurus,nomine progener,& pronurus,cæteriq́ue descendentes continentur,ita Soceri & Socrus appellatione pater & auus,mater & auia,cæteriq; ascendentes vxoris & mariti continebuntur.pugna tamen esse videtur,& non exilis controuersia.num hoc sit perpetuum, simpliciterq; & num in odiosis perinde atq; in fauorabilibus, sit verum:non apparet.Hector Forestus Vasio.

SVMMAE.

1 *Si vrbis continentia sunt Romæ,natus in continentibus,Romæ natus censendus est. & in continentibus factum,Romæ factum videtur.*

2 *Natus in peregrinatione cuius ciuitatis vel pagi esse dicatur,pugna est.*

3 *Panormitanus dicitur Panormi natus,est autẽ Panormum celebris ciuitas Siciliæ palerma corrupto vocabulo dicta.Cuias ciuitatem noster Abbas Siculus fuit.*

LEX CXLVII.

QVI IN CONTINENTIbus.Natus extra muros ciuitatis in continentibus ædificijs,dicitur Romæ natus.h.d.Et ratio est:quia appellatione Romæ veniunt etiã continẽtia ædificia, vt.l.& qui præsens.C.de procura.&.l.ij.in prin.s̃. eo.vide,quod ibi dixi,& quod dixi in.l.eũ qui vectigal,& in.l.vt Alphenus.suprà eo.¶ Item vide glos.lxiij.dist.ego Lodouicus.in verbo in territorijs.& dixi in.l.secunda.suprà eod.& in.l. ædificia in principio,suprà eo.vnde dixit Bald.in.l.j.§. dari in recollectis. suprà de procurato . quòd suburbia & continentia ædificia dicuntur de ciuitate,vnde statutum loquens,& disponens vnum

de ciuitate

de ciuitate, videtur idem disponere in burgis, qui sunt extra ciuitatem ei continentibus. de quo vide in c. si ciuitas. de sentẽtia excommunicationis in. vj. ¶ Circa istam. l. ego quæro, vos scitis quòd origo, seu natiuitas, facit quem municipem, seu ciuem in loco, in quo nascitur, vt. l. prima. suprà ad municipales, pone modò, quædam mulier Veronensis, dum iret Veronam & esset hîc Bononiæ in itinere peperit, an iste filius natus hîc Bononiæ dicatur Bononiensis? & videtur quòd sic, per dictam. l. j. cum similibus & hoc tenet Raph. Cu. in. l. cætera. ff. de leg. j. & Io. de Imola in. l. huiusmodi. §. legatum. de leg. primo. Sed contrariũ
2 † credo verius. s. ꝙ dicatur tantũ Veronẽsis: & ad hoc allego tex. in. l. nihil. ibi alienus. s. de captiuis: & l. iij. §. fi. eo. tit. vbi dicitur ꝙ in eo loco qs dicat̃ esse, ad quem habet annimũ eundi: propter quod
3 solent aliqui dicere, ꝙ imperator † Federicus non fuit Panormitanus, ex quo mater erat in trãsitu, & debebat ad alium locum accedere: allegat etiã pro ista parte dictum Barto. in. l. cum satis. C. de agri. & censi. in fi. libro vndecimo. & tex. instit. de rerum diui. §. Pauonum. in. l. penul. suprà de Senatori. & pro hoc etiam faciunt, quæ habẽtur in l. si quis post hanc. C. de ædifi. priua. & glos. etiam not. in. l. atlethas. §. calumniator, super verbo pro vtraque. suprâ de calum. & facit. l. iij. circa mediũ C. de verborũ significatione. & l. forus. & l. quęsitum. de leg. tertio. & l. ex facto. de hæredi. institu. facit etiam. l. eius. §. Celsus. ibi æstimationem animi. suprà ad municip. & hanc partem tenet Bartol. in. l. filios. C. de municip. & origi. lib. x. & Bald. in. l. huiusmodi. §. legatum. ff. de leg. primo. & ista verior, & ibi omnino vide. d. Paulum de Castro. & non omittas aliquo modo, vbi etiam infertur ex his, quòd si aliquis doctor, putà Veronensis legeret hîc Bononiæ, & ibi haberet filios, quòd nihilominus tales filij dicerẽtur ciues originarij Veronæ. Barptholomæus Cæpola Veronensis.

SVMMAE.

1 *Vox liberi, et si terminatione pluralis est, significatione tamen interdum singularis dicitur adeo, vt vnum duntaxat significet, atque etiam eum, qui nondum est, sed esse speratur.*

2 *Clausula si sine liberis, continet etiam vel natum vel nasciturum siue ex vxore, siue ex concubina. vide hîc latè. multa enim amplectitur & nu. 3.*

4 *Legitimi tantùm filij, clausula si sine liberis, non continentur.*

5 *Pugillares, & codicilli, voce sunt pluralis duntaxat numeri, significatione verò sunt & singularis. idem inquit de dictione cætera.*

LEX CXLVIII.

NON EST SINE. Ille nõ dicitur esse sine liberis, vel ille dicit̃ habere liberos, qui vnum filium, vel vnam filiã habet. hoc dicit. cum. l. sequẽ.
1 ¶ Et adde, quòd † relinquens vxorem prægnantem non dicitur decedere sine liberis, etiam si vnus tantum esset in ventre, vt est text. & ibi glos. in. l. si quis vxorem prægnan-
2 tem. infrà titu. primo. Item ille † non dicitur decedere sine liberis, qui decedit cum concubina prægnante: vt vult glos. in dicta. l. siquis vxor. & idem multo magis si decedit cum filijs naturalibus tantum iam natis, vt. l. ex facto. §. siquis rogatus ad Trebel. & l. cum pater. §. volo. & l. Lucius. §. fin. de lega. secundo. & in. l. generaliter. §. fin. de insti. substi. sub condit. factis. & not. glo. prima magna. in capitulo. in præsentia. extra de probatio. ¶ Item adde quòd ista verba si decesserit sine liberis, intelliguntur etiam si liberi non fuerint hæredes, vt est text. in. l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de lega. primo. Item intelliguntur etiam si non sint hæredes quia non possunt succedere ex testamento, vel abintestato, vt quia deportatus, vel rebellis, vt est ibi glos. singularis, & ibi hoc notat. Ang. Item in dictis verbis comprehẽditur nepos ex filia. l. j. C. de condi. insertis, & ibi doct. & not. Ange. in. d. §. cũ quis. Item per dicta verba liberi nõ videntur substituti, sed vocati abintestato. gl. est singularis in. l. Lucius. la secunda in fi. ff. de hæred. instit. & vide quod ibi signaui. Item adde, ꝙ quãdo pater substituit filio, subintelligitur, si decesserit sine liberis, vt est tex. in. l. generaliter. §. fi. cum auten. C. de insti. & substi. sub condi factis. & in. l. cum acutissimi, & ibi omnino vide glo. C. de fideicommiss. & in. l. cũ auus, & ibi omnino vide Bar. ff. de cond. & demon. Itẽ adde, ꝙ substitutio facta sine liberis, expirat per adoptiuos, si alios habere nõ põt. Itẽ ꝑ spurios similiter, si alios habere nõ potest, vt clericus. in hoc autẽ facit dubium: quia videtur institutũ inuitare ad fornicationẽ, & sic cõtra bonos mores, sed solue ꝙ non inuitat, sed casus cõtingẽtiã ponit Ang. in. l. siquis posthumos. ff. de lib. & posth. vide Bar. plenè. in. l. hæredibus. §. fina. ff. ad Trebel. Item adde, quid si dicatur sine liberis, nisi liberi moriantur, sine liberis verificetur. vide Cy. in authen. sed & siquis C. de secundis nup. & Paul. de Castro in. l. ex facto. §. penulti. in fi. ad Trebel. ¶ Item de clausula si decesserit sine liberis, vide Bald. in. l. generaliter

§.cum autem.C.de insti.& substi.sub.condi.fact. Bar.in.l.quidam.§.j.si tibi posthumo.ff.de rebus dubijs. Angel.in.l.ex facto.in princip.ibi quasi ab alio non prodesse.ff.ad Trebel. ¶ Item adde, ꝙ ille dicitur decedere sine liberis, etiam si habuit liberos, sed mortui sunt, Ita quòd tempore eius mortis, non extant liberi: vt est text.in capitulo Raynutius circa principum.& ibi glos.in verbo filium ex eo, extra de testamen.& probatur in.c. nam & ego.extra.de verborum significatione.& in.l.ex facto.§.siquis autem susceperit.ff. ad Trebel.& not.glos.ij.in verbo filijs masculis in.c.Raynaldus. extra de testamentis. & not. glos.in.c. in præsentiam.extra de probatio.¶ Item non dicitur decedere sine liberis, si monasterio dederit se, & sua: vt extra de proba.c. in præsentia. vbi de hoc.ita notabiliter dicit glos.ij.in fin.in verbo si absque liberis & in dicto.c. Raynutius.extra de testamentis.& vide hoc plenè per Ioan. And.in.c. Rainaldus.in octaua columna.in glos.videtur, in fi.de testamentis, in nouella.¶ Adde, quòd sicut per existentiam filiorum deficit illa conditio, si decesserit sine liberis: ita etiam deficit per existentiam nepotum natorum ex filia: vt.l.j.C.de cōdi. insertis.ita dicit Angel.in.l.filius fa.§.cum quis.ff. de leg.j.¶ Itē adde ꝙ illa cōditio, si decesserit sine liberis, impletur, existentibus etiā liberis, qui tamē nō possunt abintestato succedere.nec etiā ex testamēto.exēplū pone in deportatis,& in filijs q ingressi sunt regulā mēdicātiū.ita dicit not.Ang. vbi vide in.d.l.filiusf.§.cū quis rogatus.de leg.j & ibi omnino vide Bar.in fi.¶ Itē ꝙ † non comprehendantur filij legitimi, vt adoptati.vide tex.in.l. si ita quis.§.j.ff.de leg ij.& not.Bart.& doct. in.l. ex facto.§. siquis rogatus. el.j.ff. ad Trebel. vbi omnino vide de multis quæstionib[9] similibus:& quod ibi signaui, & scripsi.& nō omittas.¶ Not. tex.hîc ad fi.qui semper allegatur, ꝙ hoc nomen liber, capiendo pro filio, non reperitur in singulari numero semper,& not.doc.in.l. ius agnationis s̄.de pactis,& dic, vt dixi in.l.cognoscere.§.liberorum.s̄.eo.¶ Not.hîc in fi.ꝙ † pugillares, & codicilli semper ponuntur in plurali numero, non autē in singulari:& not.bene text.hîc, dū dicit semper,& tamē fallit, quandoq;, vt hîc in glos.facit.l. nulla.s̄.de legibus, vbi text.loquitur vniuersaliter negatiuè,& bene glo.adducit multas fallentias,& de codicillis dicam statim.in glo.¶ Not.ꝙ numerus pluralis ponitur pro singulari,& ad hoc semper allegatur.vide etiam text.cū glo.in.c. accepta. extra, de appell.& vide Archy.iiij.q.v.quisquis.in prin.& vide tex.cum glo.in verbo in aliquos in.c. secūdò requiris.in.§.j.extra de appell.& ibi dixi. Et vide gl.in.l.pater.§.filia suā.in verbo legatarijs ante finē.ff.de leg.iij.¶ In glo.j.in fi.dic, pro declaratione istius glo.vt dixi in.l.cognoscere.§.liberorum.s̄.eo.in glos.fi.ibi arg.cōtra.l.C.de sacro. eccle.l.generali.dic, vt verbū codicilli ponat̄ in singulari, dic idem de verbo cætera, vt dixi in.l.cæterorū.j̄.eo.vide glo.in.l.cancellauerat.in verbo certā.de his quæ in testamento delentur, dic ꝙ ibi fallit:& adde aliū tex.in.l.iubemus nulli, circa princ. ibi, seu codicillo.C.de sacro.eccle.& in.l.quicunq; in prin.ibi siue codicillo.C.de litigiosis.& in.l.Manicheos.circa mediū.ibi testamēto siue codicillo. C.de hæretic.& .l.fi.ibi codicillus.C. de codicillis. Barptholo.Cæpola Veronensis.

SVMMAE.

1 *Vt in notorijs non est probationibus opus, ita debitorem notoriè non soluendo existētem frustra excutimus.quare ad fideiussorem eatur rectà.*

2 *Denunciatio vel admonitio debitorem ad inopiam vergere, & fieri non soluendo per fideiussorem in tempore factis, nunquid hunc releuet.*

LEX CL.

SI ITA A TE.Verbū quantò minus verificatur etiam in nihilo.h.d.Concordat.l.illud.§. minùs. suprà de tributoria,& .l.minùs solutū.suprà eod.cum similibus Et plures concordantes ad istum text.suntin glo.in quibus.Vide per doc.de ista materia,& adde text.in.l.decē stipulatus.s̄.de verb.obli.& ibi per gl.& doc.sed quæro ꝓ aliquali declaratione.An iste Titius principalis debitor debeat primo excuti,& conueniri, ante quā à te aliquid petatur? dicas, ꝙ sic.casus est in.d.l.decem in finalibus verbis.s̄.de verb.obliga.& hoc tenet Bar.in.l.si fideiussores in id.in princ.s̄.de fideiuss. ¶ Secundò quæro, quid si est notoriū,& certum
1 principalē debitorē non esse soluēdo, an tūc † requiratur excussio? dic, ꝙ non vt not.gl.in.d.l.decē in verbo excussum,& gl.in.l.fi.in verbo sed,& si cū Seio egero.s̄.si cer.peta.de quo dic latiùs per d.meū.d.Ang.de Aret.instit.de actio.§.Itē siquis in fraudē.vbi ponit materiā excussionis latiùs, & melius, quàm aliquis alius.¶ Tertiò quæro, pone
2 † in casu huius.l. ꝙ tu qui promisisti pro Titio quātò minùs ab eo exigi posset, denunciasti creditori, vt deberet exigere à Titio debitore, dū esset soluēdo,& nō fecit,& posteà debitor effectus est nō soluēdo, an propter tuam denunciationem sis liberatus? dic, ꝙ sic, vt est casus in.l.si fideiussores in id.in principio.suprà de fideiuss. & hoc est: quia tu eras acceptus in subsidium,& in defectū Titij, si autem tu promisisses principaliter nec habere

beres beneficium excusſionis ſecundum authen. præſente.C.de fideiuſſ.vt poſſes conueniri principaliter,etiam ante debitorem,tunc illa denunciatio tibi nō prodeſſet.iſte eſt propriè caſus, qui ita debet intelligi. in.l.ſi fideiuſſor creditori, & ibi,hoc tenet Bar.vbi omnino vide ſuprà de fide iuſſ.Nam ſecundum illa iura digeſtorum, fideiuſſor poterat ante principalem cōueniri.vnde propter hoc ſi hodie eſſet renunciatum beneficio au then.præſente,haberet locum dicta.l.ſi fideiuſſor creditori.vt tenet ibi Barto.in verſi. quæro vtrū iſta.l.ſit correcta &c.& hoc etiam tenet.d. Paul. de Caſtro.in.l.fin.ſuprà ſi cer.peta.verſi.

SVMMA.

1 *Repudiare,qui adire poteſt,& contrà.vnde hæreditas delata dicitur quam vel adire vel repudiare poſſumus.*

LEX CLI.

DELATA HAEREditas.Hæreditas tunc dicitur delata,ad hoc, vt poſsit quis eam repudiare quando ipſam adire poteſt. hoc dicit. ¶ In text.ibi delata: dic ſcilicet ad iſtum finem,vt poſsit repudiarj.Not.ergo quòd
1 ille poteſt† repudiare, qui poteſt adire, & non alius,vt.l.is poteſt:&.l.in plurium.ſuprà de acqui. hæredi.fallit,niſi in manu iudicis,quis repudiaret quia tunc bene poteſt.vt eſt glo.notabilis.in dicta l.in plurium.in fi.& in.l.is,qui hæres.& gloſ.in.l.j. in principio.C.de cura.bo.dando.quæ allegatur ſingulariter,quòd iuri de futuro quis etiam poteſt renuntiare in iudicio. quod tamen intellige verum ſecundū d.Mat.de Matteſſyll.& do.Ang. de Aretio in.l.j.§.j.in prin.ſ.à quibus app.non licet,ſi iudex voluit acquirere pro abſente iuxta.l. eū pro quo.ſuprà de in ius vo.&.l.iij. ſuprà rem pu.ſal.fo.aliâs ſecus.¶ Secundò fallit etiam extra iudiciū,dum tamen parti præſenti,& acceptanti renūciaret.vt not.in.l.ſi conſtante.ſ.ſo.matri.

SVMMA.

1 *Leges de homine ſimpliciter loquentes fœminā nedū virum complectuntur.*

LEX CLII.

HOMINIS.Iſta.l.nō poteſt ſummari.Sed adde,quòd illud,quòd hîc dicitur,quòd appellatione hominis continetur fœmina.dic, ſcilicet etiam ex propria ſignificatione ſecūdum Bart.quia homo eſt generis communis & declinatur hîc, & hæc homo,de quo dic,vt per Dynum & Bartol.in.l. prima.ſuprà eod.& ego dixi aliquid in.l.quiſquis ſuprà eod.Barptholomæus Cæpola. Hinc ergo inferre licet,quòd leges,quæ de homine loquuntur habeant locum in fœmina, perinde atque in viro.Hector Foreſtus.

SVMMA.

1 *Lex ciuilis fingit quod natura non poteſt efficere.ergo non eſt ars,quoniam non imitatur naturam.*

LEX CLIII.

INTELLIGENDVS. Quādo tractat de fauore poſthumi,ipſe dicitur eſſe tempore quo mater ſua morit.hoc dicit. Barptholomæus Cæpola. Hinc conſtat & adnotandum eſt,legē ciuilem fingere,quod per naturam fieri non poteſt.Nam fingit partum viuere, & natū eſſe, etiā ſtatim poſt conceptionem,& tamen per naturā non viuit.Hector Foreſtus.

SVMMA.

1 *A Roma non ab vrbe milliarium dinumeratio facienda.*

LEX CLIIII.

MILLE PASSVS. Milliaria cōnumerātur à † cōtinētibus ędificijs,nō autē ab vrbe.h.d. Materiā huius.l.vide per tex.& gloſ.& quod ibi dixi.in.l.ij.ſ.eo.& per ea quæ dixi in.l.eū,qui vectigal,& in.l.vt Alphenus ſ.e.ſequit.l.proximi quę nihil habet ideo dimitto.

SVMMA.

1 *Proximorum appellatio vnum etiam ſignificat.*

LEX CLV.

PROXIMI.Appell.Numerus pluralis verificatur hîc in ſingulari.ad-
1 eo ꝙ relictū† proximis,vni etiā cēſebitur eſſe relictū, an verò in odioſis procedat quæſtio eſſe poteſt.Hector Foreſtus.

SVMMA.

1 *Maior pars anni quæ dicatur. an etiam (aduerſario nihil poſsidente) non dicatur vna dies, vel hora cogita,mihi apparet.*

LEX CLVI.

MAIORE PARTE.Ille dicitur poſſediſſe maiore parte anni.qui duobus menſibus etiā tantum poſſedit,ſi aduerſarius ſuus minus, vel nihil poſſederit.hoc dicit.Et per iſtum textum dicit gloſ.in cle.cauſam.In verbo communiter, quòd

si debet intimatio fieri appellato, vel eius procuratori & ipse habitet in pluribus locis, quòd licet non habitet in vno loco vltra dimidium anni, sed minus, si tamē in vno loco habitet, plusquàm alibi, ibi poterit fieri intimatio, de quo dic, vt ibi per doctores, & vide tex. & ibi Bar. in. l. cum delanionis. §. Sabinus. & quod ibi signaui. ff. de fundo instructo. Barptholomæus Cæpol.

SVMMAE.

1 *Paries est genus, murus & maceria species sunt, ille cœmentatus est, hoc calce arenaque constructus hæc vero sine cæmēto, sed solis lapidibus constans.*

2 *Via quoque generis rationem subijt. Iter autem & semita speciei. Summariū est vero autoris pugnare videtur cum lege. iudicent alij.*

3 *Maceria & domus lignea. an cedāt solo. distingue. ecclesia verò nunquam cedit. sed contrà.*

LEX CLVII.

1 QVANTVM. † Paries secū dum significationem iuris cō prehendit, seu significat, murum & materiam. id est murum

2 sine cœmēto. † Item appellatione semitæ, & itineris, venit etiam via. hoc dicit. text. cum glos. ¶ In glo. in fin. ego non credo, ꝙ hîc fuerit aliqua rubrica sed velit dicere, ꝙ secundū significationem iuris ciuilis, paries &c. quasi dicat licet secundum significationem Rethorum, vel Poëtarum aliud posset significare, & sic facit iste text. ꝙ significationes vocabulorum, quæ scribuntur per plurimos non legistas, non debeant allegari, quando in iure ciuili aliter exponantur: vt hîc. ¶ In glos. in verbo murus, ibi sine cœmento. per istam glos. cum text. dicit glos. in. l. præcario. coniuncto illo text. suprà communia prædi. quòd illud quod dicitur in. l. adeò. §. ex diuerso. suprà de acqui. re. do. &. §. ex diuerso. institu. de re. diui. videlicet quòd ædificium cedit solo, habet locum etiam in muro, sine cœmento, & hoc tenent ibi Flo. & Pau. de Cast. in. l. ij. C. de rei vendicatione. propter quod dixit dominus meus Flo. in dicta. l. si præcario. quòd si

3 vnus venderet mihi fundum, in quo esset † murus sine cœmento, quòd etiam murus vehiret in venditione, quia cedit solo, quod est notā? Ego tamen intelligo hoc verum, quando ille murus sine cœmento esset ad hoc factus, vt esset murus putà: quia claudebat fundum, secus si essent tantū modo lapides, & quadrelli erecti in modum muri, vt non impedirent fundum, vel domum, non autem causa muri: quia tūc ego credo, quòd non cederent solo: quia semper res iudicatur esse talis secundum finem, ad quem ordinatur. facit ad hoc. l. fundi. ad fin. suprà de actio empti. ¶ Sed quid de domo lignea, quæ non est affixa solo, vt est domus hîc Bononiæ in platea iuxta palatium dominorum, & palatium communis, in qua venditur sericum. an ipsa cedat solo? dic, quòd nō, casus est in. l. Titius horreū. suprà de acqui. re. do. secus si esset terræ affixa, vt ibi dicit glos. & pro hoc facit. l. prima. §. planè. siquis de ligneis. ibi solo cohæreat. vbi quando domus lignea, quæ solo cohæreat, & sic terræ affixa est, & de ea aliquis expellitur, competit interdictum. de vi, & vi arma. vt ibi. ergo cedit solo: quia illa domus lignea dicitur immobilis. aliâs non competeret illud interdictum, vt dicta. l. j. §. illud vtique. eod. titu. de vi, & vi armata. ¶ Aduertas tamen ad vnū: quia quod supra dixi, quòd ædificium cedit solo fallit, in ecclesia, in qua est speciale, vt solum ædificio cedat vt not. glos. notabilis. xij. q. ij. apostolicas. Et idem si de materia tua ædificas ecclesiam in fundo alterius. argumento. xvij. q. iiij. quæ sunt nobis de quo per Archyd. in dicto. c. ad apostolicas, & per Flor. in. l. qui domum. suprà ad. l. Aquiliam. & latius per eundem in. l. de eo. §. siquis ex vnis. s̄. ad exhiben. vbi tenet, quòd non sit speciale in ecclesia, & tangit hoc etiam per Spec. de empt. & vendi. §. tertio loco. versi. quid si clericus de pecunia.

SVMMAE.

1 *Singularis numerus pro plurali sæpe ponitur. Sed hîc considerandum est, quoniam illi plures vnum duntaxat representant, putà promissorem, vel stipulatorem.*

2 *Singularis numerus pluralem (inquit) abhorret.*

LEX CLVIII.

IN VSV IVRIS. Numerus singularis in iure, aliquando ponitur pro plurali. hoc dicit. ¶ Nota, quòd promissio facta per aliquē mihi pro me, & hærede meo, extendi-

1 tur non solùm † ad vnum hæredem, sed etiam ad omnes quot quot sint. ¶ Et econtra. Promissio facta ab aliquo mihi pro se, & hærede suo in singulari numero, comprehendit, & ligat omnes suos hæredes, si plures erant. Et sic in effectu not. quòd singularis numerus comprehendit pluralem. vnde Vergil. in secundo Aeneidos de græcorum equo Aeneam loquentem scribens ait.

Huc dele

Huc delecta virûm sortiti corpora furtim.
Includunt cæco lateri, penitusque cauernas
Ingenteis, vterumque armato milite complent

¶ Armato milite cōplēt.i.armatis militibus. adde hîc omnino & non omittas, quod not. Ludouicus de Roma.in.cccccxlj.singulari & in sequenti. Sed regulariter contra: quia natura singularis
2 numeri † abhorret pluralitatē: de quo dic, vt not. Ioa.An.in regula pluralis.in Mercurialibus.& vide per eundē in Spec.de test.§.in differētijs addi. quæ incipit, hinc. in quarta quæstione.& ibi Spe. in vltima.q.& de procurato.§.rationi formæ. Item vide quod dixi in.l.non est sine liberis.§.eo.& in.l.quòd si nolit.§.pen.in his autem.ff.de ędi. edicto.vide glos.in.l.ab hostibus redempti.C.de captiuis.

S V M M A.

1 *Aes aurum continet, vt speciem quandam. quòd si sit, legato ære, annon & aurum legatum censendum est?*

LEX CLIX.

ETIAM AVREOS. Appellatione ęris continet etiā aurū.h.d.notabiliter. Not.ꝙ ducatus, vel florenus vel similes, qui sunt de auro, possunt appellari numi.¶ Et pistū tex. ego cōfundo opi. quorūdā, qui dicūt, ꝙ de isto iure digestorū arti-
1 fices nesciebāt † separare aurū ab argēto, vel ęre, sed bene argentū ab ęre, & sic ab alio metallo, per tex.in.l.lacus & stagna.§.si ex ęre meo.ſ.de acquire.re.do.vbi tex.facit solū mentionē de argento: non autē de auro.vt ibi quidā recitāt.& in.l.idem pōponius scribit si frumentū.§.sed & si plūbū.ſ. de rei vēdi.& in.§.cū ex aliena materia. institut. de rerū.diui.Nā hîc est casus rotundus cōtra eos. coniūcto dicto.§.si ex ęre.Nā si appellatione ęris venit etiā aurū, vt hîc, & ęs ab argēto, artifices de isto iure sciebant separare.vt in.d.§.si ex ęre.ergo sciebant etiam aurū ab argento, quod bene not. Barptholomæus Cæpola Veronensis.

S V M M A.

1 *Cæterorum appellatio quid contineat. idem dicas de reliqua.*

LEX CLX.

CAETERORVM. Appellatione cæterorum, & reliquorum etiā omnes cōtinentur.h.d.It adde hîc omnino quod dixi in.l.potest reliquorū.ſ.eo.&quod dixi plenius in.l.creditores.ad fi.supra eod.vide glo.lvj.distin.apostolica.in verbo cæteræ.quæ dicit, ꝙ hoc est impropriè.quod bene not.¶ Extrà adde, ꝙ appellatione cæterorū venit pupillaris substitutio.vt est casus not.in.l. qui plures liberos.§.j.ſ.& vulgari & pupillari.Itē venit fideicommissum vniuersale, & legata, & fideicommissa particularia, & tutelæ dationes, vt probatur in authen.vt cū de appellatione cogno. §.siue igitur omnes, & hoc tenet expresse Barto. in authen.ex causa in antepenul.columna. versiculo quæro, dicitur hîc cætera.C.de libe. præteri. vbi dicit, quòd propter dictam authen.ex causa: quia in fi.eius dicit: Cætera nanque firma remanent, quòd confirmat legata, & fideicommissa, & pupillarem substitutionem, quando testamentum est nullum ex causa præteritionis vel exhæredationis, & multa alia, de quibus ibi vide per eū, & vide eundē latius in.l.filio præterito.in.vj.q. principali.primæ partis.ibi.vj.est videndum.ſ.de iniusto testamento.¶ Adde etiā, ꝙ in effectu appellatione cæterorum comprehēduntur omnia, quæ dependent ex testamento.vt.l.nam quod.§. siquis cōpulsus.ſ.ad Trebel.¶ Pro clariori intelligentia huius.l.cæterorum &c.

1 QVAERO, & reuoco indubiū † quid veniat appellatione cęterorū, & quomodo capiatur verbū cætera? dic, ꝙ verbū cætera, capit duobus modis, in vno modo quādo scribitur breue.s.&c. & tūc quid importet, vide plenè Bar.in.l.Gallus. §.idē credendum.ſ.de libe.& posthu.alio modo scribitur ad longū: & tunc dicit Bart. in dicto.§. idem credendum, aut reffertur ad aliquod verbum determinatè, & ad illud reducitur, & secundum illud determinatur: ita loquitur dictus.§. siquis compulsus, &.l.ita tamē.§.quoties ad Trebell.cum similibus.si verò nō habet certā limitationē, tunc cōprehendit omnia, quæ sunt de necessitate cōtractus, vel rei, super qua apponitur, vt hac.l.&.l.si duo patroni.§.siquis iurauerit, suprà de iureiurando. Et idem est dicendum de verbo reliquorum, vt hîc, de dictione tamen &c. vide etiam Bal.in authē.siquis in aliquo.ibi deinde videtur.C.de ædendo, & in dicta.l.si duo patroni.§.idē Iulianus.de iureiur.Itē adde, ꝙ istud verbū cæterorum, regulariter non reperitur nisi in plurali numero.aliquādo tamē reperitur in singulari verbū cæterorū: vt est text.cum glo.in verbo cæteram partem. in.l. cancellauerat.ſ. de his quæ in testamento delentur.

S V M M A.

1 *Superlatiuum in vno verificatur. sed dic tunc positiui rationem subire.*

LEX CLXI.

ILLA VERBA. Super-
latiuum verificatur etiam in
vno tantùm.hoc dicit.facit.l.
proximi.ſ.eod. & in.l.proxi-
ma. &.l.cæterorum. &.l.po-
test reliquorum.ſuprà eodẽ.
1 Barptholomæus Cæpola Veronen. ¶ Si † cõpa
ratiuum præſupponit poſitiuũ, & ſuperlatiuum
præſupponit comparatiuum, de pluribus quàm
de vno, & de duobus dicitur, ergo legando, vel
promittendo, aut donando fundum quàm maxi
mum, nihil omnino videtur legatũ promiſſum,
aut donatum eſſe ab eo, cui vnicus duntaxat eſt
fundus. hîc tamen contrà ſentitur. Dicamus &
cõparatiuum, & ſuperlatiuum etiam in iure no-
ſtro ſæpe poni poſitiui loco, ita notant doct. in.l.
vnica.C.de ſen.quæ pro eo quod.iur.profer.
Hector Foreſtus Vaſionenſis.

SVMMAE.

1 *Puer multa ſignificat, conuenitq; tam fœminæ, quàm maſculo. vide hîc.*

2 *Puerpera quæ dicatur, & an citata debeat cõparere. Itẽ quãtũ tẽporis iacere debeat, diſtingue. vt hîc.*

S. PVERI APPEELA-
tione. Puella, & puerpera, quæ
in partu recens eſt, venit appella
1 tione pueri.h.d. Nota, ꝙ † puer
capitur hîc pro eo, qui puerilem
ætatem agit: non autem pro eo, qui ponitur, vel
qui capitur ad differentiam puellæ: quia tũc cum
eſſent diuerſa, vnum non comprehenderet fortè
aliud. ita intelligo iſtum text. per.l.pueri appella-
tio.ſ.eo. Capitur etiam tertiò modo puer pro ſer
uo, vt in dicta.l.pueri. de quo dic, vt ibi dicam.
2 ¶ Nota, † quòd hoc verbũ puerpera, licet ſit fœ
minini generis, tamen deſcẽdit à maſculino, ſicut
puella etiã ſignificatur appellatione pueri. ¶ No-
ta, ꝙ puerpera dicitur illa, quæ eſt recens ex par-
tu: & dicitur eſſe infirma, adeò, quòd vocata ad
iudicium venire nõ tenetur, niſi poſtquam decu-
buerit; id eſt ſurrexerit à partu. vt eſt caſus in.l.ij.
§.ſed ſi non propter.ſ.ſi quis caut. & hîc not. in
gloſſ. Quanto autem tempore poſsit in lecto iace
re, credo, quòd deberet conſiderari qualitas mu-
lieris, & infirmitas: quia quædã ſtant diu, quędam
non patiuntur aliquam infirmitatem: imò cum
primum partum ediderunt, ſunt liberatæ: nec ia-
cẽt in lecto, vt vidi quaſdã de rure, & in iſtis ceſſa
ret diſpoſitio dicti. §. ſed ſi propter. quia ceſſat ra
tio ipſius, in alijs autẽ ſtaretur dicto obſtetricũ,
& medicorum: quando poſſunt à lecto ſurgere.
arg.tex.in.l.j.in prin.cum gloſſ.ſ.de ven.inſpic. &
l.ſemel.C.de re milita.lib.xij.cum ſimil. Item not.
quis dicatur eſſe in teneris annis. vide gloſſ.& do.
Anto.de But.in.c.cum in tua.extra qui ma.accu.
po.& vide omnino glo.in.c.ſi eo tempore, in ver-
bo ætatem.de reſcriptis.libro vj. & vide omnino
tex.& glo.in.c.ex ratione, & ibi doct.extra de æta
te, & quali. Barptholomæus Cæpola Veronen.
¶ Tametſi hoc nomen puer, voce ad ſolum ma-
ſculum pertinere videtur, fœminam etiam com
plectitur. Huius autem cõplexionis ratio duplex
ponitur per Iuriſconſultum. quarũ neutram Al-
ciatus probat. Quocirca puerum fœminam con-
tinere alia, nec forſan improbanda ratione puta-
mus, ſcilicet. Si pueritia, abs quo nomine puer de-
nominatur, cõuenit tam fœminæ, quam maſcu-
lo, vt cõſtat, nam & fœminam in pueritia eſſe di
cimus, perinde atq; maſculum, quidnam oberit,
& fœminam pueri nomine, vel propriè compre
hendi? Accedat, quod & infans, adoleſcens, iuue-
nis, & ſenex, quatenus hæ voces adiectiuorum ra
tionem habẽt, vtrique cõueniunt ſexui. Sed hæc
cauilloſis miſſa fiant. Hector Foreſtus Vaſionẽ.

SVMMAE.

1 *Poſthumus non eſt pupillus, ſed pars viſcerum matris: ita verò vt non propterea mater (ſi eſt ancilla) facienda ſit pluris prægnans, quam contrà.*

2 *Sed an ſit in patris poteſtate, diſtingue vt hîc.*

LEX CLXII.

NON EST PVPIL-
1 lus. Poſthumus, † qui eſt in
ventre non dicitur pupillus.
h.d. facit text.in.l.ſi.in princ.ſ.
de aſsig.libe. vbi dicitur, quòd
ille, qui eſt in vtero nõ dicitur
eſſe in poteſtate patris. ad idẽ eſt tex.not.in.l.fin.ſ.
de colla.bon. ¶ In contrarium eſt caſus in.l.ij.in
prin.verſi.planè.ſ.de vulg.& pupil. Nã ad hoc, vt
pupillaris ſubſtitutio valeat, eſt neceſſe, ꝙ † filius
2 ſit in patris poteſtate. vt dicta.l.ij.in prin. de vulg.
& pupil.& tamẽ poſthumo poteſt ſubſtituere pa
ter. vt ibi in verſic. planè. ergo poſthumus eſt ſibi
in poteſtate. ¶ Sol. poſſumus dicere, quandoque
tractatur de fauore pupilli, vt ſcilicet decedat cũ
teſtamento, vt.l.& quia. de interroga. actio. & in
l.vel necare. quemadmo.teſta.aper.& tunc habe-
tur pro nato pupillo, & pro in poteſtate. ita intel-
ligatur dicta.l.ij.in prin. vt eſt caſus in.l.quod di-
cimus.in prin.ſ.eo.& in.l.qui in vltimo.ſ.de ſtatu
ho. Aut tractatur de eius odio, vel non de fauore
ſuo, & tunc non habetur pro nato: ita intelligan-
tur iura.ſ.in cõtrarium allegata, &.l.ea quæ ſunt
hîc in glo.& de hoc eſt caſus in dicta.l.quod dici-
mus.in fi.ſ.eo. ¶ Et ex iſtis remanet etiam gl. hîc
declarata.

declarata.& ad istã.l.adde, quæ dixi in.l.qui mortui nascuntur.§.eo.& quod dicam in dicta.l.quod dicimus.j.eo.vbi latius dicam an, & quando ille, qui est in vtero, habeatur pro nato.

SVMMAE.

1 *Dictio supremus etiã nullo antecedente dicitur, idem de dictione vltimus, sicut primus etiam dicitur, quem sequitur nullus.*

2 *Vulgaris dictio exponitur, id est pupillaris: cui expositioni non consentit Alciatus.*

LEX CLXIII.

IN VVLGARI. Substitutio pupillaris facta † vltimo moriẽti valet, etiã si fiat vnico tantùm existẽti. Sicut lex.xij.tab.quę defert hæreditatẽ ab intestato agnato ꝓximiori, habet locũ etiã in vno tantũ agnato existente.h.d. ¶ Pro declaratione gl.op.cõtra tex. Nam hîc dicitur in vulgari substitutiõe, substitutio fuit hîc facta vltimo moriẽti, & sic etiã postquã adiuit hæreditatẽ.vt.l.vel in singulis.in fi.§.de vulga. & pup.ergo nõ potuit esse vulgaris, vt.l.post aditam.C.de impu. & alijs substi. Timore huius dixit gl.ꝙ iste text.debet intelligi in pupillari substitutione, quæ per aditionẽ nõ expirat, vt.l.j.in prin.§.de vulg.& pup. ¶ Nec
2 ob.iste tex.in prin.qui dicit in vulgari: quia debet exponi.i.in pupillari, quæ ratiõe substituti dicitur vulgaris, quia quilibet substitui põt. ¶ Et pro ista expositione facit.in simil.l.si mater.in prin. cũ gl. in verbo in pupillari.§.de vulg.& pup. vbi substitutio ibi, quę fit à matre, dicit pupillaris. nõ, ꝙ sit pupillaris: quia à matre fieri nõ potest: quia nõ habet filiũ in potestate: sed dicitur pupillaris: quia pupillus institutus est.&c. Barptho.Cepo.Vero.

SVMMAE.

1 *Terminus complexus. Si quid acciderit, interpretatur de morte naturali, hanc autem interpretationẽ eã ob causam facimus, quoniã nihil est morte certius, nihilq; quod magis naturaliter fugiamus, qua vt ineuitabili adueniente, tũc dũtaxat dispositionẽ de rebus nostris, validã esse velle cẽsemus.*

2 *Accidit, contingit, & euenit, quid significent an verum sit alterius sit iudicium.*

1 S. SI QVIS. Verbũ hoc accidit, secũdum vulgi opinionẽ, mortẽ significat.h.d. ¶ Nota, ꝙ † si relinquo tibi centũ: cũ mihi aliquid acciderit, intelligitur.i.cũ moriar.vt.l.Publia.in princ.cũ si. §.deposi. ¶ Nota secũdò, ꝙ verbum † accidit, accipitur in malã partẽ, cõtingit in bonã, euenit in bonã, & in malã. vnde apud Rethores solet dici, accidũt mala: contingunt bona: eueniũt vtraque.

¶ Nota tertiò tex.ibi secũdum vulgi opinionem pro cõmuni vsu loquendi, ad idem.l.anniculus.la ij.cum gloss.& ibi dixi.§.eo.

SVMMAE.

1 *Dictio filia rationem generis habet, cõplectitur enim posthumã. idẽ de dictione filius, vt vtraq; verificetur in posthumo, vel posthuma, non autẽ cõtrà repugnante dictionis etymo.*

2 *Glossa & doctoris dictum est intelligendum secundum legem, quam allegat.*

3 *Datio tutoris facta filio, vel filiæ, an comprehendat posthumũ, & posthumã, secus in legatis faciẽdis.*

LEX CLXIIII.

1 NOMEN FILIARVM. Appellatione † filiarũ venit etiã posthuma, sed non ecõtrario. appellatione posthumæ non venit filia iam nata. h.d. ¶ In gl.j.in prin.ibi.l.qui filiabus.in princ.dic, vt ibi not.per gl.& doc. ¶ In ea.gl.ibi. idẽ si do tutorẽ filio meo. Aduerte: quia ista gl.videtur velle, ꝙ si testator dicat in singulari numero, do tutorẽ filio meo, tunc etiã posthumæ, multò magis filiæ natæ tutorẽ dedisse, quod nõ est verũ: quia est cõtra casum.l.Seuerinus, vel Herenius. secũdũ intellectum, quẽ ibi dedi.§.e. ¶ Nec ob.§.fi.quẽ gl.allegat, quia ibi loquit de filijs in numero plurali. quo casu fateor, ꝙ tunc veniũt etiã posthumæ. ¶ Nec ob. dict.§.fi.ibi, quia filij, vel filiæ appellatiõe. vbi loquit in singulari: & tamẽ venit etiã posthuma: quia respondeo, ꝙ ibi duo ponũtur filij, & filię, & posteà posthumus, & posthuma. Vnde debemus referre singula singulis, vt dum dicit appellatiõe filij cõprehendit etiã posthumus, appellatiõe filię cõpreheditur posthuma, vt ibi, & hoc ꝓbatur in l.si qs filiabus.in fi.§.de testa.tu. vbi nõ repetit, nec filius, nec posthum⁹ in genere masculino: & ideo ille tex.nihil ꝓbat, ꝙ appellatione filij veniat etiã
2 posthuma. ¶ Verũ, quia † gl.semper debet intelligi secundum tex.quẽ allegat.vt not.Io.And. in.c. cũ tu.extra de testib. Et idẽ est dicendum in dictis doctorũ, vt semper intelligãtur secundum tex.& glossas quas allegãt. Et quia non est credẽdum, ꝙ Accursius tantus vir in hoc errauerit, dico, ꝙ debet intelligi secũdum dictũ.§.fi.insti.qui dari tut. pos.videlicet, ꝙ si do tutorẽ filio meo, videar dedisse etiã posthumo, sicut hîc dãdo tutorem filiæ videor dare etiã posthumæ, & sic gl.non debet in omnibus referri ad istũ tex.videlicet, ꝙ si do tutorẽ filio meo, videar dare etiã posthumæ: quia hoc esset falsum, vt patet ex prædictis. Et ista adde his, quæ dixi in.d.l.Seuerinus.§.eo.pro intellectu quẽ ibi tenui. ¶ Adde tamen prædictis, ꝙ illud, quod dicitur hîc in tex.& gl.ꝙ appellatione filiorũ, vel

filiarũ cõprehenduntur posthumi,& posthumæ.
3 est † verũ indistinctè in datione tutoris,cum in ea vertatur publica vtilitas.vt no.gl.fi.in.l.j.C.quod cum eo.& ita loquitur.d.l.si quis ita.in prin.&.l.si quis filiabus.š.de testa.tu.& dictus.§.fi.cũ si. ¶ In legatis autẽ dato, ꝙ sint fauorabilia, in.d.l.qui filiab⁹. in prin.d.leg.j.cõiũcta.l.in testamẽtis.ĵ.ti.j. Nihilominus appellatione filij,vel filię non venit posthumus, vel posthuma, nisi de posthumis in aliqua parte testamẽti fuerit facta mentio,vt.d.l. qui filiabus.in prin. &.l.qui quartã.§.fi.š.de leg.j. & idẽ multò magis in exhęredatiõe,vt posthumi non cõprehẽdantur,cum ipsa sit merè odiosa, vt l.cum quidã.š.de liber.& posthu.& hoc tenet do. Pau.de Cast.in.l.Titius testamẽto. in prin.š.de libe.& posthu.& doc.ponunt in.d.l.qui filiabus. in prin. ¶ In ea.gl.in fi.dic,& hãc primã solutionem tenet etiã gl. in.d.§.fi.& in.l.ꝙ si nepotes.š.de testa.tu. ¶ Extra glos.opponitur etiã cõtra tex.de.l. Titius testamẽto.§.Lucius.š.de libe.& posth.vbi appellatione posthumi cõtinetur etiã iam natus. So.secundũ gl.& Bar.ibi,videlicet, ꝙ ibi hoc cõtigit ꝓpter ignorãtiam testãtis, qui nesciebat posthumũ esse iam natũ,& propter fauorẽ testamẽti, quod tamẽ intellige verũ secũdũ do.Pau.de Cas. ibi, quãdo testator retulit se ad certũ posthumũ: quia sciebat ibi illã neptem esse prægnantẽ.Facit ad hoc.l.fi.in fi.C.de posthu.hęredibus instituen. Si autem ignorabat esse prægnãtem:& sic se non retulit ad certum posthumum:tunc instituendo posthumũ,qui est in vtero,tamẽ videtur iam natum instituisse.ar.l.cõmodissimè.de lib. & posth. Et istud facit ad.q.si Papa cõcedit alicui beneficiũ aliquod vacaturũ, & tẽpore cõcessionis vacet, vt videatur distinguendum.vt.š.de hoc tamen vide gl.in verbo notitiã in cle.j.de cõces.præbẽ. Itẽ ille §.Lucius. habet locũ in actu non iterabili. vt est actus natiuitatis,secus in iterabili.de quo dic,vt in l.si iam facta.š.de cõdi.& demõ.Bar.Cæp. Vero.

SVMMAE.

1 *Pars vel portio simpliciter posita dimidium rei significat, vnde domum habens, & partem simpliciter vendens dimidiatam censetur vendere. & nu.3. vbi verò incertitudo est pars totum assumit. nume.2.& nume.6.*
4 *Duarum partium appellatione, quid veniat.*
5 *Partitiua dictio, quid operetur.*
7 *Pars & portio, vnde dicantur.*
8 *Partim dare, & partem dare differunt.*
9 *Portionis hæreditariæ restituendæ grauamen, quid importet, & alia de parte, & portione, vide hîc notanda enim sunt.*
10 *Participo, quid significet.*]

S. PORTIONIS. Appellatiõe portionis,vel partis (si aliud nõ dicatur) venit dimidia, secus si apponatur aliquod verbũ, qđ aliud significet.h.d.In tex. ibi dimidia.vide Bar.in Tiberiade in tractatu de insula.in prin.vj.col.versi.quid autẽ si esset in medio?
1 & hîc adde, quòd † appellatione partis significat dimidiam,non tñ de necessario significato, ita dicit Bal.in.l.Aemilius Largian⁹.in fi.ij.col.ff.de mi.
2 Itẽ adde, † ꝙ appellatione partis continetur totũ propter incertitudinẽ,quãdo de vna parte magis quã de alia intelligi nõ potest,casus est,& ibi gl.in l.vxori.in prin.ff.de le.iij.& ibi vide Bar.& qđ ibi signaui.& vide in versi.Adde tamẽ,ꝙ appellatiõe partis.Itẽ appellatiõe partis venit nõ dimidia, sed illa,quæ est in dñio ꝓmittẽtis,vel legantis,qñ res est cõmunis.tex.est in.l.serui electione.§.j.ff.de lega.j. ¶ Nota ergo,& ad hoc semper allegaŕ iste.§.
3 ꝙ appellatione partis in dubio † venit dimidia, de hoc est gl.in verbo medietatem in.c.ij.statuto. de decimis.li.vj.& ꝓbatur in.l.etiã partis.ff.de vsufr. & vide omnino gl.j.xxviij.dis.priusquã. & gl.in.l. planè.§.fi.in verbo pro parte.de leg.j.& idẽ multò magis,qñ specificaretur, vt.l.sed si restituatur. §.si pater.ibi partẽ dimidiam.š.de iudi. cõcordat etiã.c.j.in prin.in ti.de alie.feud.in v si.feu.Et quod dixi,qñ in dubio.& absolutè profertur, venit dimidia.Idẽ si dicatur primã partẽ,vel secundã par
4 tem,vel vnã partẽ. Si autẽ † diceret duas partes, tunc nõ veniret tota res,sed intelligerenŕ tũc duę partes de duodecim,vt est tex.& ibi Bart. in.l.interdũ.§.pater.š.de hære.instit. quod tñ intellige, nisi ex mẽte proferẽtis aliud verisimiliter cõiecturari posset,quia tũc aliqñ intelligũtur duæ partes de septẽ,vel de nouẽ,vel simil.vt est tex. in.l.si ita scriptũ fuerit,Titi⁹ imò Pãphilus.§.fi.š.de hære. insti.& in.l.si ita scriptũ.š.de libe. & posthu. & in l.qui nõ militabat.in prin.š.de hære.insti. cũ simi. Adde,ꝙ appellatione partis cõprehẽditur etiã minor pars dimidia, qñ de mente loquẽtis hoc constat.Nã hîc dicit,ꝙ partẽ visitat,& potest etiã intelligi de minore dimidia. de quo.extra de deci.c. ij.li.vj.Ita dicit do.Dominicus in.c.j.Romana.§. j.deinde.in prin.de censi.li.vj.Itẽ vide,quę dixi in c.j.in ti.de cõtẽtis inter me, & dominũ de portione fratris mei.Et prędicta intellige vera:nisi appo
5 natur † dictio partitiua aliquis,aliqua, aliqđ:quia tunc potest significare etiã minimã partem.vt est tex.no.in.c.j.§.cum autẽ.ibi alicuius partis,&c.& ibi hoc not.Bal.in tit.de cõtro.inuesti. & idẽ not. Bal.in.l.j.in pe.col.versi.secũdo.quæro,nunquid. C.de inofficio.dona.& est gl.singul.secũdum aliquos in cle.j.de fo. cõpe.in verbo, aut earũ parti, & per

& per illã glos.hoc idẽ tenet.d.Dominicus de sancto Gemi.in.c.j.statuim⁹.ante fi.principij.de elec.li.vj.Sed tu allega secũdam gl.in.c.j.in prima gl.in ti.de cõtentione inter me,& dominũ de por.feudi fratris mei.de quo aliquid vide per Flo.in.l.etiã partis.§.de vsufru.Itẽ fallit,nisi adijciatur magna, vt verba aliquid operentur.l.si quãdo. de leg.j.ita dicit.d.Iac.de Alua.in.c.j.in ti. de cõtro.inter masculum,& fœminã in.ij.col. ¶ Et ex hoc ego infero vnũ notabile dictũ.s.ꝙ.l.si vnquã.C.de reuoc.dona. habet locũ etiã, quãdo minima pars fuisset donata,quia dicit ibi tex.vel partẽ aliquã facultatum.&c.& idẽ tenet Bar.in.l.Titia.§.Imperator.in antepe.q.ff.de leg.ij.Adde tamẽ, ꝙ appellatiõe
6 † partis,etiã totũ,quãdoq; cõtinetur,vt est casus, in.l.vxori in prin.& ibi Bar.ff.de leg.iij.& not.gl. magna.quæ incipit hîc instat solicitus.in fi. in tit. per quos fiat inuestitura.& ibi.d.Iaco. de Alua. & est casus in.l.virilis.§.eo. & vide qđ ibi dicã facit.l.ij.cum ibi notatis.C.de hære.insti.&.l.potest reliquorũ,& quod ibi dixi.§.e.&.l.cæterũ.& qđ ibi dixi.§.e.& facit optimè ecõtra.l.illud.§.min⁹. & qđ ibi not.Guil.de Cun.& Pau.de Ca.§.de tributor.

QVAERO pro declaratione huius.§.j.qua-
7 re dicatur pars,vel portio.† dic à partiẽdo.i.diuidẽdo.quia per partes res diuiditur.vt in.§.hereditas. instit. de hæredi.institu.& hoc vult text. in.c. quod quidam.j.quæstione quinta.

QVAERO secũdò,an appellatiõe partis veniat pars pro diuiso?vel pro indiuiso dic,ꝙvtroq; modo venit. vt est casus in.l.rectè dicimus.§.j.§.eo. & in.l.si quis cum totum,in princip. versicul. proinde si quis.§.de excep.rei iudic.

QVAERO tertiò,an sit differẽtia inter dare partẽ,vel dare partim?dic,ꝙ sic.Nã dare partẽ est dare dimidiã,vt hîc dare partim est dare particulariter,ẽt minimã dãdo.vt.xvj.q.vij.c.maiores.

QVAERO quartò, de verbo particulariter,vel particulare,dic,ꝙ non significat tantũ dimidiam,sed imò etiam minimam partẽ, vt probat tex.& ibi hoc tenet glos.in verbo particulare. in.l.j.C.de iure emphy.

QVAERO qntò, q̃d de verbo particula,
8 † dic,ꝙ significat quartã partẽ.& adde,ꝙ quarta legitima filij,& sic quarta pars hęreditatis dicitur particula.vt no.gl.in verbo hęreditatẽ.in.l.si quis in suo.in prin.C.de inoffi.testa.ad idẽ est tex.cum gl.in verbo particulã. in.l.ij.in prin.C.quãdo & à quibus quarta pars deb.li.x.& ratio est secundum Bar.ibi:quia cũ verbũ partis,seu portionis,significet dimidiã, vt hîc, & verbũ particula, vel simile sit diminutiuũ,diminuit medietatẽ partis, vt.d.l.ij.& facit quod dicitur,ꝙ pars adiecta parti significat partẽ partis.vt.l.plures. & ibi Bar.§.de dam. infec.& dicam infra statim.

QVAERO sextò,quidã testator grauat hæredẽ restituere portionẽ hæreditariã,quid veniet
9 appellatione † portionis hæreditariæ,dic breuiter,aut extraneus est grauatus de restituẽdo filio, & tunc veniũt in restitutione non tantùm percepta iure hæreditario,sed etiam percepta quoquo alio modo. vt est casus not. in.l.liberto.§.filiũ ex dodrante.§.de annuis lega.Aut filius est grauatus de restituendo filio,aut filius extraneo, aut extraneus extraneo,& tunc nonveniunt,nisi percepta iure hęreditario.vt.l.Marcellus.§.quidã.§.ad Trebel.ita singulariter dixit Bart. in dicta.l.liberto.§.filium.de quo vide per glo.& docto. in.l.cum verum.C.de fideicommiss.

QVAERO septimò, duo habent ædes cõmunes,& vnus stipulatur à vicino pro parte damni sui per cautionem de damno infecto, an videatur stipulari pro parte suæ partis?an verò pro tota parte sua,vide de hoc tex.gloss.Bart.& doct. in.l.plures.§.de damno infecto.

QVAERO octauò,aliquis habebat fundũ cõmunem cum Titio,& dixit in testamẽto, lego partem meã partis dimidiæ illius fundi Titio, an videatur legare totã partem suã,& sic dimidiam, an partem partis,& sic dimidiam dimidię?Istam quæstionẽ format Iaco.de Arena.dic,in.l.vxor.in prin.de leg.iij.& Bar.&doc.in.d.l.plures.ff.de dã. infec.vt ibi,& vide etiã Bar. in.l.Lucius.§.filiam ex asse.ff.de leg.ij.& ibi gl. & vide etiam Bal.in.l.j.in prima col.ad fi.versi.quęro hîc.vtrum,qui legat.C.qui testamenta facere pos.

QVAERO nonò, quid si pater donauit filio aliquid pro parte sua,an ex hoc quod dicit pro parte sua, videatur velle, quòd sibi computetur in legitima,& sic illud verbum pro parte, intelligatur pro legitima? dicas, quòd sic. & de hoc est casus in.l.peto.in princip.in secundo responso.ff. de leg.ij.& ibi hoc tenet Barto.Bal.& Ange. pro quo facit.l.etiam.§.penul.ff.de bonis libe. & facit quod not in.l.cum.§.fin.ff.ad legem Falcid.Item pro hoc facit,quia iste est communis vsus loquendi,vt parentes communiter appellent legitimam filij partẽ suam.ergo.l.Labeo.& quod ibi Bart.de supellect.leg. &.l.liberorum.§.quod tamen Cassius.de leg.iij.&.l.cum delanionis.§.Asinã molendinariam.ff.de fundo instructo.cum simi.

QVAERO decimò,quid de verbo partici
10 po,an significat † dimidiam? Exẽplum.Maritus, & vxor vendiderũt fundum dotalem,cum iuramento,ita,quòd valet contractus, vt in.c.mulieres.de iureiuran.in.vj.& in.c.cum contingat. extra de iureiuran.& hoc facit vxor, quia cõfitetur se participasse precium,quãdo,quid,& quantum

vxor posſit repetere ab hęredibus mariti,& Bar. conſuluit,ꝙ non poteſt repetere,niſi dimidiā pretij. Nam cū cōfiteatur ſe participaſſe intelligitur, ꝙ pars dimidia venit ad eam per hūc.§.vt refert Bal.in.l.mater tua.C.de rei vendi. in.vij.col. in fi. verſi.Sed hîc quæro,quid in tali caſu? vbi omnino vide,quia hoc dictū limitat? dic, vt ibi per eū.

QVAERO,quid in formatione libelli,dico ſimpliciter duas partes peto, an intelligar partes duas petere de duodecim,dic,ꝙ ſic. vt ſingulariter no.Bar.in.l.interdum.ff.de hęre.inſti.& Ang. in.l.ſi fundus.§.pe.ſi duo.in fi.ff.de pig. vbi dicit, quòd debeo petere duas partes de tribus. Et vide Bar.in.l.codicillis.§.qui Semproniam.ff.de vſufr. leg.Et vide Ang.in.l.ſi in rem.š.de rei ven. in pe. col.in fine.verſicu.in ea. gloſſ. ibi partem vidiſſe. Barptholomæus Cæpola Veronen.

SVMMAE.

1 *Verbum habere, quid ſignificet, & decretum prohibens habere duos lectores, vel cantores, num prohibeat eligere.*

2 *Promittens habere licere in quo teneatur.*

3 *Verbum peruenire quid importet.*

S. HABERE. Verbum habere,
1 † ita intelligitur cū effectu ſicut verbū peruenire. Et peruenire,dicitur aliquid ad hæredē, deducto ſemper prius ære alieno.h.d.cum.l.ſeq. ¶ Ex quo not. in facto, ꝙ cum quoddam decretum emanaſſet ab illuſtriſsimo dominio Venetorum in iſtis terminis,videlicet,ne Paduæ poſsit haberi,niſi vnus cōcurrens ad vnamquāque lecturā, & ſic duo tantum haberi debeant ad vnā lecturam,dubitatum fuit Paduæ à doctoribus,me præſente, an plures poſſent eligi,& publicari à ſcholaribus, ad quos ſpectat electio,& quidam doctor ſolennis allegando dicebat,quòd non,propter dictum decretum. Ego dicebam ſibi contrarium,videlicet,ꝙ etiam tres,vel quatuor,vel plures eligi poterant,quia dictum decretum dicit,haberi non poſsit,&c.quod verbum haberi, intelligitur cum effectu.ſ. quòd actualiter legere nō poſsint,niſi duo vnam lecturam.vt hîc.& pro hoc facit:quia verba ſunt intelligēda cum effectu.l.penul.§.docere ne quis eum qui.in ius voc.cum ſimi.Sed quòd plures, vt plures eligi non poſsint,hoc non dicit,nec vult dicere dictum decretum:quia ex electione, vel publicatione,nō acquiritur aliquod ius electo ad ipſam lecturam.vt in.c.per venerabilem.in princ.extra de electione.& maxime:quia confirmatio poſteà ſpectat ad dictum dominium Venetorum:quod poterit duos tantum cōfirmare, & ita fuit obtentum.¶ Sed vlterius circa hoc poſſet fortè dubitari, duo iam legebant, & erant iam deputati ad vnam lecturam,vnus (ſicut ego fui) in facto fuit electus concurrens,cum illis duobus ad lecturam extraordinariam ordinariè,an de iure valuerit talis electio?& videtur,quòd non, quia ex quo iam duo ſunt,qui legunt,conſtat manifeſtè, quòd alius legere non poteſt per dictum decretum,quia apparet,quòd dominium non vult ipſum confirmare,ex quo non vult niſi duos deputari ad vnā lecturam:quia fruſtra expectatᷣ conditio, vel dies cuius euentus nil operatur.l.aliquando.ff.ad Velleianum. cum ſimilibus. Item quia non expedit, nec conuenit facere actum fruſtratorium.l.non cogendum.§.Sabinus.de procurato.l.hæc ſtipulatio.in princip.ff.ſi cui pluſquam.per legem Falcid.Sed contrarium ego Barptholomæus Cæpola credo verius:quia hæc opinio pro iſta parte affirmatiua eſt mihi vtilior,quia ſum in facto,quod ſic probatur. Nam per electionem non acquiritur mihi ius ad legendum.vt ſupra dixi in præcedenti quæſtione. Nec per hoc fit contra dictum decretum, nec Venetis fit aliquod præiudicium: quia ſi Veneti nolent me confirmare, poterunt dimittere.¶ Nec obſtat quod dixi in contrariū, quòd conſtat de voluntate ipſorum,quòd velint, ꝙ non ſint niſi duo ad vnam lecturam : quia reſpondeo,quòd licet conſtet, tamen poſſent diſponere contrarium ſi volunt.l.ſi quis in princ.teſtamēti. de leg.iij.cum ſimi.Et ſic etiam non obſtat ꝙ iſte actus electionis ſit fruſtratorius: quia imò poterit eſſe validus, & non fruſtratorius, ex quo eſt poſsibile,quòd Veneti poſsint, & velint cōfirmare electionem etiam de me tertio factā. Contra hoc tamen fortiter facit.l.apud Iulianum.§.fi. de leg.j.vbi probatur,quòd illud,quod debet impetrari à principe, præſumitur non veriſimile: imò impoſsibile. Not. quòd ſi quis dat mihi vnā
2 rem,& promittit † mihi licere eam habere, & poſteà mihi aufertur, ꝙ nō eſt liberatus à promiſſione:quia cum effectu nō habui,ex quo non durauit apud me:ſicut dicimus in ſimil. non dicitur verſum,quod non durat verſum.l.ſi pro parte.§. verſum.ff.de in rem verſo. Item non dicitur veniſſe,qui non ſtetit.c.j.extra de iudi. & eſt bonus text.in.l.acceptis.š.ad legem Falcid. Not. etiam,
3 ꝙ verbum † peruenire,intelligitur cum effectu. vt duret apud eum,ad quem peruenit: & hîc nō erat magnum dubium: quia dictio per, denotat perfectionem, & complementum infrà.l.proxima.§.fina.¶ In glo.in verbo perueniſſe, ibi, non quantum ad æs alienum.&c.pro declaratione gl. opp.contra text. quòd imò ad hæredem dicitur

perueniſſe

peruenisse quicquid est in ære alieno,& sic in debito ad totum illud tenetur,hæres etiam tantum ad eum non peruenit,vnde etiam id, quod non habet,dicitur ad eum peruenisse:quia ad hoc vt soluat debita,putà,quando non fecit inuentariũ vt.l.fina.§.primo.C.de iure delibe. Solutio dicit glos.hæc.l.loquitur quoad legata, vt scilicet non teneatur,nisi vsque ad vires hæreditarias, etiam si non fecit inuentarium:secus in debitis: quia ad illa tenetur etiam vltra vires hæreditarias.Et hoc est verum de iure Codicis,vt dicta.l.fi.§.primo. cum glos.in verbo creditoribus.Sed hodie secus: quia etiam ad legata tenetur vltra vires hæreditarias,si non fecit inuentarium,vt auten. sed cum testator.C.ad legem Falcidiam.& ita tenet dicta glos.in verbo creditoribus,& ibi Bart.& de verbo peruenire,vide omnino,quod dicam in.l.peruenisse infrà eodem.

SVMMAE.

1 *Locus non efficit hominem vrbanum vel rusticum sed exercitium.*

2 *Villicus, insularius, & castellanus quis dicatur.*

3 *Seruus vel operarius conductus censetur conductus ad operandum secundum qualitatẽ conducentis.*

LEX CLXVI.

VRBANA FAMILIA. Familia dicitur vrbana,vel rustica,non ratione loci,in quo habitat,sed ex genere exercitij. hoc dicit.ad.§.pernoctare.

1 Not.† quòd habitatio loci ruralis non facit aliquem esse rusticum,& de rure: & econtra locus ciuitatis non facit rusticum ibi habitantem esse ciuem. facit.l.is, qui natus est infrà eodem.& vide quod ibi dicam circa hoc. ¶ Nota etiã secundũ gl.hìc in verbo aliquis,ꝙ licet aliquis seruus sit vrbanus,si tamen incipit dispensare rationes rusticorum,efficitur rusticus. Ex quo not.quòd reddere,& facere rationes cũ rusticis est quid rurale, & officium rusticale: Ex quo etiam infertur,quòd seruus permutationem exercitij efficitur de vrbano rusticus. vnde propter hoc potest dici, quòd illi ciues,quis derelicta ciuitate,vadũt ad habitandum in villis,& ruri fortè propter minuendam expensam familiæ. & ibi exercent officia rustica,quòd possunt appellari rustici.secus si tempore aliquo anni, vt tempore collectionis fructuum.argumento.l.nihil.& l.iij.§.fina.suprà de captiuis. Not. quòd villicus,

2 † non est ille,qui dispensat,& facit rationes cum rusticis,sed ille qui colligit fructus:vt.l.si cum villico.in principio.ff.de instito. Not. in versiculo. insularius,quòd ille,qui custodit insulas, dicitur insularius,& vrbanus,& sic custodire insulas dicitur officium vrbanum, non rusticum. Et idem dicere in custodiente castella, quòd appellantur castellani.Sed ab extra dubitari posset hìc.an ille, qui custodit castrum possit scribere pro se, vel pro alio,vt faciunt scriptores, qui communiter stant in castellis Bononiensium.dic, quòd sic, si propter hoc non impediantur à custodiendo suis horis deputatis,casus est not.in.l. duorum. aliàs incipit Caius.ff.de bonis libe.& ita tenet Lodouicus de Rom.in suis singularibus.¶ Not.in versiculo videndum,quòd licet sit aliquis seruus vrbanus:quia fortè in vrbe natus est,vt.l.is, qui natus.infrà eodem.tamen si dominus retineat eum in familia.& numero rusticorum diceretur rusticus,facit in simil.l.inter vestem.supra.de auro,& argento legato.&.l.si mihi,& Titio.§.primo.de verborum obligatio.vbi vestis mulieris appellatur etiam virilis,dum modo vir ea vtatur. & facit.l.sed si vir in principio.§.primo.suprà de donatio.inter virum & vxorem.¶ Non in fin.cum glos.in verbo vicarijs.quòd famulus cẽsetur exercere ea negotia,quæ exercet dominus suus. vnde dico ex hoc,quòd si rusticus conduceret operas alicuius,pro anno,vel mense, in dubio intelligeretur ad faciendum id,quod facit ipse rusticus scilicet ad arandũ,seminãdũ,& similia.¶ Et idem si vnus armiger,vel miles armatæ militiæ conduceret vnum,intelligeretur ad bellandum,& ferendum lanceam,& similia. ¶ Et pro intelligentia text.& glos.hìc,quòd si habeo vnum seruum gastaldionem,qui ordinarius dicitur, & ipse sub se habeat aliũ seruũ,ille alius dicitur vicarius,iste est text.cum glo.in.§.cum autem.institu.quod cum eo.Barptholomæus Cæpola Veronensis.

SVMMAE.

1 *Per,& de,in compositionem augent significatum dictionis, cui componuntur, vt peramo valde amo, idẽ deamo significat.& alias vide & nu.3.& 4.*

2 *De dictione in,&,que,seu,vide hic.vult enim vt hæ dictiones perfectionem seu consummationẽ quandam designent.*

S.PERNOCTARE.Ille dicitur pernoctare,qui per totam noctẽ stat extra vrbem.h.d.Not.

1 † & ad hoc semper allegatur, ꝙ dictio p,denotat totalẽ perfectionẽ:& sic augmẽtũ & non diminutionẽ.Concordat.l.quos nos hostes in prin.cũ gl.ĩ.e.&.l.procuratoribus ibi prosequendi.C.de procurato.& vide.s.in.l.perfecisse.& vide omnino.l.ij.in princip.

& ibi Guido de Suzaria.ff.ad.l.Iul.de adulte.&.d. Nicolaum de Neapoli in.l. quinquaginta.ff. de excu.tu.& ego dixi in.l.j.in.j. notabili.ff.de lega. primo.vide Bal.in.l.sed & milites.§.primo. circa fi.ff.de excu.tu. ¶ Idem in dictione de, vt.l.j.in principio.suprà.depositi hîc allegata in glos. Item in dictione in, vt.l.Gallus.§.ille casus.suprà de liber.& posthu.de quo tamen dic, vt latissimè dixi in.l.sylua cædua. suprà eodem. idem in dictione per, vt.l.si cui eorum.§.primo.de postulando, & ibi not.idem in copula &, vt.l.si quis ita.suprà de hæredibus institut. ¶ Idem in copulatiua que, vt l.ea tamen adiectio, de leg.iij. ¶ Idem indictione seu, vt.l.siquis ita.suprà de auro & argen.legato. ¶ Idem in dictione cum, vt.l.si cui serui in princ. & ibi per glos.& doc.suprà de leg.primò. ¶ Idem videtur in pronomine quis vel qui, vt.l.siquis legauerit aurum.suprà de auro, & argento legato. sed contrarium credo verius per.l.cum certus.suprà de vino, tritico, & oleo lega. Nec obstat dicta l.siquis: quia ibi dictio quæ, restringit verbum gẽmas, & margaritas ad quas ibi refertur, nõ autẽ verbum aurum restringit: quia ad ipsum nõ refertur. vult enim ibi dicere quòd siquis legauerit aurum, & margaritas, quæ sunt in eo auro, non videtur legasse margaritas, quę in auro nõ essent. Sed bene videtur aurum legasse, in quo non sint dictæ margaritæ, vt patet bene intuenti. ¶ Et adde, quòd dictio per, aliquando ponitur pro à, vel ab. vt est text.in c.primo.§.primo. in verbo per fœminam, id est à fœmina secundum Bald.ibi in titulo de eo.qui sibi, & hæredi.suis in vsibus feudorum. Et de ista dictione per, vide latè omnino per Baldum in rubrica.C.de exercito. Et per istum textum dixit.Barto.in.l.Celsus.ad fi.suprà de vsucap.quòd licet testis dicens quòd talis possedit.xix.annis citra non probet continuam possessionem: quia potuit vna tantum die possidere, & sic illa præpositio citra erit verificata, vt est text. notabilis in.l.prima.§.quod autem.suprà de aqua quoti.& æstiua. Tamen si dixerit quòd per.x.annos possedit, tunc bene probat cõtinuam possessionẽ: quia dictio per, denoctat perfectionem, vt hîc, & idem si iuxta præpositionẽ citra apposuisset copulatiuã &, quia tunc etiam continuã probaret possessionẽ, & idem dixit Io.de Platea institu.de vsucap.ad fin.principij.& ego dixi.s̃.in.l.sæpe in.xj.regula copulæ. ¶ Adde etiã quòd dictio
4 per, nõ semper † refertur ad personas principales actũ gerentes, sed etiã quandoq; refertur ad personas, quarũ ministerio principales inducũtur ad actũ faciendũ: vt est tex.cũ glo.notabili in.c.j.mediatores, in verbo per quos.de testibus in.vj.quod facit secundũ.d.dominicũ ibi, ad saluandos testes, qui dixissent, talis cõtractus fuit factus per talem, & ille non fuisset principalis, sed mediator.i. proxeneta: quia tale dictum testium posset saluari.i.si per illũ talem fuerit factus.i.eius ministerio.per dictã glos. quod not. ad similia. ¶ Adde etiã quòd istud verbum vulgare per hominẽ, tantùm importat, quantũ si diceret per quemlibet hominẽ, iste est tex.& ibi hoc not.Bar.in.l.per annos.C.de metallis, & metallarijs li.xj. Et per istũ tex. potest decidi ista.q.ꝙ si relinquitur alicui cũ peruenerit ad annũ sextũ decimũ, debet intelligi & cõpleuerit: quia non videtur peruenisse, nisi cõpleuerit, & hîc est est proprius significatus: vt hîc.&.s̃.de cõd.& demõ.l.nõ putabã: & hoc cũ relinquitur extraneo, secus si filio: quia cũ statim fuerit cœptus decimus sextus.habetur pro impleto: vt est tex.in.l.qui filiũ.in.§.Sabinus.s̃.ad Trebel.secundũ Pau.de Cast.qui dicit, ꝙ sola tamẽ filiatio non faceret, vt tempus certæ ætatis faceret diẽ: & non cõditionẽ.l.si cui.§ hoc legatũ.de leg.j.nisi cõcurrerẽt etiã alia duo, de quib⁹ in.l.Seius Saturninus. s̃.ad Trebel.sed bene facit, vt annus cœptus habetur pro cõpleto: vt.d.§.Sabinus.sed tamẽ si bene inspiciatur in.d.§.Sabinus.Antoninus, qui dedit ibi sententiã pro ista parte, nõ fuit motus ex sola filiatione, sed ex alijs allegationibus, de quibus in textu: & propter paupertatẽ puellę, contra quã litigabatur. Doctores tamẽ vidẽtur velle, ꝙ sufficiat filiatio, secundũ.d.Paulũ ibi. ¶ Vide omnino Bar.in.l.cum de Lanionis.§.Sabinus, & quod ibi signaui.ff.de fundo instructo.vide Alb.de Rosate.in.l.lege flauia.ff. de manumiss. vide Lodo.de Ro.in cxlviij.singulari.in.ij.ordine meo.quod incipit.cõmuniter sunt statuta. Adde, ꝙ dictio per, iuncta tempori, denotat continuationẽ ipsius tẽporis, ita dicit.do.Dominicus de sancto Geminiano.in.c.fi.§.ne autem in principio per illum tex. allegat de consuetudine lib.vj. etiam ad hoc.c.si constiterit de accusationibus.& quod not.in cle. j.de vita, & honesta.cleri. ¶ Item per istum text. dixit Bald.in.l.sed & milites.§.sed ignominiæ.ff. de excusa.tu.quòd si statutum diceret, quòd iudex non possit cognoscere nisi de maleficijs suo tempore, vel infra suam iurisdictionem perpetratis, & in vno loco est factum vulnus, & in alio est mortuus.& sic de tempore, quia vno tempore fuit factum vulnus, alio tempore mortuus, quòd nullus iudex poterit cognoscere per istum textum.quia statutum dicit perpetratis, & ita eum sequitur dominus.Nicolaus de Neapoli.in suo tractatu bannitorum in.ij.parte primi temporis in.viij.q.in fi.quod not.Item dicit idẽ Nico. de Neapoli.in.l.iurisperitos.§.cum oriundus.versiculo.Item facit argumentum.ff.de excusa.tut.

¶ Item

¶ Itē per istū text. ego dico, ꝙ si statutū ꝙ siquis steterit continuè per biduū, vel si per totā vnam diem non probauerit, ꝙ isto casu computabitur dies de momēto ad momētū etiā si materia esset odiosa, vel fauorabilis, iuxta not. per glo. & doc. in l. iij. §. minorē. s̄. de mino. & in. l. qua ætate. ff. de testamē. vide omnino Nicola. de Neapoli in. l. quinquaginta. ff. de excu. tu. & vide in. cxij. cautela. & adde. q. quā ponit Ang. in. l. siquis ita in fi. princi. s̄. de condi. institut. Barptho. Cæpola. Veronensis.

SVMMAE.

1 *Carbones & titiones quid sint.*

2 *Sulpubrata quid sint. Ea ex quibus faces fiunt, & nuclei oliuarum, non sint ligna, idem dicas de nucibus, amigdalis, & similibus. significationi autem huius dictionis strobili, quæ in textu est, repugnare videtur Plinius. lib. xvj. c. x. vbi ait strobilū arborem esse ex pinastrorum genere.*

3 *Materiatum nonunquam pro materia capitur.*

LEX CLXVII. & CLXVIII.

CARBONVM. Appellatione carbonū, vel lignorū nō veniūt ligna parata ad faciendū carbones: & sic appellatione materiati, nō continetur materia. h. d. ¶ In tex. ibi materiam. dic. i. ligna, ex quibus carbones cōficiūtur. ¶ In tex. ibi habuit. s. ipsam materiā. ¶ In tex. ibi titiones. i. sulphuratæ secūdū gl. in verbo sulphura. in. l. ligni. §. fi. de leg. iij. Sed forte ista expositio non est bona propter versiculū sulphurata quoq;: & quia sic bis idē diceretur, quod nō est dicendū. vnde dic, ꝙ titiones
1 † fortè sunt ligna ab vno capite acuta, & modicū cōbusta quę proijciūtur in nauibus, quādo pugnant adinuicem, vel quæ plantātur circa vites. ¶ In tex. ibi ad fasces quoque parata. vt fit in mōtanis, vel in prouincia, vt dicit hîc glos. Nā ibi, & in vno alio loco non vtuntur candelis, vel alio lumine: sed communiter vtūtur quibusdā lignis ad modū fasciū ad cōburendū. vel dic, ꝙ fasces sunt quæ proijciūtur accensę in castra hostiū, vt cōburant hostes, vel res suas, vel castella quæ expugnare conātur. ¶ In tex. ibi sulphurata, glo. hîc exponit. s. ligna, vt meliùs ardeāt, & in hostiū castra ia-
2 ciantur. Sed fortè melius est dicere, ꝙ † capiantur pro illis lignis paruis, quæ habent ab vtroque capite sulphur, vt citiùs accendātur tanquā candelæ, cū quibus posteà cum primum candelæ, vel alia lumina, vel ignis citò accenditur, & in vulgari hîc, ita etiā appellātur sulphurati. Not. hîc quid veniat appellatione lignorum, de quo vide latiùs per tex. & gl. in. l. ligni. p totā. l. s̄. de leg. iij. ¶ Not. in. l. sequenti principali, ꝙ appellatione materiati non continetur materia, de quo per glos. hîc in. l. carbonū. & habetur in. l. seruus. s̄. de leg. iij.

SVMMA.

1 *Promittere aliquid vt optimum est: non est seruitutem illi deberi promittere.*

LEX CLXIX.

1 NON TANTVM. † Tradēs vel emens, vel stipulans, vel in testamento relinquens fundum, vti optimus est, non obligatur nisi ad tradēdum liberum, non autem, vt ei aliqua seruitus debeatur. hoc dicit. in terminis & in summa. Concordat. l. qui vti optimè. suprà eod. quæ ampliatur per istā. l. illa enim
1 loquitur tantùm in tradente, † ista autem in tradente, emente, stipulante, & in testamento relinquente, circa quod vide, quod dixi in dicta. l. qui vti optimè. suprà eodem. Barptholomæus Cæpola Veronensis.

SVMMA.

1 *Nomen hæres latissimū est vt in infinitum protendatur. & extraneos hæredes nedum testantis filios continet eiusq́ue appellatione bonorū possessor comprehenditur. Hector Forestus Vasionensis.*

LEX CLXX.

HAEREDIS APPEL. Appellatione hæredis omnes in infinitum cōtinētur, etiā si nihil dicatur. hoc dicit. quod, & quando sit verum, dic, vt plenè dixi in. l. sciendum. suprà eodem. Et
1 an, & quando appellatione hæredis veniat † filius hæres, vel etiam extranei. vide latè quod scripsi in. l. hæredis appellatio. suprà eodem. Et adde quòd appellatione hęreditatis, venit etiam hæreditas damnosa. vt. l. hæreditatis appellatio. suprà eodem. & vide quod ibi dixi. Adde, quòd appellatione hæreditatis venit etiam bonorum possessio: licet impropriè, vt. l. hæreditatis appellatione. suprà eodem. dic, vt ibi. hoc vult glos. hîc, quòd
2 appellatione hæredis † veniat bonorū possessor. de quo vide plenè per me in. l. prima. §. hoc autē Senatus. in vltima columna. ff. ad Trebel. & vide eundem in. §. sequen. qui incipit de illo.
Barptholomæus Cæpola Veronensis Iuris Vtriusque Doctor.

Ad Lectorem

HAEC SVNT CARISSIME Lector, quæ in hunc titul. de uerborum & rerum significatione ex Barptholomæo Cæpola Veronensi, Sennetoniorum tum labore, tum impensa, curatum est, ut æderētur. Qua in re quantum ipsi uniuersæ Reipublicæ, nedum iurisperitorum scholæ, prospexerint, doctißimi cuiusq; iudiciũ esto. Mihi uerò interim (si quo tamen sim sensu) illorum & ingenio, & magnificentia, cum huius, tum aliorum doctißimorum uirorum ædendis operibus, quàm optimè nulli non homini consultum esse apparet. Quocirca talem in doctißimis quibusq; ueterum iuris interpretum scriptis peruestigandis, ac demum magna quidem impensa castigatißimis emittendis insumptam operam, nostrasq; hoc in opere prælegendo uigilias, proprias literas reponendo, improprias deponendo, punctis distinguendo, præstitas, boni obsecro, æquiq; consule. Ego enim ut me Dominus Deus amet, ita quantum uel temporis angustia, uel loci ratio, uel librorum, (qua etiam hic Lugduni fui) penuria, uel etiam exemplaris malè tersi, tum antiquitati coniuncta difficultas, pertulit, nihil, quod non præstiterim, laboris omisi. Bonam igitur in partem sumptum uelis, quidquid uel actum, uel dictum fuit: daq; animum, ut non deteriora peragamus. Nihil enim apud me unquam priùs fuit, quàm uehemens sciendi auiditas, desiderio, ut delinquens si quando, ut homo sum, contingeret (begninè tamen) castigarer, coniunctißima: in laudem Dei, & Iesuchristi, cuius regnum nobis in illum credentibus, per eius gratiam adueniat: ut ei omnes corregnemus inæternum. Vale.

Hector Forestus Vasionensis.

… Sexte. in titulum de …


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm